FRANCISCI PETRARCHAE

HISTORIA

IULII CAESARIS.

AUCTORI VINDICAVIT SECUNDUM CODICEM HAMBURGENSEM CORREXIT CUM INTERPRETATIONE ITALICA

CONTULIT

C. E. CHR. SCHNEIDER

LITT. ANT. PROF. VRATISL.

LIPSIAE, APUD GERHARDUM FLEISCHERUM.

1827.

PROOEMIUM.

Franciscum Petrarcham, poëtam nobilissimum, historiae Iulii Caesaris temere vulgo Iulii Celsi nomine inscriptae auctorem esse iam pridem, qui suspicarentur, exstiterunt: qui demonstraret, repertus nondum quisquam est; partim, quod tam corrupta circumferebatur, ut ex indole eius nihil certi de auctore statui posset, partim Petrarcham nemo eorum, qui illam attentius considerarent, satis cognitum habebat. Nunc codice bono et integro ad eius emendationem adhibito nulli, qui Petrarchae notitiam aliquam ex eius Latinis sibi comparaverit, non ab eo conscripta videbitur: tanta orationis, sententiarum, rerum denique omnium similitudo intercedit; ut, si vel exiguum testimoniorum momentum accedat, facile omnes assensum sint praebituri. Iulium quidem Celsum, de quo Vossii, Graevii, Dodwelli et aliorum commenta silentio nunc praetereo, quem medioxumi aevi litterati Caesaris et reliquorum commentarios digessisse opinabantur, si quis fuit illo nomine, qui ei rei operam dederit, huius historiae auctorem non fuisse necesse est, quippe in qua ad testimonium dicendum citetur cap. III. § 7. 8. et XIIII, 15. Sed ut ordine et via procedat demonstratio rei ad historiam litterarum pariter atque ad iudicium de commentariorum contextu nonnihil collaturae, primum similitudinem illam declarabo, deinde argumenta ab rebus externis petita proponam, denique operae meae rationem reddam.

Historiae studio non minus, quam Musis, deditum fuisse Petrarcham quaevis eius pagina docet, et vere ipse in epistola ad posteritatem, pagina secunda editionis operum omnium, qua usus sum, Basileensi anni MDLXXXI. Incubui unice, inquit, inter multa ad notitiam vetustatis, quoniam mihi semper aetas ista displicuit, ut, nisi me amor carorum in diversum traheret, qualibet aetate natus esse semper optaverim et hanc oblivisci nisus animo me aliis semper inserere. Historicis itaque delectatus sum, non minus tamen offensus eorum discordia, secutus in dubio,

a 2

quo me vel verisimilitudo rerum vel scribentium traxit auctoritas." Neque obscurum inter aequales hoc iuvenis studium fuit, sed valde celebratum et, quia scriptis quoque innotuerat, una cum poësi die illo Paschali in Capitolio magisterii titulo approbatum est. Ita enim litterae publicae in eius rei memoriam editae testantur T. III. p. 6. 7. quarum quae ad hoc pertinent verba, secundum codicem Academiae nostrae *Petrarchae librum de viris illustribus, brevem collationem, quam fecit coram rege Ungariae missus pro legato a communitate Venetorum, collationem Babylonici et Romani imperii, collationem Romani imperii ad Carthaginense et Macedonicum, declamationes Collutii Pierii Florentini, vitam Petrarchae a Boccacio scriptam, privilegium laureationis Petrarchae*, denique historiam *de obedientia et fide uxoria*, foliis nunc CXIIII. (nam VIII. excisa sunt) chartaceis forma maxima continentem passim emendata subscripsi. „Quod secum reputans ingeniosus vir et talium studiorum ab adolescentia scrutator ardentissimus Franciscus Petrarcha Florentinus, poëta et historicus, atque hoc (cod. *haec*) praesertim tempore pereunti scientiae succurrendum ratus, quo neglecta magis erat ab omnibus et (cod. *om.*) deserta, post veterum volumina diligenti primum indagine cognita et relecta, deinde post proprii ingenii opera historiarum praecipue et poëmatum, quorum partem adhuc habet in manibus, honesto (cod. *honeste*) condignae laureae flagrans desiderio *etc.* Nos et regio testimonio et famae publicae, quae idem de eo multo ante praelocuta erat, sed multo maxime operum evidentiae certissimam fidem dantes praefatum Franciscum hodierno videlicet Pascalis solemnitatis die in Capitolio Romano, locorum celeberrimo, tam dicti regis, quam nostro et dicti populi Romani nomine magistrum (vulgo *magnum*) poëtam et (cod. *om.*) historicum declarantes praeclaro magisterii nomine insignivimus et in signum specialiter poësis nos Ursus (cod. *Ursius*. Sed v. Epist. L. II. ep. 1. T. III. p. 88.) Comes et Senator praefatus pro nobis et pro collega nostro coronam lauream nostris manibus capiti eius impressimus, dantes eidem tam in dicta arte poëtica, quam in historiis atque in omnibus spectantibus ad easdem autoritate praefati domini regis, Senatus et populi Romani tam in hac sacratissima urbe, quae omnium urbium ac terrarum caput esse non ambigitur et magistra, quam alibi ubicunque locorum legendi, disputandi, interpretandi veterum scripturas et novos ex se ipso omnibus seculis auxiliante deo mansuros libros ac poëmata componendi liberam tenere praesentium potestatem *etc.* Datum Romae in Capitolio praesentibus nobis et tam alienigenarum, quam Romanorum procerum ac populi multitudine

numerosa V. Idus Aprilis anno domini MCCCXLI. Poncelctus, scriba Senatus.“ Iam aetate provectior Musarum consuetudine parcius utens sacras litteras inter et historiam tempus omne, quod a negotiis fere liberum habebat, partitus in primis Virorum Illustrium vitis conscribendis vacabat, cuius operae mentionem ipse identidem facit. Scribo de viris illustribus, contra Medicum Invectivarum L. II. p. 1095 profitetur, quale, non ausim dicere, iudicent, qui legent, de quantitate pronuncio, haud dubie magnum opus multarumque vigiliarum (v. *vigilarium*) et, si non ab auctore, certe a subiecta materia nominandum. Nihil ibi de medicis nec de poëtis quidem aut philosophis agitur, sed de his tantum, qui bellicis virtutibus aut magno rei publicae studio floruerunt et praeclaram rerum gestarum gloriam consecuti sunt. Et L. III. p. 1107: Poteram, ut aiunt, de calumnia iurare, me poëtarum libros ante hoc septennium clausisse ita, ut eos inde non legerim, non quod legisse poeniteat, sed quia legere iam quasi supervacuum. Legi eos, dum tulit aetas, et ita mihi medullitus sunt infixi, ut ne divelli quidem possint et si velim. — Accedit, quod in eisdem studiis agere senectutem, in quibus adolescentia acta est, minime mihi magnificum videtur. —— Melior fieri studeo, si possum, et, quia impotentiam meam novi, posco auxilium de coelo et in sacris literis delector. —— Non poëtas lego, sed scribo, quod legant, qui post me nascentur, et raro plausore contentus acies insanorum sperno. Et de contemptu mundi dial. III. p. 365 ita secum loquentem Augustinum facit: Ideoque manum ad maiora iam porrigens librum historiarum a rege Romulo in Titum Caesarem, opus immensum temporisque et laboria capacissimum aggressus es, eoque nondum ad exitum producto, tantis gloriae stimulis urgebaris, ad Africam poëtico quodam navigio transmisisti. Eidem p. 368 his se increpanti Abiice ingentes historiarum sarcinas. Satis Romanae res gestae et suapte fama et aliorum ingeniis lustratae sunt. Dimitte Africam *etc.* respondet p. 369: Utinam haec mihi ab initio dixisses, priusquam his animum studiis addixissem.“ Haec erant studia, de quibus Rerum senilium epistolis L. XIIII. ep. 5. p. 937 loquitur: Honestis studiis nunquam magis incubui, nunquam maiorem inde voluptatem percepi, quam hodie percipio. Dicam tibi rem mirabilem, sed veram: cum ad reliqua omnia senescamus, ad hoc unum quotidie iuvenesco.“ Hac litterae, quas ib. L. XV. ep. 4. p. 953 ad Philippum Sabinensem scribens dilaudat: Sileo, quanta quamque honesta nobis esset ex alterno sermone delectatio, dum nil nisi de nostra salute vel de literis atque rerum illustrium memoria loqueremur terrasque omnes et

omnia fecula fimul ante oculos haberemus.“ Hinc inter cetera hiftorici nomine falutatus fuerat a Francifco Bruno ib. L. I. ep. 5. p. 745: „Tu me oratorem, tu hiftoricum, tu philofophum, tu poëtam, tu me denique theologum facis.“ Huic hiftoriam Iulii quoque Caefaris confcribere in mentem venire potuisfe, quis est, qui neget? Iam vero inter omnes viros illuftres nullus est, cuius tam crebro tamque accurate genus et facta et cafus et dicta commemoret, quam Caefaris. Quod quum plurimum ad hanc quaeftionem momenti habiturum videretur, omnes ex omnibus Petrarchae Latinis de Caefare locos excerptos et cum fimilibus plerifque, nam omnes haud praeftiterim, noftrae hiftoriae collatos appofui, rerum ordinem secutus.

Rerum familiarium epiftolis L. VII. ep. 13. p. 683: Unus erat Iulius Caefar: fratrem non habuit nec filios (De remediis utriusque fortunae L. II. dial. 131. p. 220: Nofti, ut Iulius Caefar prole carens fibi Auguftum -- filium fecit.), et patris nomen occultum est. Quid tamen unus egerit, norunt omnes. Remed. L. I. d. 16. p. 13: Quantum patre clarior Caefar? Ib. L. II. d. 131. p. 220: quod nufquam evidentius, quam in Iulii Caefaris patre cognofcitur, quem pene ignotum filii fplendor fecit. Rerum fenilium epiftolis L. XV. ep. 5. p. 956: praefertim cum ipsius pater Caefaris vel nulli vel paucislimis cognitus habeatur; quod mirarer, nifi quia cogitare foleo fuisfe tantam illius viri gloriam eumque nominis fplendorem, ut non aliter, quam fol ftellas, ille circa fe pofitos (vulgo *pofitas*) obfcuraret. — Hiftoria Iulii Caefaris cap. I. § 2: Cuius aliquando de nomine a me ipso et ab aliis dubitatum memini; creditumque, quod, ut fol ftellas, fic paternum nomen filii claritas obfcurasfet.

Remed. L. II. d. 9. p. 116: Iulius Caefar, futurus mundi dominus et teftamento dominos mundi relicturus, adolefcens pauper fuit. Ib. d. 63. p. 155: Modicis aedibus futurus mundi dominus natus est Caefar. — Hift. I, 1: Adolefcens haud fane dives fuit.

Rem. L. II. d. 1. p. 107: Etfi enim Africanus Scipio celfus corpore, Iulius Caefar ftatura fuerit excelfa, brevi tamen Alexander Macedo et Auguftus Caefar. De contemptu mundi dial. III. p. 362: Quodfi tibi calvitiem obiecisfem, puto Iulium Caefarem protulisfes in medium. FR. Non alium profecto; quid enim illuftrius potuisfem? Rem. L. II. d. 84. p. 175: Quis aequis auribus audiat - - vel Iulium Caefarem de timore nocturno et quiete vifis turbida, vel poftremo alios - - querentes? Rerum memorandarum L. IIII. cap. 4. p. 473: Divus Iulius Caefar, adhuc Romanus eques, vifus erat per quietem

cum matre miſceri. Nihil est equidem, quod non et poſſit et ſoleat ſomniantibus occurrere: et, quae nunquam cogitarunt, et, quae cogitatu horrida, et, quae ſecundum rerum naturam impoſſibilia inauditaque ſunt, vident. Ipse tam foedo ſomnio graviter turbatus rem ad interpretes retulit. Illi eum ſpe non modica repleverunt promisſum orbis imperium asſerentes, quoniam mater, cui incubuisſet, terra esſet, communis eius et cunctorum genitrix. Non dubito multos iam idem ſomniasſe non eodem ſuccesſu; ceterum, ut ea vera interpretata viderentur, ſingularis viri virtus et fortuna praeſtitit. Rem. L. II. d. 118. p. 197: Iulius Caeſar -- qui et ipse tempore extremo, ut de illo ſcriptum est, repente linqui animo ſolebat. — Hiſt. XXVI, 6: Corpore quidem altus fuit -- valitudine uſque ſub extremum proſpera, tunc tamen et animo nonnunquam linqui ſolitus et per quietem viſis concuti. Ib. II, 3: Romam reverſus foedo illico turbatus est ſomnio, viſus ſibi dormiens cum matre concumbere. Est haec quidem *etc.*

Memor. L. II. c. 3. p. 418: Illuſit *(Cicero)* et in Iulium Caeſarem, ad quem cum post civilis belli victoriam venisſet, interrogatus, cur homo doctus in electione partium tam pueriliter aberrasſet, hoc unum, quod reſponderet, habuit: Praecinctura me decepit. Caute ſimul et iocoſe. Cum enim meritorum comparationi locus amplius non esſet, habitus ducum contulit et quaſi rerum omnium praecellentiam Caeſari tribuens ſolo, quo videretur inferior, deceptum affirmavit. Conſtabat enim Caeſarem propter habitus negligentiam ab ineunte aetate male praecinctum puerum vocari ſolitum. Ib. L. IIII. c. 1. p. 462: Iulius Caeſar, futurus rerum dominus, ad illud principatus faſtigium, imo vero ad coelum opinione hominum perventurus, quippe imperium oceano, famam qui terminet aſtris, ut Virgilius ait, ipse is, inquam, ut mundus agnoſceret nihil non licere fortunae, inopem atque ſollicitam et inquietam egit adoleſcentiam. Perſequente eum L. Sulla, qui tunc everſae rei publicae imperitabat, e medio atque hominum ex oculis fugiens nec in latebris tutus erat, nisi eas crebro et, ut ait Suetonius, prope per noctes ſingulas commutaret ſeque ab inquiſitoribus pecunia redimeret. Importuno morbo quartanae praeter cetera vexatus (ſic cum amico ſuo ludebat eo tempore fortuna, dum inter XVI. et XX. aetatis annum ageret) interventu tandem virginum Veſtalium et clarisſimorum virorum, qui eum affinitate et perſecutorem amicitia contingebant, vix veniam conſecutus est. Cum enim Sulla preces eorum non admitteret atque illi ex adverſo obſtinata importunitate precarentur nec facturi finem viderentur, feſſus exclamavit: Et vobis hunc Caeſarem habetote, dum

noveritis hunc ipsum, cuius salutem tanto studio procuratis, futurum quidem optimatum, quorum vos mecum propugnatores fuistis, et publicae salutis eversorem. Nam Caesari multi insunt Marii. Idem Sulla optimates crebro, sicut Suetonius refert, et nominatim Pompeium Magnum, ut est in Saturnalibus, amicum et familiarem suum, tum, cum nihil omnino formidabile videretur, admonuit, ut caveret illum puerum male praecinctum. — Hist. I, 3. 4: accessit et quartana febris, iners taedium longaeque molestiae et omni febre periculosius Syllae odium dictatoris; qui civili bello victor *etc.*

Remed. L. II. d. 64. p. 156: Iulium Caesarem piratarum custodia summum misit ad imperium. De vita solitaria L. II. sect. 9. cap. 1. p. 282: Transeo Iulium Caesarem, qui licet admodum iuvenis dum e procellis forensibus in otium Rhodium secedere decrevisset atque ibi literis operam dare, prohibitus tamen tunc incursibus piratarum et postea hinc civilium, hinc externorum aestibus bellorum implere non potuit, quod optabat. — Hist. I, 6. 7: absoluto reo rebusque undique citra vota fluentibus in insulam Rhodum se conferre disposuit, simul, ut otio operam daret ac literis — —. Sed dum eo navigat, a piratis captus *etc.*

Fam. L. VI. ep. 4. p. 667: Nunquam Iulius Caesar in illud gloriae culmen ascendisset, nisi mirari et imitari Marium ab adolescentia didicisset. Quin et Alexandri profuit imago in templo Herculis Gadibus conspecta, quae mox ad cupidinem magnas res agendi non exarsit modo, sed, ut ait Tranquillus, ingemuit. Epistolarum variarum ep. 24. p. 1003: His orbis ipse terrarum carcer videtur et angustiae, quod de Alexandro Macedone ac de Iulio Caesare lectum est. — Hist. II, 2: apud Gades in templo Herculis forte Alexandri Macedonis contemplatus imaginem vehementer indoluit, quod, cum aetate illa, quam ipse tunc ageret, Alexander in finea terrae famam sui nominis extendisset, a se nil adhuc dignum gloria gestum esset.

Remed. L. I. d. 99. p. 84: Caesar quidem bello Gallico cum adversus Atuaticos turres maximas erexisset, primum contemptui hostibus fuit, quasi rem impossibilem humanis viribus moliretur; ubi autem moveri et moenibus applicari illas videre, e contemptu in stuporem ac pavorem versi omissa defensione ad deditionem confugere. Famil. L. I. ep. 3. p. 574: Parisiorum civitatem, regni caput, quae auctorem Iulium Caesarem praetendit, introii. Apologia p. 1083: Parisiorum urbem — — Iulius Caesar creditur condidisse. Fam. L. I. ep. 3. p. 575: Gandavum quoque — — eodem (*Caesare*) conditore superbum vidi. — Hist. VII, 10: qui machinas procul intuiti irridebant

quaerebantque de muro, quibus illas viribus moturi, quibus manibus laturi essent —. Postquam admoveri muris machinas conspexerunt, insueto et nunquam alias viso spectaculo stupefacti legatos ad Caesarem destinarunt. Ib. III, 9: ubi ab ipso Iulio Caesare tunc fundata creditur civitas nunc famosa Parisius.

Remed. L. II. d. 77. p. 166: Proinde, si Caesareum illum quoque centurionem Caesium Scaevam, mirae virum fortitudinis, sed iustitiae nullius, mille lacerum perfosumque vulneribus hostes quoque venerati et propter unius virtutis admirationem vulnera ipsa deosculantes armorum fragmina et sagittas e (v. *et*) tepenti cadavere eductas deorum templis ceu sacrum aliquid affigebant, quid de fortis iustique viri pretiosis vulneribus sentiendum sit (v. *sic*), intelligis. Variar. ep. 27. p. 1011: Audisti Scaevam illum, fortem potius, quam iustum virum, sub oculis sui ducis non modo pugnare, sed mori etiam exoptantem. Epistolarum L. III. p. 114: Multa unum adversus multas audere cohortes Marcus Scaeva docet, totique occurrere bello. — Hist. XI, 10. 11: Paulo minus festinatio unum mihi virum abstulit, quem in medium virtus eius et fama restituent. Is est Marcus Caesius Scaeva, miles Caesaris *etc.* Ib. XXI, 11: Inter cuncta Caesii Scaevae centurionis admirabilis virtus fuit, cuius scutum relatum Caesari perfossum CXX. foraminibus est inventum. *etc.*

Var. ep. 16. p. 990: Heu quid diceret nunc architector ille magnus monarchiae, successorem suum cum sacerdote humili de humilitate certare, dum meminisset superbissimum olim Galliarum regem, dum supplex, ut ait Florus historicus, in castra venisset, phaleras et sua arma ante Caesaris genua proiecisse ac dixisse: Habe haec. Virum fortem, vir fortissime, vicisti. Apologia contra Galli calumnias p. 1077: ante alios ille (sic enim de ipso scriptum est) corpore, armis spirituque terribilis nomine quasi ad terrorem composito Vercingetorix Alvernus, Galliarum rex, qui fortuna multis proeliis saepe et magnis bellis atque conatibus retentata novissime in deditionem redactus et maximum victoriae decus supplex cum in castra venisset, et phaleras et sua arma ante Caesaris genua proiecit: Et habes, inquit; fortem virum, vir fortissime, vicisti. Non muto aliquid hac in re: Flori, illustris historici, verba sunt. Var. ep. 6. p. 978: haec (*fama virtutis*) ad genua Caesaris Iulii adhuc forsan grando aliquid ausuros Gallorum regulos inclinavit. Epist. L. I. p. 78: siccisque oculis quam nulla videret Barbaries Gallis subiectam ferre tributum, Quorum, si qua fides, tumuerunt saepe cruore Flumina, caeruleae rubuerunt saepe Puellae, Fervidus infestam dum frangit Iulius iram,

Effera dum validis rabies contunditur armis. — Hift. XVIII, 52: Illud memorabile in rege, quod, cum ad Caefarem pervenisfet, proiectis infignibus regiis armifque et phaleris ante genua victoris notisfimam illam vocem edidit: Et habe haec, inquit; fortem virum, vir fortisfime, vicifti.

De otio religioforum L. I. p. 300: In fecularibus hiftoriis irrifum legimus Labienum, qui relicto Caefare victore ad Pompeium tranfivit. Var. ep. 29. p. 1016: Pari animi magnitudine Iulius Caefar et captum Domitium dimifit et transfugam Labienum fprevit rerum licet confcium fuarum. — Hift. XX, 10: tentatum ab aemulis Labienum legimus — — de quo Caefar ipse multa audiens nil credebat, conftantiam alienam fua metiens conftantia — —. Et profecto, fi ingratitudo fuit, fat digno fupplicio fuit punita, ut, qui fub Caefare victoriofisfimus vir fuisfet, fub Pompeio fugacisfimus factus fit, mutata cum duce non fortuna tantum hominis, fed virtute; quod in eum aliquando Caefar ipse mordaciter exprobrando dixisfe traditur.

Remed. L. I. d. 75. p. 67: Quantae fane inter focerum ac generum posfint esfe difcordiae — — abunde Caefaris atque Pompeii notisfimum est exemplum. Ib. L. II. d. 75. p. 164: Itaque cum fit belli quaedam fpecies, quae plus quam civile bellum dicitur, ubi non folum cives, fed cognati etiam inter fe pugnant, quale inter Caefarem ac Pompeium fuit, de quo dictum est: Ille locus fratres habuit, locus ille parentes — — Var. ep. 15. p. 989: auro concionatus est Metellus in Caefarem. (Lucan. Phars. L. III. v. 114 fqq. in primis v. 118 — 121.) Epift. L. III. p. 105: Sic etiam armipotens longo post tempore Caefar Cornua Brundufii validis vincire catenis Aufus, et edomito generum (v. *genitum*) prohibere profundo. — Hift. XX, 46: catenis os portus praeclufit.

Epift. rer. fenil. L. VIIII. ep. 1. p. 848: Certe Domitius ille captus ad Corfinium non opes aut dignitatem aliquam, fed, qua nil est homini carius, vitam ipsam, quam a Iulio Caefare nolens ac triftis acceperat, ubi primum honeftae mortis affuit facultas, volens ac laetus importunum quafi pondus abiecit. Rem. L. I. d. 99. p. 84: Ac civili bello ipsius Caefaris dux Brutus ad Masfiliam aeque erectis atque admotis *(turribus)* parem ftuporem obfesfis iniecerat, fed non parem metum *(atque Atuaticis)*. Itaque egresfi turres et machinas incenderunt. Ib. L. II. d. 77. p. 166: Nolli, ut Caefareus miles Attilius bello Masfilienfi, cum iniectam puppi hoftili dextram amilisfet, laeva prehenfam tenuit, donec pelago mergeretur. De officio et virtutibus imperatoriis p. 390: Attilius quidam, Caefaris miles, Masfiliae fpectatus. Externis vero Cinigerus Athenienfis Graecis

hiftoriis celebratus eft. — Hift. XX, 38: Domitius — — vinctus ad Caefarem est perductus, mori appetens et perofus vitam. Quem Caefar illico folvi iusfit. Ib. § 49: Decimo Bruto cum parte copiarum oppugnandam (*Masfiliam*) liquit. cf. ib. § 59. Ib. XXVI, 19: Nota est —— virtus — — Accilii militis ad Masfiliam, qui cum proelio navali hoftilem in puppim dexteram iniecisfet, illa amputata nixus altera navimque confcendens fcuto in adverfos impetum fecit aequavitque Cinigeri factum, quod loquacisfimae Graeciae laudibus in coelum ufque fublatum est, cum par virtus Romani militis pene fit damnata filentio.

Rem. L. I. d. 97. p. 88: Ad Placentiam fuit motus ille terribilis, quando adverfus Iulium Caefarem fuus exercitus infurrexit, de quo dictum est: Quem non ille ducem potuit terrere tumultus? Caefar autem illa incredibili fua conftantia ac virtute motum omnem compresfit et punitis auctoribus quietavit exercitum atque obfequium reduxit. — Hift. XX, 59: feditione militum terribili, quae, ut quidam volunt, Placentiae, certe itinere medio exarferat, mira et vix credibili tunc inermis ducis virtute compresfa.

Fam. L. II. ep. 8. p. 599: Si vel illud tibi contigisfet, quod quondam Caefarea clasfis inter Italiam Graeciamque fuftinuit, quando per Hadriaticum mare glaciali velut torpore conftrictum curfum expedire non valuit. (cf. Lucan. L. V. v. 434.) Ib. ep. 7. p. 598: Hinc est: quod idem ille Iulius Caefar fragili carina in ancipiti tempeftate deprehenfus, cum mortem timere coepisfet, hoc unum videtur lamentari, quod ingentes abruperit actus Feftinata dies fatis. Ib. L. III. ep. 23. p. 623: Sic Iulius Caefar Amyclam, algia et aequoreis fpumia afperfum nudumque et inopem pifcatorem, tam leniter fando cepit et illius Caefareae facundiae retibus circumvolvit, ut inaudito verborum fono et ignoti hofpitis admiratione fufpenfus confeftim iubente illo fragilem atque imparem pelagi minis cymbam de fui (v. *tui*) litoris ftatione disfolveret parendique (v. *parandique*) ftudio fciens ac volens ad interitum properaret. At ne femper Africanos et Caefares loquamur, ille philofophorum princeps Plato *etc.* Var. ep. 19. p. 998: Amyclae illi Caefareo comparatum divitem extimabis quemlibet ex his beatis. Ib. ep. 24. p. 1003: Tales puto fuisfe Diogenem et Amyclam illum Caefareum, prinfquam vector fibi permaximus obtigisfet. — Hift. XXI, 6: tumidum ventis mare ingredi pifcatoria cymba folus intempefta nocte non timuit; fed reiectus ad terram fluctu valido iter temerarium non metu, fed necesfitate deftituit. Nota est vox eius ad exterritum nocturno aequoreoque periculo gubernatorem: Quid tu metuis? Caefarem vehis.

Rem. L. II. d. 73. p. 162: et Iulius Caesar ad Dyrrachium inferior ad Pharsaliam mox ingenti proelio victor fuit. Fam. L. III. ep. 3. p. 608: Magnus Pompeius ad Dyrrachium victor Iulium Caesarem prope captum, dum retinere posset, abire permisit, sive ignorantia rei bellicae in duce probatissimo, sive fortuna familiari suo in extremis necessitatibus opem ferens, sive, quae vulgatior fama est, mira prorsus atque utinam felix humanitas illa fuit, ex qua mox in Thessalia calamitas publica et in Aegypto ducis ipsius mors miserabilis consecuta est, et in Africa Catonis simul ac libertatis interitus, et in Hispania tristis reliquiarum strages, et Romae spoliatum aerarium, oppressae leges, atque ibidem succinctus ferro abdito senatus, et victor in Capitolio, quod quatuor triumphis ornaverat, interfectus. De re publica optime administranda p. 373: ita ego te nunc alloquor, sicut in campo Thessalico Caesarem Crastinus alloquitur: Aut mihi vivo aut mortuo gratias agas. Rem. L. I. d. 97. p. 83: Pompeio quidem Thessalico proelio, ut ait Florus, nihil magis (v. *maius*) exitio fuit, quam ipsa exercitus magnitudo; et ferme in omnibus bellis maior semper exercitus succubuit et minor vicit. Memor. L. IIII. c. 4. p. 473: Fortuna, quae Thessalicam aream ventilandis civilibus bellis elegerat (v. *egerat*), in campis Philippicis adhuc pene Romano sanguine fumantibus Romanos iterum contraxit exercitus. Ib. c. 7. p. 487: Altero autem civili bello, omnium saevissimo et maximo, quo totius cum strage urbis et imperii et cum universi orbis magnis motibus Cn. Pompeius Magnus adversus rerum dominum Iulium Caesarem conflixit, eventum proelii evidentissimis prodigiis praenotatum ferunt (v. *fuerunt*). Primum omnium Dyrrachio Thessaliam versus iter arripiens infelix dux multo tonitru crebrisque fulminibus exceptus est. — — At Pompeius, quia fulmina minutiora non timuit adversus maximum et violentissimum fulmen Caesaris pugnaturus, religiones et deorum portenta neglexisse reprehenditur. Nam quod apum examina circum signa volitarunt, quid, nisi mellis et cerae copiam, quod sonus tympanorum Pergami in penetralibus templorum auditus est, quid, nisi laetitiam portendebat? — Hist. XXI, 15: Fuit unus dies Caesari nimis adversus — — vicitque Pompeius illa acie et imperator appellatus est; cumque cedentes non sequeretur, negavit cum Caesar aut vincere aut victoria uti scire. Ib. XXVI, 2: Triumphavit quater, ut fere omnes sunt auctores, ut certiores tradunt, quinquies. Ib. XXI, 28: Dehinc versus in Caesarem Faciam, inquit, hodie, imperator, unde vel vivo mihi vel mortuo gratias agas. Ib. § 30: Concursum est in campis Thessaliae, quos Philippos vo-

cant. Illum sibi locum Romae invidens fortuna delegerat, ubi ab hostibus invictas Romanas opes manibus Romanis everteret imperiumque supremum irreparabili clade protereret. Ib. § 35: cum, ut apud scriptores constat, nil Pompeio magis, quam suorum nocuerit multitudo.

Rem. L. I. d. 104. p. 88: Sic Metellus Macedonicus Africani iunioris, sic Caesar Pompeii, sic Alexander Darii mortem flevit. Ib. d. 108. p. 90: GAUDIUM. Felix sum. RATIO. Hoc inter carnificum gladios Magnus ille Pompeius de se praedicat; quod tamen, si profundius verum fodis, nunquam fuerat, ne tum quidem, dum florentissimo in statu felicissimus videretur. Fam. L. VI. ep. 3. p. 660: sicut ex diverso, si Lucano credimus, non moestior in morte generi flens Caesar, quam exercitus, qui plaudebat. Itinerario Syriaco p. 564: Spectabis multifidas Nili fauces, ubi fortuna populi Romani truncum sui ducis et lacerum cadaver abscissumque trunco caput flens victor aspexit, sic cum genero partitus orbem, ut illum Nilus, Tybris hunc abluat. O fortunae fides. O rerum finis humanarum. — Hist. XXII, 3: aliquantisper haesit in litore, dum interea missum sibi — — Pompeii caput atque anulus offertur. Ingemuit Caesar et lacrimas fudit, tanti viri et tanta sibi olim familiaritate coniuncti casum miseratus.

Itin. Syr. p. 564: Nil iam restat memorabile, quod quidem non meminerim, praeter Alexandriam, Alexandri opus, Alexandri nomen, Alexandri bustum, ad quod Iulius Caesar post Thessalicum diem mortemque Pompeii, cum Alexandriam venisset, ambiguo turbati vulgi murmure permotus per speciem religionis iase (v. *esse*) legitur. — — Videbis, ubi iniquo Marte praeventus et circumdatus illa magnalia et vix credibilia gessit Caesar. Rem. L. I. d. 69. p. 62: Iulius Caesar, victor in Galliis, in Germania, in Britannia, in Hispaniis, in Italia, in Thessalia, in Aegypto idemque mox in Armenia, in Ponto, in Africa et rursus in Hispania supremo Marte victurus, in medio tantarum victoriarum ab amore regio interim apud Alexandriam victus est. De sui ipsius et multorum ignorantia p. 1036: Tenes, puto, memoria, ut apud Alexandriam Caesar inopino Marte circumfluus Ptolemaeum regem secum in omnes belli casus trahit, ne sine illo pereat; quae res sibi non exigua evadendi, ut creditur, causa fuit, quod illum scilicet mactare simulque hunc servare difficile censuissent, qui illum oderant, hunc amabant. — Hist. XXII, 4: Dehinc in terram egressus et ingressus Alexandriam exceptus est tumultu et clamore militum gravi, quos illi urbi rex praesidii gratia dimiserat. Ib. § 10: Et petitio iusta erat (*Cleopatrae*), et insignis forma accendebat.

cf. XXVI, 7. Ib. (§ 10.) Fama est timuisse hostes, ne una cum Caesare inter tenebras opprimerent suum regem, quem salvum cupiebant, ut qui potestate pueri ad omne scelus abutebantur, sicut nonnulli nostra faciunt aetate, eamque Caesaris salutis caussam fuisse.

Apol. p. 1073: Certe Iulius Caesar post tot bella, tot victorias, non armatus urbem Romam, sed cum inermi exercitu inermis victor introivit. Rem. L. I. d. 114. p. 96: Potuit igitur Caesar precibus senatus Marcello veniam dare, non potuit Marcelli cliens grave maius pati, ut is Caesaris beneficio uteretur. Republ. p. 385: Itaque et medicos et liberalium artium magistros civitate donasse Iulius Caesar legitur. Rer. senil. L. XI. ep. 17. p. 895: Iulius Caesar sub extremum vitae tempus quot et quantis rerum apparatibus intentus quam multa circa Romanae urbis ornatum reique publicae et imperii tutelam et augmentum mente volvebat, templisque atque aedificiia publicis insuetae magnitudinis, . bibliothecis Graecis insuper ac Latinis Romam decorare (v. *decoratae*), quae mox divus successor eius Augustus implevit, ius praeterea civile ex infinita illa veterum legum exundantia supervacuis decisis ac decerptis utilibus et perpaucos coniectis in libros ad aliquem studiosis habilem facilemque modum ac parabilem restringere, quod diu post implevit Iustinianus, ut potuit; ad hoc secundo receptis Hispaniis post Pompeii Magni mortem ab occidente in arcton et orientem arma convertere bellumque Dacis primum rebellantibus ac deinde Parthis inferre, gentibus quidem alteri indomitae, alteri secundum Romanos ea tempestate potentissimae. Quid nunc vero? Hos atque alios (neque enim omnes attigi) viri huius ultimos conatus quis concluserit eventus, quaeris? Audi Suetonium Tranquillum: Talia, inquit, agentem atque meditantem mors praevenit. Var. ep. 43. p. 1032: Cupio praeterea et dispono deo dante non templum Marti, quantum nusquam esset, ut Iulius Caesar, sed unum hic parvum oratorium beatae Virgini extruere. Rem. L. I. d. 96. p. 80: Magnus est ad imperium ascensus, magni in imperio labores, magni quoque, cum ascenderis, ex alto casus. Si mihi non credis, Iulium Caesarem interroga, Caium quoque Caligulam et Claudium. Ib. d. 108. p. 91: Alexandri Macedonis ac Iulii Caesaris etsi fortuna prosperrima, vita tamen inquieta semper ac turbida atque ideo nunquam felix, utriusque mors rapida: ille in medio bellorum cursu, hic post victoriam repente, ille veneno periit, hic ferro. Ib. d. 112. p. 95: facile deprehendes, quorsum his praestigiis credendum sit, nisi tres illi summi hominum rerumque moderatores Pompeius, Crassus et Caesar iurati forte contrarium dicturi sint, quibus,

quod conſtat magno quidem omniumque familiarisſimo teſte Marco Tullio, Chaldaei omnes aruſpiceſque promiſerant, quod praeclaro fine omnes beati ſenes in patria morerentur. Senil. L. VII. ep. 3. p. 835: Legiſti, ut Casſius, eorum unus, qui Iulio Caeſari non dico impias ac ſceleſtas, ne quaeſtionem adhuc dubiam praetereundo diffiniam, ſed audaces certe manus iutulerant, in campis Thesſalicis res illuc Romanas civilibus Furiis rurſus urgentibus – – Caeſarem ipsum obvium habuit armatum. Rem. L. II. d. 80. p. 168: Proditus a ſuis – – Magnuſque Pompeius et Iulius Caeſar et mille alii vel reges vel regibus altiores. Memor. L. III. c. 8. p. 442: Quid vero Caeſarem putamus, ſi divinasſet, ut in eo ſenatu, quem ex maiori parte ipse cooptasſet, in curia Pompeiana ante ipsius Pompeii ſimulachrum tot centurionibus ſpectantibus et nobilisſimis civibus partim etiam a ſe omnibus rebus ornatis (v. *ordinatis*) trucidatus ita iaceret, ut ad eius corpus non modo amicorum, ſed ne ſervorum quidem quiſquam accederet? quo cruciatu eum vitam acturum fuisſe? Ib. L. IIII. c. 4. p. 473: Nec ſegnior mortis, quam imperii praenuncius ſibi ſomnus accidit. Nocte quidem, quam dies vitae novisſimus inſecutus est, videt ſe a terris ablatum supra nubes volitare et interdum dexteram cúm Ioue coniungere. Quod quamvis ad coniectorem relatum non legamus, tamen, ut res docuit, et inſtans a rebus humanis digresſus et relatio eius inter deos ſignificari potuit. Aliquanto tamen clarius Calphurniae uxoris ſomnium, quae eadem illa nocte caedis praevia tectum palatii collapsum virumque in gremio transfixum ſuo vidit in ſomniis. Quod cum Caeſari narrasſet, multis cum precibus ac lacrimis obteſtans, ne luce proxima iu Capitolium aſcenderet, ipse collatis ſomniis, ſimul et adverſa tentus valitudine parumper haeſitavit, utrum pergeret, an ſe domi contineret, his, quae nunc agere deſtinaverat, in tempus aliud dilatis, atque ita ſubſtitit, donec ille trux et inhumanus proditor, qui ſub eo tam glorioſam militiam et tot amplisſimos honores gesſerat, frequentem ſenatum adesſe et expectare ait et, ut moras rumperet, egit. Tum ſive inſita urbanitate victus, ne tot illuſtrium virorum expectationem fruſtraretur, ſive, ut Valerio placet, ne feminea viſione territus videretur, ſive, ut ego arbitror, quia fatalis eum repoſcebat dies ventumque erat ad terminum, quem praeterire non licebat, paruit et circiter quintam diei horam eo profectus, unde non rediit. Ib. c. 7. p. 483: Iulium Caeſarem immolantem Spurina, notisſimus aruſpex, non reperto corde in extis opimi bovis admonuit verendum esſe, ne conſilium ac vita fatiſcerent, quae ambo a corde provenirent; itaque circumſpici oportere diſcrimen, quod ſibi pararetur nec ul-

tra Idus Martias trahi posſet. Mira rerum humanarum nubes, mira fortunae violentia, unde haec vel illi noſse vel illi negligere. Praefixa enim die cum Caeſar (v. *Caesaris)* multis fruſtra retentatis hoſtiis curiam ingrederetur, in Spurinam ceu mendacem ita iocatus est, ut diceret Idus advenisſe. Is autem nondum praeteriisse reſpondit, sic ex integro comminatus, nec fefellit; eodem enim die ac loco caeſus est. Rem. L. II. d. 77. p. 165: Tribus et viginti vulneribus confixus Caeſar unum non amplius letale habuit. Ut ſane fuerint cuncta letalia, plusne, quam semel mori potuit? Multa licet ac profunda ſint vulnera, unus est vulnerum effectus. Contempt. d. I. p. 336: illa, quae in mortibus ſummorum hominum ſtupentes faciunt populi, qualia multa (ut te tantiſper ad hiſtorias revocem) in funere Iulii Caeſaris meminiſti. Senil. L. XII. ep. 1. p. 903: Quadriennio me minus ac decennio vixit Maro, triennio minus vixit Cicero, triennio minus Ariſtoteles, decennio minus Caeſar, decennio minus Scipio, ille orbis victor, hic Carthaginis eversor ac Numantiae. Fam. L. VI. ep. 2. p. 658: hic triumphavit Caeſar, hic periit. *(In deſcriptione locorum Urbis, quorum tamen plures ex rerum memoria potius, quam quod cognitos inſpexerit, recenſet.)* — Hiſt. XXVI, 27: Hae ſunt fere cauſae, haec ſunt crimina, quae Caeſarem morte dignum effecerunt et, eorum utor verbo, ut iure caeſus extimetur. Ib. § 33: Quam indigne autem ſit occiſus, vel hinc patet, quod plures ex his, qui eum occiderunt, in teſtamento eius filii, ſi quis forte naſceretur, tutores erant nominati. Quidam quoque in ſecundis heredibus ſcripti erant, ut D. Brutus, qui maxime in hac caede ac praecipue videtur impius fuisſe. Ib. § 27: ſed uno modo ſui omnes fuerunt peremptores. Ib. § 28: Omitto plurimis hoſtiis non litatum et Spurinae aruſpicis monitus periculi imminentis - - omitto ſuum et uxoris ſuae ſomnium. Ib. § 31: Caeſar Idibus Martiis turbatae valitudinis cauſa aliquamdiu domi detentus tandem D. Bruto hortante, ne expectantem ſenatum fruſtraretur, ad multum diei ſpatium, hora ſcilicet V. venit in curiam Pompeianam, quae est Tarpeiae rupis in latere, expeditionem Parthicam animo agitans. Ib. § 32: dum asſurgeret, alio vulnere remoratus est, quod unum ex omnibus letale medici dixere. Sed ad unam vitam ſiniendam tale vulnus unum ſatis est. Ib. § 33: tribus ac viginti vulneribus ad terram datus occubuit. Ib. § 34: ludibrium extincto praeparatum mirificos in honores verſum est. Rogus enim accenſus *etc.* Ib. § 38: Periit anno aetatis VI. et L. Ib. § 39: Nam et curiam ipsam ceu infauſtum locum claudi iusſum est, hodieque praecluſa vixque acceſſibilis est.

Oratione ad veteres rei publicae Romanae defenfores p. 534: O Iuli Caefar, qui incurfus hoftium non expectans raptim fuperatis Alpibus, Rheno, Rhodano ac Garumna fluminibus impigre transmisfis incertum an fortunatior an fortior victrici acie Germaniam, Galliam, Britanniam atque Hifpanias peragrafti: utinam viveres. Tibi loquerer. De capesfenda libertate p. 539: M. denique recentiorem Catonem *(rei publicae caritas coëgit)*, -- ut fibi ipse manus ingereret potius, quam tyranni eiusdem, licet fingularis et unici viri, vultum et fervientem patriam videret. Itin. p. 563: Si per Syrtes Libycas et arenofa loca ferpentum M. Cato mite Caefaris imperium fugisfe (v. *fuisfe*) laudatur *etc.* Fam. L. VII. ep. 2. p. 673: -- Iulium Caefarem in Galliis ac Germania fulminantem perdomitisque hoftibus ad poftremum in vifcera patriae victricia pila vertentem ipsamque tum gentibus imperantem Romam et in ea (v. *eo)* terrarum orbem unico Thesfalico proelio vincentem -- Africa Lib. II. p. 30: fed quis cum clasfe frementem Ibit in oceanum? Fortisfimus ille nepotum Unus erit, magno semper cantandus in orbe, Gallica qui vario complebit rura pavore Et fluvios atri violabit fanguinis unda. Inde procul coelo et terra pelagoque repoftoa Auricomas rapido calcabit Marte Britannos, Stringet et indomito luctantem gurgite Rhenum Pontibus hoftilesque tenens cum milite fines Tristia caeruleis Germanis bella movebit. O felix, fi forte modum fciat addere ferro. Nefciet, heu, noletque mifer, fed turbine mentis Victrices per cuncta manus in publica vertet Vifcera, civili foedans extrema cruore Proelia et emeritos indigno Marte triumphos. Me tamen infami tam (v. *infamiam)* multa decora furore Commaculare pudet (quam turpiter omnia calcat Ambitus) ut totum imperium fibi vendicet unus, Primus et exemplum reliquis, fpolietque fuperbus Tarpeiam miferosque novo legat ordine patres. Haec et Pharfalicas mortes Ephyraeaque arma *(haec emendari nolunt)* Thapsonque et Mundam et Capitolia fanguine tincta, Omnia praetereo. Epift. L. I. p. 79: Quid referam hoftili pofitas in litore terras Oppidaque et victis minitantes civibus urbes, Italiae virtutis opus monimentaque noftri Caefaris aeternum imperii teftantia nomen? Ib. L. II. p. 96: puerilia vatum Hinc ftudia appellas? Puerilis ineptia quorfum Impulit errantem calamum? puerilia Caefar Iulius et toto regnans Auguftus in orbe Tractarunt igitur? Ib. L. III. p. 113: Quando erit obfcuri laribus contentus Amyclae Caefar et imperium fpernet bellumque timebit -- Tunc tua propofitum convellent carmina noftrum.

Offic. p. 390: Hac (v. *haec)* Iulius Caefar praeit cunctos in gloria. Neque enim quifquam, fi Senecae verba memoriter

servo, liberalius victoria usus est, ex qua nihil sibi vindicavit praeter dispensandi potestatem. Mem. L. II. c. 1. p. 406: Divo Iulio Caesari hoc in primis etiam ab hostibus datum scio, ut memoria polleret eximia, de qua M. Tullius ait, quod nihil soleret praeter iniurias oblivisci. Rem. L. I. d. 101. p. 85: hanc (*oblivionem offensae*) summus orator summo duci summae laudi tribuit, quod scilicet nil soleret nisi iniurias oblivisci. Epistola ad Ciceronem 1. p. 704: Iulium quoque Caesarem praeterveho, cuius spectata clementia ipsis lacessentibus (v. *ipsa es, latescentibus*) portus erat. Senil. L. X. ep. 1. p. 863: Nempe si in laudem Iulii Caesaris ait Cicero, quod nihil soleret nisi iniurias oblivisci — —. Quod si eius, de quo nunc loquebar, principis in honorem laudator idem ait nullam de virtutibus suis plurimis misericordia eius admirabiliorem esse nec gratiorem *etc.* Rem. L. II. d. 33. p. 137: Pulchrior venia relinquitur et pulcherrima omnium oblivio. Haec inter omnes principes Iulium Caesarem illustravit. Innumerae et ingentes viri huius victoriae, gloriosissimi sunt triumphi, incomparabilis rei militaris excellentia, altissimum ingenium, praeclara eloquentia, nobilitas generis, forma corporis et invicti animi magnitudo: cum cuncta collegeris, nil in eo clarius clementia et offensarum oblivione reperies, quae quanquam sibi materiam mortis attulerit, ut iure Pacuvianum illud in funere caneretur (v. *caneret*): Men' servasse, ut essent, qui me perderent? ex quo tamen necessario moriendum erat, potest quodammodo tali ex causa optabilis mors videri. Republ. p. 374: – – oderint, dum metuant – – quo etiam uti solitum Iulium Caesarem opinari (v. *opinati*) aliqui et dicere voluerunt: mirum certe, si verum. Nam ipse quidem praeter gloriae et imperii appetitum, in quo multus, ne dicam nimius, fuit, omnia fecit, quibus esset amabilis potius, quam timendus, quadam hinc mansuetudine atque clementia, hinc munificentia et liberalitate mirabili, cum e toto imperio omnibusque victoriis nihil sibi retinuerit, quod magni testantur auctores, praeter dispensandi potestatem, ad veniam vero tam facilis fuerit, ut de eo Cicero idem scribat, quod nihil soleret nisi iniurias oblivisci. Nobile quidem vindictae genus est parcere, nobilissimum oblivisci, ut id sibi pro supremo naturae bono suus ille nunc amicus nunc hostis attribuat. Quid multa? Usque adeo his virtutibus, ut sileam reliquas, abundans fuit, ut nemo magis, etsi ex his praemia non sat digna percepit; siquidem ab iis ipsis, quos opibus atque honoribus summis expleverat, quibus victor omne ius victoriae, omnes inimicitias iniuriasque remiserat, interfectus est; nec eum liberalitas iuvit nec clementia, ut non immerito sibi Pacuvianum illud in funere caneretur: Men' servasse, ut essent,

qui me perderent? Quibus ita se habentibus quaeri potest, quaenam sibi odium causa conflaverit. Nempe odio coniuratio illa non caruit. Ego nullam invenio, nisi violentiam (v. *violentam*) quandam elationemque animi, quod supra patrium morem sese attolleret, quod nimiis gauderet honoribus et dignitates indebitas usurparet (v. *usurpet*). Nondum assueverat Roma Caesareos fastus pati, quos postea longe dispanum tales tulit, ut facta collatione mira illa videri posset humilitas. Si illum igitur talem virum nulla potentia, nullae opes adversus multorum odia protexerunt, restat inquirere *etc.* — Hist. XX, 48: Nam, ut alter ait, nemo liberalius victoria usus est; nihil sibi retinuit praeter dispensandi potestatem. Ib. XXIIII, 63: quamvis scriptum de illo sit, quod nihil soleret praeter iniurias oblivisci. Ib. XXVI, 3: Neminem certe clementius, neminem liberalius victoria usum constat, idque maximi sunt auctores. Invidebant tamen et, quod miraberis, invidentes certabant eum honoribus ornare. — — Ipse suam omnem clementiam in victos, omnem suam potentiam in cives effundere. Nihil de tanto imperio suum erat praeter gloriam et imperii nudum nomen. Ib. § 4: Negare non possum, quin in re publica iuvenis paulo impetuosior et principatus semper appetentior fuerit, quum sat est — —. Sed quis virtutes alias viri huius enumeret? quis illam unicam abunde laudaverit, qua omnes vicit principes, clementiam? Sed quid agant quove se vertant homines? ubique periculum, nihil tutum — —. Rem verissimam, sed mirabilem et indignam dicam delicatis animis: ipsa beneficentia gravis erat, et unum omnia posse multis utile, sed molestum omnibus. Ib. § 5: Unde hercle amorem omnium merebatur, inde omnium ferme odia et paucorum insidias et ad ultimum causam mortis invenit. Ib. § 35: simulque inter ludos funereos ad misericordiam occisi et invidiam occisorum Pacuvianum illud inter alia decantatum: Men' servasse, ut essent, qui me perderent? Cf. XVII, 18.

Rem. L. I. d. 18. p. 16: Haec eadem cibi indifferentis ac potus parcitas in cunctis fere claris ducibus atque principibus fuit, et in Iulio Caesare singularis. Ib. d. 24. p. 24: Quod ad sobrietatem attinet, malim te Caesari similem, quem vini parcissimum ne inimici quidem negaverint, ut Tranquillus ait, quam Catoni. Sen. L. XII. ep. 1. p. 902: Vino fervidos omnes, qui ad evertendam rem publicam accesserunt, praeter unum Iulium Caesarem fuisse Cato ait. — Hist. XXVI, 8: cibi prorsus indifferentis et parcissimus vini fuit.

Offic. p. 391: Insuper et nobilitas sanguinis et castrensis eloquentia, quo in genere Iulius Caesar, Africanus maior et Pompeius Magnus opinatissimi habentur. — — Horum certe

trium is, quem primum posui, tam disertus (v. *diversus*) fuit, ut non modo militari facundia cunctos duces vicerit, sed forensi etiam summos aequaverit oratores. Mem. L. II. c. 2. p. 411: Scire autem velim, qui sex simul eloquentiae principes constituerunt, quem Iulio Caesari locum dabunt, cuius eloquentia militaris, ut est apud Suetonium, aut aequavit praestantissimorum gloriam aut excessit. Accusator Dolobellae plus quam militaris, summi oratoris officium implevit, in qua quidem accusatione extorqueri sibi causam optimam L. Cottae patrocinio questus est, quo (v. *quae*) verbo vim facundiae proprie expressit, ut Valerio videtur. Et nimirum (v. *nimis*) verbum extorquere hanc vim habet, ut reus ille non facili ad utrumlibet se habente (*haec quinque corrupta videntur*), sed ex arctissimo quidem indissolubilique laqueo, ubi Caesareo eloquio vinctus erat, praereptus videretur. Post quam accusationem, ut Suetonius idem ait, haud dubie principibus patronis annumeratus est. Hinc M. Tullius, et, quod magis miraberis, ad Brutum scribens, clarissimum eloquentiae testimonium perhibuit negans se videre, cui Caesar cedere debeat, adiungensque eum elegantem splendidamque atque magnificam et generosam quodammodo rationem (v. *orationem*) dicendi tenere. Et ad Cornelium Nepotem de eodem scribens Quem, inquit, oratorem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis sententiis aut auctior aut crebrior? Quis verbis aut elegantior aut gravior? Pronunciasse dicitur, ut Suetonius refert, voce acuta, ardenti motu gestuque non sine venustate (v. *vetustate*). Iluius est illud praeceptum omnibus, qui eloquentiae student, memorabile, in primo libro eius de analogia positum, ut scilicet infrequens atque insolens verbum tanquam scopulum fugiamus. Enumerare possem, quibus proeliis oratio eius ita militum animos inflammavit, ut periculi omnis immemores laeti etiam et exultantes in ferrum ruerent (v. *ruerunt*), quas ingentes exercitus seditiones voce compresserit, quot armatorum milia solus et inermis oratione terruerit usque adeo, ut [periculi omnis immemores] (*haec tria ex proximis male repetita videntur*) ad nutum perorantis inventi sint et, qui colla porrigerent, et, qui ferirent, qui gemeret, nemo, nisi et narratio longior et aliis locis opportunior foret. — Hist. XXVI, 9: Sed non ut abstinentiae, sic eloquentiae inops fuit, qua et omnium seculorum duces haud dubie antecessit et summos aequavit oratores. Quod ita esse oratorum princeps et Caesaris hostis Cicero confirmat, et, quod mireris, ad Brutum scribens.

Offic. p. 388: Nullum diem intermisisse Caesar traditur, quin quotidie legeret aliquid aut scriberet. Itaque, quod mira-

bile potius, quam imitabile (v. *mutabile)* fateor, et in magnis itinerum difficultatibus et (v. *quos)* in mediis bellorum aestibus libros fecit, Mem. L. I. c. 2. p. 394: Divus Iulius Caesar, quem armorum laus et victoriarum gloriae coelo exaequarunt, a studio literarum medio quamvis in bellorum furore non abhorruit, nunquam secessisse et ipse gloriatur et magni consentiunt auctores. Accedit operum fides praeter adolescentiae suae libros, quos publicari, dum bibliothecas ordinat, Augustus vetuit. Multa iam provectus (v. *provectis)* scripsit famosissima; siquidem et anni totius ordinem et bisexti rationem, quicquid de mensura aevi vetustioribus ad eum diem vel ignotum vel confusum fuerat, summo studio digessit literisque et memoriae (v. *memoria)* tradidit posterorum atque, ut in Saturnalibus scriptum est, omnem constantiam temporis vagam adhuc et incertam in ordinem (v. *ordine)* statae diffinitionis coëgit et edicto palam posito publicavit. Scripsit Anticatones duos, scripsit et de analogia. Auspiciorum, rerum (v. *Verum)* praeter haec a se gestarum tam Gallici, quam civilis belli libros edidit non a suis magis, quam ab hoste laudatos. M. enim Tullius, alioquin multum in Caesarem graviter invectus, hos tamen libros erubuit illaudatos praeterire. Commentarios, inquit, scripsit valde quidem probandos. Nudi sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis tanquam veste detracta. Sed dum voluit alios paratam habere, unde sumerent, qui scribere vellent, historiam, ineptia gradum fortasse fecit, quia illa vellent calamistris inurere: sanos quidem homines a scribendo deterruit. Eosdem Caesaris libros scriptor rerum suarum, ut fama fert, Iulius Celsus, ut Suetonio videtur, Hirtius, ita commendat: Difficillimam rem suscepi, Caesaris nostri commentarios rerum gestarum Galliae. Nec multo post Quos utinam qui legerint, inquit, scire possint, quam invitus coeperim scribendos, quo facilius caream stultitiae atque arrogantiae crimine, qui me mediis interposuerim Caesaris scriptis. Constat enim inter omnes nihil tam operose ab aliis esse profectum, quod non horum elegantia commentariorum superetur. Qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum scriptoribus desit, adeoque probantur omnium iudicio, ut praerepta, non praebita facultas scriptoribus videatur. Cuius tamen nostra maior, quam reliquorum est admiratio. Ceteri enim, quam bene quamque emendate, nos etiam, quam facile atque celeriter eos perfecerit, scimus. Et haec quidem ille. Sane de celeritate apud Suetonium habetur expressius, ubi ait et hos libros et alios plurimos, in quibus etiam poëma, quod Iter inscribitur, tanta cum velocitate peregisse, ut quosdam ex eis in Alpium transitu scripserit ex citeriore in transalpinam Galliam

revertens belli Gallici temporibus, quosdam ipsorum bellorum civilium fub Mundenfe (v. *Mutinenfe)* difcrimen, quosdam ab urbe Roma (v. *Romani)* in ulteriorem Hifpaniam proficifcens. Quam viam fimul cum ftudio diebus quatuor et viginti perfecit, incertum his et (v. *om.)* fimilibus operibus linquens, utrum animi foret aut corporis an robore vel celeritate mirabilior. Fam. L. VII. ep. 15. p. 684: Scio tamen illos tam magnos rerum dominos, Iulium et Auguftum Caefares, faepe a rei publicae negotiis bellorumque laboribus in noftri tranquillitate otii quievisfe et rigentes gladiis dexteras ab hoftibus feriendis ad fyllabas numerandas ac voces adverfis agminibus intonare interque tubarum clangorem et militarem ftrepitum exaudiri folitas ad Pierii modulaminis dulcedinem tranftulisfe. Epiftola ad Varronem p. 709: Velim Iulium et Auguftum Caefares *(falutes)*, quamquam ftudio fummisfimos atque doctisfimos fciam. Verecundius tamen fuerit noftris imperatoribus falutandos linquere, fi tamen falutare illos audent, quorum ftudio ac virtute fundatum imperium everterunt. — Hift. XXVI, 9: Neque tantum militari aut oratoria eloquentia, quae habetur ed praefentes, enituit, fed et libros fcripsit rerum ante alios fuerum, qui ab aliis, qui rebus ipsis interfuerant, digefti funt et in lucem editi, unde horum, quae de rebus Caefaris fcripsimus, maxima pars decerpta est. Scripsit et alios plures, qui ita fibi propter ingenii velocitatem adeo nihil aut modicum temporis occupabant obftabantque negotiis, ut quosdam ex eis in Alpium tranfitu belli Gallici temporibus, quosdam in medio periculofisfimorum ardore bellorum, unum, cuius fupra meminimus, dum ab urbe Roma IIII. et XX. diebus ulteriorem in Hifpaniam pervenisfet.

Rep. p. 383: Quaere autem Iulii et Augufti Caef. epiftolas, quarum multas apud Iofephum, quasdam apud Suetonium invenies: nufquam ibi *nos* fcriptum legitur, nufquam *volumus*, vel *praecipimus*, fed *volo* et *praecipio* et quae funt fimilia. Mem. L. II. c. 1. p. 406: Et legere fimul et fcribere et dictare folitus traditur. Epiftolas de rebus maximis quaternas dictabat aliis, ipse manu propria quintam fcribens, ac fi calamum eximeres, septenas pariter dictabat. Quae quidem velocitas an volubilitas promtisfimi ingenii an amplisfimae firmitas memoriae dici mereretur, incertus fum; fiquidem celeritas ingenii, tenacitas memoriae laus est. Quodlibet ei nomen impofueris, magna res in primis et mirifica tam facile fingulis adesfe, tam fideliter omnium meminisfe. Sen. L. XV. ep. 5. (ad Carolum IIII. imperatorem de Caefari fuppofito privilegio ifto, quo Auftria legibus imperii eximebatur.) p. 955: Ad id, quod expectas, venio. Nos, inquit, Iulius Caefar imperator, nos

Caefar et cultor deorum, nos fupremus terrae imperialis Augustus, et reliqua. Quis tam hebes rerumque infcius ufquam est, qui non iam hinc apertis oculis videat totidem prope mendacia esfe, quot verba? Licet enim, ut Lucanus ait, omnes voces, per quas iam tempore longo mentimur dominis, aetas primum illa repererit, non tamen illas voces reperit (v. *repererit*), per quas nobis domini mentiuntur. (cf. Var. ep. 17. p. 991: itaque stylum mutas, quafi vel ego blanditiarum egeam, quas primum Iulii Caefaris fortuna mundo intulit, aut te vilior ftylus robuftiorque non deceat. — — mentiri autem dominis his vocibus, quibus nunc vulgo utimur, aetate ipsius Caefaris inventum Lucanus asferuit.) Quamvis ergo Caefarem fui plurali numero, quod ante eum nulli alii factum erat, alloqui coepisfent, magnitudini eius adulantes, qui mos poftea ab imperatoribus in populum fluxit, ipse tamen de fe nunquam cum militibus etiam fuis nifi fingulariter loqui folitus invenitur. Hoc ille bos ignorabat, quod fi fcisfet, cautius mugisfet. Sunt penes me ipsius, de quo agitur, Iulii Caefaris aliquot familiares epiftolae; nam eiusdem orationes apud Lucanum atque alios multae, apud Saluftium una, dici posfent non illius, fed fcribentium arbitrio dictatae. Epiftolas autem idem ipse dictavit, e quibus exempli gratia pauca (v. *paula)* decerpsi. Caefar Oppio Cornelioque falutem. Gaudeo mehercle vos fignificare literis, quam valde probetis, quae apud Corfinium gefta funt. Confilio veftro utar libenter et hoc libentius, quod mea fponte facere inftitueram, ut quam lenisfimum me praeberem. (cf. Hift. XX, 43. ubi tota epiftola exftat.) Item: Caefar Oppio Cornelioque falutem. Ad VII. Idus Mart. Brundufium veni; ad murum caftra pofui. Pompeius est Brundufii. Mifit ad me Cn. Magium de pace. Quae vifa funt, refpondi. Hoc vos ftatim fcire volui. Cum in fpem venero, de compofitione aliquid me conficere, ftatim vos certiores faciam. (cf. Hift. XX, 45.) Idem Ciceroni fcribens Etfi te, inquit, nihil timere, nihil imprudenter facturum iudicarem, tamen permotus hominum fama fcribendum ad te exiftimavi, et reliqua. Extat eiusdem epiftola feu privilegium de re magna non ad fingulos, fed ad gentem Sidoniorum talis: C. (v. *Cn.*) Iulius Caefar imperator et pontifex et dictator II. magiftratibus Sidoniorum et Cinthiae et populo falutem. Si fani eftis, bene est: et ego fanus fum cum meo exercitu. Exemplum facti decreti ad Hircanum, filium Alexandri, principem facerdotum et rectorem gentis Iudaeorum, vobis deftinavi: in publicis veftris annalibus reponatur. Volo vero Graece et Latine in aerea tabula fcriptum hoc proponere. Et ftatim post: Cum deliberata fententia decrevi. Et

infra: Propter has caufas Hircanum Alexandri filiofque eius rectores gentis Iudaeorum esfe et principatum facerdotii gentis Iudaicae femper habere fecundum patrios mores praecipio; ipsum quoque filiofque eius inter eos, qui auxiliantur nobis, et inter viros nobis amicisfimos esfe cenfendos, quantacunque facerdotalia iura funt, eum et filios posfidere decerno, et reliqua. Hanc quidem epiftolam apud Iofephum, certisfimum auctorem, hiftoriarum libro tertio, fi quaeris, invenies. Posfem curiofius infiftere; ftylum vides. Nam quod fe Caefar hic Iulius Auguftum vocet, non falfum modo, fed ridiculum quis non videt? fiquidem nomen hoc ab illius fuccesforo principium habuisfe putabam pueris, qui vel fcholae limen attigisfent, omnibus notum esfe. Lege Annei Flori, lege Suetonii Tranquilli, lege Orofii, lege Eutropii, lege denique omnium hiftorias. Nullus hoc ignoravit praeter hunc afellum importunisfime nunc rudentem. Iam quod fequitur nefcio quis avunculus manu factus, mirum penitus, quid ita Iulii Caefaris avunculus in illis tantum literulis notus fit, nufquam omnino alibi lectus vel auditus, praefertim cum ipsius pater Caefaris vel nulli vel paucisfimis cognitus habeatur — —. Unde autem avunculus ifte nunc redeat aut ubinam tot feculis latuerit five quam ob noxam in extrema terrarum deportetur, nefcio; ubi praecipue illud miror, quod teftis innominatus ad iudicium venit — —. Quid quod data literarum apertisfime falfa est? ubi nec dies certus nec (v. *ne)* Cof. afcribitur. Quis enim, nifi amens, dicat: Datum Romae die Veneris, regni noftri anno primo, et non adiiciat, cuius menfis quota fit dies? Quis paftor fen quis arator ita fcriberet? nedum ille, qui praeter cetera ingenii opera, quo non minor (v. *iunior)*, quam imperio fuit, anno totius exactisfimam rationem nofcitur invenisfe. Nam quod ait regni noftri, fic a veritate femotum est, ut non rifum modo, fed bilem excitet ftomachumque concutiat. Caefar enim, ut audifti, imperator et pontifex et dictator dici voluit, rex nunquam. Reges Romae feptem legimus prima urbis aetate. Si qui post illos regnare voluerunt, vel gladio caefi vel de faxo Capitolii praecipites acti funt. Fateor quidem Caefari affectati regni fufpicionem pro fummo probro non ab aliis, quam ab hoftibus obiectam (v. *obiectum)* fuis. Ergo ille vir tam gloriae cupidus tamque confilii abundans, quod fibi ad infamiam datur, inter titulos numeraret? Non magis certe fe regem diceret aut dici vellet, quam fcurram, quam adulterum, quam lenonem, imo vel multo etiam minus. Illa enim turpia et obfcoena, regium vero cognomen odiofum nimis et periculofum et importabile Romae fuit. Vis hoc clarum fieri? Cum Hifpaniae populi Scipioni Africano

maximas ibi et gloriosissimas res agenti regnum virtutis admiratione detulissent, vide, quid responderit; ipsa enim T. Livii verba subscribo. Silentio per praeconem facto sibi maximum nomen imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellassent; regium nomen alibi magnum, Romae intolerabile. Quamobrem, quod Lucanus ait: Omnia Caesar erat, ita dictum accipe, quia in se unum omnes dignitates honoresque congesti sunt, qui tunc Romae essent, ubi regnum procul dubio non erat. Absit, ut regni faceret mentionem, quam factam ab aemulis execraretur penitusque reiiceret. Haec ad Iulii Caesaris fabulam rudi illi et inepto mendaciorum fabulatori dicta sint. — Hist. XXVI, 9: Scripsit et epistolas ad senatum, ad amicos, inter alios Ciceronem.

Rem. L. II. d. 56. p. 151: Labor Magnum quoque Pompeium, labor Hannibalem, labor Iulium Caesarem illustravit. Apol. p. 1077: Dabo — — Iulium Caesarem et T. Vespasianum, de quorum primo scriptum est: Caesar in animum induxerat laborare, vigilare, negotiis amicorum intentus sua negligere, nihil denegare, quod dignum dono esset. Sol. L. II. sect. 3. c. 16. p. 265: Romualdus — — more Caesareo, sed intentione alia, nil actum credens, dum quid superesset agendum. Var. ep. 29. p. 1015: Nihil est actum, si quid Caesarei moris habes, cum et multa supersint et supremam tua celebris gloria manum poscat. Sol. L. II. sect. 4. c. 5. p. 271: Dic, Pater, libet equidem percunctari, si hodie Iulius Caesar ab inferis remearet animum illum potentiamque suam referens, et Romae, hoc est in patria sua, vivens, ut haud dubie faceret, Christi nomen agnosceret, diutiusne passurum credimus, quod Aegyptius latro, Pelusiaci tam mollis turba Canopi, ut ait ille, non dicam Hierosolymam et Iudaeam et Syriam, sed ipsam Aegyptum atque Alexandriam possideret, dum meminisset olim se non tyranno impio, sed legitimo quidem regi regnum simul et coniugem et vitam abstulisse terrasque illas, ut Cleopatrae dono daret, suo periculo domuisse? Non quaero, quam id iuste egerit, sed animi vim et acrimoniam illam miror ac necessariam temporibus nostris dico. Quam facile enim fidelis effectus Christo suum restitueret, a quo se spiritum accepisse et aeternam gloriam accepturum crederet, qui illud adulterii pretium donaverat concubinae. Rep. p. 379: Hoc in genere maxime Iulii Caesaris laudatur industria, quod et bellis Gallicis atque Germanicis huic curae semper intentissimus fuerit et reversus Romam nihilo segnior ad conquirendum frumentum necessitatibus populi succursurum navigia per frugiferas insulas sedula intentione dispersit. Offic. p. 389: In hac parte *(corporis virtute)* praepollentis et

ardentis atque impigrae virtutis clarum nomen habent ex nostris ipse Iulius Caesar et Papirius Cursor (v. *Papyrius Curso*). —— Hic *(in fortitudine)* ex nostris occurrunt Iulius Caesar, saepe dictus dicendusque, Scipiones duo *etc.* Var. ep. 15. p. 989: Si circumstrepentibus vulgi erroribus immota fronte resistimus, et Manlio et Mario et ipso Caesare fortiores erimus. Off. p. 887: Nam et armorum atque equitandi peritia quaedam est, quae in pace etiam exerceri potest, imo in pace maxime discitur. Huius, ut reliquarum fere omnium, singularis Iulio Caesari laus est: de iis loquor, in quibus militaria tantum et bellica versantur officia, quibus neminem illo unquam magis enituisse plurimi ac certissimi sunt auctores. Sen. L. XI. ep. 13. p. 890: Nunquam sic *(equestribus ludis)* lusisse Scipio legitur, nunquam Caesar. De pacificanda Italia exhortatio ad Carolum IIII. p. 532: Scio actus tibi placere Caesareos, nec immerito Caesar es. Atqui primus opifex imperii tantae celeritatis fuisse dicitur, ut ipse saepe adventus sui nuncios praeveniret. Sen. L. IIII. ep. 1. (ad Muchinum Veremium) p. 781: Quem tu motum magnis etiam ducibus profecto terribilem magnis te maiorem probans multa virtute atque constantia compressisti privataeque dissimulator (v. *dissimulatorum*) iniuriae laesam rem publicam ultus es, iusto supplicio paucorum quiete illico rebus reddita et exercitu ad obsequium revocato, in hoc quoque magnifice, ut in multis, incomparabiles illos duces Africanum maiorem ac Iulium Caesarem imitatus. — Hist. XXVI, 6: Corpore quidem altus fuit, candidus, teres, maximarum virium, peritia rei militaris eximia, incredibili patientia laborum. Ib. § 10: nam in rebus bellicis nulli hominum secundus fuisse non ambigitur. Ita nempe de illo scriptum est: Vir, quo nemo unquam bellis magis enituit. Ib. § 11: Celeritatis non tantum mirae, sed incredibilis fuit, quam et ingenio et corpore praestitit ita, ut et, si quid ingenio agendum esset, ante perficeret, quam coepisse crederetur, et corpore itidem non ire, sed volare visus centena milia passuum in singulos dies exigeret et obiectos amnes aut nando aut inflatis utribus pedibus arremigando traiceret, ita ut, dictu mirum, saepe nuncii ad eius adventum urbibus nunciandum praemissi, cum eo cursim perveuissent, eum iam praevenisse attoniti reperirent. Cf. VIII, 7.

Offic. p. 890: Accedit iis mansuetudo quaedam et suavitas facilitasque animi, in qua Africanus idem et Iulius Caesar excellunt. — Hist. XXVI, 16: Peccata militum non omnia castigabat et multa dissimulabat, sciens genus hominum ad peccandum pronum nec facile naturam et consuetudinem verbis extirpari.

Sen. L. XII. ep. 2. p. 912: Mos est iste Caesareus, de

quo dictum est: Concessa pudet ire via. Var. ep. 29. p. 1016: Pari animi magnitudine Iulius Caesar - - non semel arcana hostium inventa nec unquam lecta combussit. Mem. L. II. c. 4. p. 424: Nec a Cicerone tantum, sed etiam vulgo laceratus est Caesar; siquidem peregrinis ac novis hominibus admissis in senatum, praecipue Gallis, inventus est libellus hoc continens: Bonum factum: ne quis senatori novo curiam monstrare velit. Item illa publice canebantur: Gallos Caesar in triumphum duxit, idem in curiam. Et rursus: Galli brachas deposuerunt, latum clavum sumpserunt. — — Aedilitatem agens Caesar cum M. Bibulo Capitolium ac forum comitiumque et basilicas ac porticus adornaverat ludosque insuper fecerat communi impensa; sed quia collegae obscurius, clarissimum Caesaris nomen erat, cum apud animos hominum omnium gratia reflecteretur in Caesarem, iocatus est Bibulus idem sibi, quod Polluci, contigisse; ut (v. *Et*) enim cum fratre ille communem domum habens sileretur in populo et Castoris tantum domus diceretur, sic communem ipsius ac Caesaris largitatem unius et non alterius iactari. Cum eodem postmodum M. Bibulo consulatum gerens, quod absque ullo eius respectu rem publicam versaret, iocandi occasionem vulgo dedit. Fuere, qui, quotiens ex more tale aliquid agerent, quod consignatione diei et Cosf. egeret, non Caesare et Bibulo, sed Iulio et Caesare Cosf. gestum scriptis mandarent. Hinc vulgati mox sine auctore versiculi: Non Bibulo quicquam nuper, sed Caesare gestum est; Nam Bibulo fieri consule nil memini. Et haec invidiosa magis, quam obscoena. Contra illa turpissima. Adolescens admodum adhuc Sylla superstite cum fortunae suae navigium patriae tempestatibus nutare (v. *nuper)* agnosceret, secessit Asiam petens atque apud Nicomedem, Bithyniae regem, paulo familiarius subsistens ex levissima causa gravissimam et inexpurgabilem contraxit infamiam, tanquam adolescentiae flore prostrato regiae libidini. Hinc suspicio pro veritate suscepta et omnibus sine fine non tam ad (v. *om.)* iocandum (v. *iucundum*), quam obtrectandum materia data est. Consul ingenti patrum repugnantia Galliam provinciam obtinuerat. Hinc immodice laetus magna senatus frequentia linguam frenare non valuit, moestis et nolentibus inimicis se, quod optasset, consecutum dictitans cunctisque vices odii redditurum. Ubi cum quidam eas minas aegre ferens id nulli feminae facile fore dixisset, satis habuit mordacem iocum urbana responsione discutere: Et regnavit, inquit, in Syria Semiramis, magnamque quondam Asiae partem Amazones tenuere. Iam ista non inter iocos numero, in quibus nihil colorate fingitur, sed palam ingeruntur opprobria. Dolobella reginae pellicem, spondam (v.

sponsum) interiorum regiae lecticae vocavit. Bibulus ipse non Caesarem, sed Bithynicam dicit et foeditati miscet invidiam, dicens ante sibi regem cordi fuisse, nunc regnum. Octavius quidam, aeger omnino eoque linguae mordacior, in publicum progressus Pompeium regis nomine salutavit, mox versus in Caesarem Ave, inquit, regina. Cicero ipse, quem ad mordaces iocos cogor revocare, cum aperte nimis multa de hac re scriptis etiam mandasset, defendentem quondam Caesarem Nicomedis filiam causam in senatu ac magna regis erga se merita recensentem interpellavit: Et remove, inquit, ista, oro te, quoniam notum est et, quid ille tibi, et, quid illi tu dederis. Curio, cum stabulum Nicomedis et Bithynicum fornicem appellasset, simplici non contentus macula utriusque sexus ignominiam adiecit, in oratione quadam omnium mulierum virum et omnium virorum mulierem vocitans. Sed quid hostilia (v. *historica*) miramur, cum a suis etiam militibus, a quibus nullum imperatorum (v. *imperatorem)* aut ducum aeque dilectum constat, irrisus sit? Quo die de Gallis triumphabat, currum de more prosequentes hoc inter multa cecinerunt: Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem. Item illud: Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias: Nicomedes non triumphat (v. *triumphabat)*, qui subegit Caesarem. Illud praeterea: Urbani, servate uxores: moechum calvum adducimus. Aurum in Gallia effudisti, hic sumpsisti mutuum. Haec tamen triumphalis utcunque pompae libertas excusaverit (v. *excusaverat)*; sed quisnam in illis patientiam habuisset? Circa supremum vitae tempus L. Bruti, qui Tarquinium expulerat, statuae subscriptum fuit: Utinam viveres. Statuae Caesaris hoc modo: Brutus, quia reges eiecit, consul primum factus est: Hic, quia consules eiecit, rex postremo factus est. Mirum, quod homo invicti spiritus et nullius (v. *nullus)* metuens tam pertulerit multa; quod non minus propter admirationem eius attigi (v. *attigit)*, quam propter rerum et (v. *se)* verborum gratiam, ut scilicet appareret, quanta maiestas animi velut ex alto despicientis terricrepas mortalium nugas. Neque enim facile videbam, unde melius exempla conquirerem, quibus moneremur non confestim excandescere et ad omne verbum acrius in iram rabiemque prorumpere, praesertim memorantes illum et ab hostibus et a suis gravissima tolerasse, cui quidem in utrosque prompta facultas ultionis, si libuisset, affuit. Sed haec hactenus. Ignor. p. 1058: Quanta in DD. Iulium et Augustum Caes. vel ab amicis vel ab hostibus dicta sunt? — Hist. XXI, 41: Hoc loco non videtur praetereunda silentio laudatissima illa Caesaris virtus ac modestia, cuius et Plinius Secundus et Seneca multique alii meminere.' Nempe cum

inter alia in Pompeii castris scrinia invenisset epistolarum ad Pompeium a principibus directarum, ex quibus elici posset, quid contra se quisque sensisset, quod ad rationem nondum finiti belli prodesse potuisse non est dubium, nec epistolas legi nec aperiri scrinia passus bona fide, sicut erant, obsignata et intacta combussit. Ib. XXVI, 22: At non ut amicitiarum, sic et simultatum tenax, a nullo unquam tam offensus, quin facile et oblivisceretur et parceret. Itaque et orationes et versuum morsus famosorum, quin et librorum adversus se ab invidis editorum lacerationes patientissimo ac civili tulit animo.

Rem. L. II. d. 30. p. 135: Iulio Caesari tribuitur superbiae, quod hostem, quem intercipere cogitabat, fugientem moestus aspexerit. Sen. L. VII. ep. 1. p. 825: Legisti, ut Iulius Caesar bella sibi demi (v. *decem)* damnum vocet fugamque hostium turbatus aspiciat. Rem. L. I. d. 63. p. 57: Vim aquis intulisse in Iulio Caesare, tanto illo quidem viro, notatum et superbiae datum vides. Ib. L. II. d. 81. p. 169: Sunt tamen et aliae non minores causae praecipitandae tyrannidis; insolentia scilicet, quae Iulio Caesari apud historicos obiicitur; illa praesertim, quod senatui se honorificentissime adeunti non assurrexit, quae hodie ne (v. *nec)* causa quidem ulla esset. — Hist. XXVI, 26: Sed expediamus illam inexpiabilem, ut dicunt, invidiae causam: senatui se adeunti et honorificentissimis decretis honestanti non assurrexit, sive prohibitus, ut aiunt, a Cornelio Balbo, cum vellet assurgere, sive sponte sua neque de assurgendo cogitans. En grave crimen; cum nostra aetate filii rusticorum regibus atque principibus non assurgant.

Rem. L. I. d. 48. p. 48: semperque aures (v. *ad res)* tuas Caesarea vox illa circumtonet: Disce ferire, disce mori. Ib. d. 104. p. 87: Quicquid vultis, valde vultis; quod de Marco Bruto dixisse Iulius Caesar fertur. Ib. d. 106. p. 89: Sunt, quibus nil tutius bello sit; quod Iulium Caesarem praedicantem de se suisque militibus audisti. Ib. d. 107. p. 90: ut de Iulio Caesare lectum sit, quod pontificatum maximum petiit, non sine profusissima largitione, in qua reputans magnitudinem aëris alieni, cum mane ad comitia descenderet, praedixisse matri osculanti fertur domum se, nisi pontificem, non reversurum. Nec fefellit: pontifex est reversus. Ib. L. II. d. 83. p. 171: Meministi, ut Aegyptium illum senem Caesar alloquitur nec ingratum deis aetatis asserit argumento. Ib. d. 113. p. 197: quod autem mortis genus (deest *optimum* vel *optandum)* esset, inter doctos ac praeclaros viros aliquando quaesitum est, ubi Iulius Caesar interfuit — — quam quaestionem ille sic absolvit, ut repentinum atque inopinum interitum commodissimum diffi-

niret. Ib. d. 123. p. 213: ille olim summus hominum nec minor ingenio, quam fortuna, uno ne integro quidem ante suum obitum die, quasi iam verum experientiae vicinitate (v. *vicinitatem*) praesagiens, dum de hoc ageret, repentinam atque improvisam mortem commodissimam iudicavit. Ib. d. 118. p. 207: notumque est illud Iulii Caesaris, qui, dum victor Uticam properaret, ubi ille (*Cato*) se peremerat, audita eius morte Cato meae gloriae, inquit, invidit, et ego suae invideo. Mem. L. III. c. 3. p. 460: satis se iuxta Caesaream sententiam vel naturae vixisse vel gloriae. Ib. p. 453: quod et Iulius Caesar diffinivit his verbis: Favente tibi me victus es, Laberi, a Syro. Contempt. D. II. p. 350: Quid enim (ut supremo te commoveri faciam exemplo) Iulius Caesar, cuius illud verum, licet arrogans, dictum est: Humanum paucis genus vivit? numquid, postquam eo genus redegerat humanum, ut sibi uni viveret, ipse interim aliis vivebat? Interrogabis fortasse, quibus. Iis nimirum, a quibus occisus est, D. (v. *De*) Bruto vel Cimbro ceterisque perfidae coniurationis auctoribus, quorum cupiditates explere non valuit tanti munificentia largitoris. Mem. L. III. c. 3. p. 437: Quod si sapienter sit et dicitur (*de Africano sermo fuerat*), quantus extimandus est vir, qui sine ullo domitore externo, citra (v. *circa*) omnem adversitatis experientiam perpetuis victoriis insolentem animum frenavit atque compescuit, qui in eam, quam diximus, considerationem per se ipsum venit, ut fortunae blandientis insidias ante, quam pateretur, agnosceret et, quo plus ab ea recepisset, eo minus moribus fidendum suis parciusque retentandos casus intelligeret? Quod de Iulio Caesare lectum est, qui, licet bellandi semper cupidissimus fuisset, usque adeo, ut non ex destinato tantum, sed ex occasione et saepe horridis tempestatibus, quibus nedum castra moturus, sed nec iter ingressurus quisquam (v. *quisque*) videretur, pugnam capessere consuesset, in extremo autem aetatis ad certamen ob hoc unum paululum morosior ac deliberantior esse coepit nec voluptate, sed aut necessitate aut evidenti et magna utilitate suscipere. Ex eodem crebro auditum memoratur verbum omnibus, sed in magno praesertim constitutis imperio memorandum, difficilius principem communitatis a primo in (v. *om.*) secundum ordinem, quam a secundo in novissimum detrudi. Quod dictum eo pertinet, ut in omni nisu principiis obsistamus, non ignari, maioris ibi rei, quam quae cernitur, fortunam verti. Id a sapientissimis viris consultum et ab ipso non secus factum, quam dictum, novimus. Idem iuvenili aetate ante ullum maius imperium Pompeiae uxori, L. Sullae dictatoris nepti, repudium miserat propter suspicionem adulterii cum P.

Clodio admisſi, qui ad eam inter publicas ceremonias habitu feminae ſurrepsiſse ferebatur, cuius rei ſupra meminimus. Erat tam violenta ſuſpicio, ut ſenatus ob id quaeſtionem de pollutis ſacris adverſus adulterum decerneret, in qua vocatus ad iudicium Caeſar matre ac ſorore ſine haeſitatione teſtantibus certi nihil ſe ſcire ait. Interrogatus, cur ergo coniugem repudiasſet, reſpondit his verbis: Quoniam meos tam ſuſpicione, quam crimine iudico (v. *iudicio*) carere oportere. (Sen. L. XIIII. ep. 4. p. 936: Certe periculorum atque dedecorum *(in matrimonio)* innumerabilia ſunt exempla. Atridas interroga Argivumque augurem et de noſtris ducibus Africanum minorem Magnumque Pompeium et collegam eius Crasſum et Agrippam, de principibus Iulium Caeſarem et Tiberium et Severum.) — Hiſt. XXVI, 32: Marco Bruto – – de quo Caeſarem ipsum dicere ſolitum refert Cicero epiſtolarum ad Atticum libro X. Magni refert, quid hic velit; ſed quicquid volet, valde volet. Ib. II, 7: dum in campum candidatus mane deſcenderet, matri ſe deoſculanti Domum, inquit, niſi pontifex, non revertar. Reverſus est autem pontifex, duobus praeclarisſimis competitoribus ſuperatis, aetate licet ac dignitate praeſtantibus. Ib. XXVI, 30: pridie, quam moreretur, orta inter coenam mentione de optimo genere moriendi ipse mortem ſubitam inexpectatamque praetulerat. Ib. XXIIII, 47: Conſtat autem, quod audito hoc caſu Cato, inquit, invidit gloriae meae, et ego ſuae invideo.

Rem. L. II. d. 82. p. 171: an illud Laberii notisſimum non audiſti: Neceſse est multos timeat, quem multi timent? Hoc ille dixit in Iulium Caeſarem. Repub. p. 374: quibus ego pro reſponſo notisſimum illud obiiciam Laberii equitis Romani, docti viri ac prudentis, in Iulium Caeſarem: Neceſse est — — timent. Ignor. p. 1040: Nunquam ſine compasſione quadam Laberii hiſtoriam legi, qui, cum vitam omnem honeſta militia exegisſet, sexagenarius ad extremum Iulii Caeſaris blanditiis ac precibus, quae de ore principum armatae (v. *armare*) prodeunt, productus in ſcenam de Romano equite factus est mimus; quam iniuriam ipse quidem non tacitus tulit, imo multis interque alia his queſtus est verbis: Ego bis tricenis annis actis ſine nota Eques Romanus lare egresſus meo Domum revertar mimus: nimirum hoc die Uno plus vixi, mihi quam vivendum fuit. Rep. p. 372: in quo quidem maxime Ciceronem usque adeo, ut, quem inter omnes ſcriptores gentium miror ac diligo, in hoc uno pene oderim: ita ille aliquos, ſed in primis Iulium Caeſarem laudum faſce dicam an praeconio onerat an honorat eundemque post probris ac maledictis inſequitur. Lege illius epiſtolas ad Quintum fratrem: omnia ibi de Caeſare honorifice di-

cuntur atque amice. Eiusdem ad Atticum epiſtolas percurre: prima ibi ambigua, ultima quaeque odioſa videbis et infamia. Lege ipsius orationes, quas vel ad ipsum Caeſarem vel eo praeſente ad ſenatum habuit: tantae ibi Caeſareae laudes ſunt, ut nec mortali debitae nec a mortali profectae ingenio videantur. Sed progredere, lege libros officiorum orationeſque Philippicas: invenies nec affectibus odia nec laudibus inferiora convicia, utque ſit indignior (v. *utque ſic indignor)* haec tanta varietas, et viventi laus et defuncto vituperatio omnis attribuitur. Pati posſem aequanimius, ſi vivum vituperasſet extinctumque laudasſet. Solet enim mors invidiam atque odium vel extinguere vel lenire. Habet tamen, fortem ſuam quo ſoletur, Caeſar unum ex omnibus magnum comitem *etc.* — Hiſt. XXVI, 9: Ciceronem, qui (pace dixerim tanti viri) ſaepe et multum in illius amicitia variavit. Ib. § 23: De quo Cicero, etſi post eius interitum obloquatur, quod invitus lego, tamen ante ſic dixerat: Vidimus *etc.*

Rem. L. I. d. 31. p. 29: Nam divi Iulii monſtroſus ſonipes an ab ipso an ab alio ante aedem Veneris marmorea ſit conſecratus effigie, dubitari potest. Ib. p. 30: ut, quod de ventis in natura, quodque de Iulio Caeſare in hiſtoria est quaeſitum, expediensne fuerit aut flare ventos aut Caeſarem naſci. Ot. L. II. p. 814: adco mutata omnia, et nihil eorum, quae valde placuerant, tale est aut omnino ſupereſt. Quaererem de maioribus, de Iulio Caeſare, de Tiberio — — —. Quaerite vos de iſtis, ubi habitant: oſtendentur vobis exigua ſepulchra.

Talem ac tam crebram Caeſaris et rerum ab eo geſtarum vel cum eius factis coniunctarum mentionem facientem hunc prae ceteris illuſtribus viris et ſibi et civibus ſuis cognoſcendum duxisſe, nec minus quicquam ab eius ſtudiis alienum fuisſe, quam Caeſaris hiſtoriam, liquet. Quae autem ſparſim prodita vidimus, quam et rebus et verbis ſimilia ſint his, quae noſtra hiſtoria habet, monſtrare nihil attinet. Idem in aliis conſenſus. De Catonis morte quae Hiſt. XXIIII, 46 dicta ſunt, ea totidem verbis Rem. L. II. d. 118. p. 207 sq. leguntur: Iure igitur alter quidam ſcriptor egregius et fide clarus et eloquio Mihi, inquit, Cato videtur cauſam quaeſisſe — — clarificaret. Cui quid — — non invenio. C. enim Caeſar — — etiam in ipso belli — — Cicerone ac Catone ſervatis.“ Similia autem habes Fam. L. III. ep. 10. p. 613: Omitto Regulum, Catonem et reliquos, quos nobilis mors illuſtrat; quamvis in Catone diverſum a noſtris ſentire cogar; de Cicerone loquor et Seneca. Nolo ante civile bellum obierit, ne conſtantiae ſuae teſtes fide dignisſimi detrahantur, labor ac diſcrimen. Miror intrepidum, miror col-

luctantem anguibus, miror arenis Libycis oberrantem; laudo animi robur, contumaciam, laudo libertatem: accerfitam mortem defperationemque non laudo." Et Var. ep. 26. p. 1007: Miratur ille vir doctus, fed docendus adhuc, quid est, quod in epiftola quadam nuper Senecam ac Tullium, quodque Chriftiano ingenio maius est, ipsum quoque Hieronymum notare non fim veritus. Ultimum nego; de reliquis rationem cum illo communicandam accipe. Nemo fere est, cuius aliqua non reprehendantur. Non tam fubtile, quam laboriofum fuerit rem exemplis asferere. Verte philofophorum libros ac fanctorum quorundam, quorum celebrior fama est: multa pasfim apud illos vel ab ipsis vel ab aliis retractata feu certe retractanda comperias. Notavi ego aliquot Senecae fententias, fed, ut arbitror, non iniufte. Notavi aliquas; crede mihi, plures poteram, et tamen Senecam ipsum miror ac veneror. Notavi Ciceronis mei unicam; verum id non fic accipi velim, ut quafi alienae famae delatoris titulo gloriabundus infultem, fed ut ex unius hominis duabus invicem contrariis fententiis praeferam (v. *perferam)* veriorem, idque non arroganter, ut qui me non modo non inferre maioribus, fed nec paribus conferre nec minoribus praeferre confueverim, nec iniuriofe quidem, ut cui, fateor, Cicerone ipso fcriptorum nullus acceptior fit. Illam itaque fententiarum repugnantiam quamvis ab ineunte aetate perpenderem, tamen verecundius asferebam, donec civitatem dei Auguftino duce ingresfus animadverti opinionem meam illius auctoritate firmari. Leges illum Auguftini locum; est autem magni operis liber primus, haud procul a fine; videbis illic Catonis mortem voluntariam improbari, quam Seneca ante omnia viri illius egregia facta collaudat, Cicero autem excufat. Et licet aliquanto modeftius non negem excufare culpam, quam laudare, tamen, fi Auguftini rationes dicto conferas, intelliges nec metu imminentis mali nec praefentis odio nec fpe vitae melioris arcesfendum mortem nec iniusfu eius, a quo corpus iftud accepimus, emigrandum nec Catonis in morte ne dicam laudem, fed excufationem ullam esfe, et quamvis pluriformiter utrinque fuppresfo Ciceronis nomine *(fc. Auguftinus difputet, de civ. d. L. I. cap. 23. Sed videntur nonnulla excidisfe.)* coniicies tamen Ciceronicam Catonis excufationem eiusdem Ciceronis fententia meliore damnari. „In eodem hiftoriae capite XXIIII, 17 Marius cum ambitione dicitur rufticanae originis fuisfe: *rufticanum* eundem *virum* appellat Petrarcha Rem. L. II. d. 5. p. 110 et iterum Fam. L. VII. ep. 15. p. 685. Quam Ciceronis exemplo deprimit et prae Roma contemnit Graeciam Hift. XXVI, 19, eam non pluris facit ille Solit. L. II. f. q. c. 5.

p. 283: vir ille unicus *(Scipio Africanus maior)* neque Graecorum fabulis ac fuperftitionibus, fed Romanis iudiciis celebratus. Et Sen. L. III. ep. 1. p. 771: gens loquacisfima et fuarum miratrix rerum. Et Ep. L. I. T. III. p. 81: Graecia verborum genitrix laudumque magiftra Attollat ventofa duces." Sed in primis animi et iudicii et fenfus fimilitudo cernitur in locis communibus ad fortunam et humani generis fragilitatem et ad mores pertinentibus, quibus creberrimus nofter est. Iam confer Hift. XVI, 29: O tremula femper et fragilis humana potentia. XVII, 1: Nulla est autem in terris inconcusfa felicitas. Nefcio quomodo in procurfu rerum ad vota fluentium profperis adverfa fe infernut. XX, 4: O mortalium femper laboriofa conditio femperque difpofita vel contemptui vel invidiae fubiacere. XXI, 42: Sed fic est: res hominum non ftant, et quo maior est altitudo, eo gravior ruina. Ib. 44: O fortuna hominum et rerum exitus profperarum. XXIIII, 57: Sic res hominum volvuntur. XXVI, 4: Sed quid agant quove fe vertant homines? ubique periculum, nihil tutum. XV, 31: Sed generofum animum res nulla deicit. XVI, 54: Sed virtuti nil ufquam difficile, nil praeruptum. XVIII, 3: Sed difficilia cuncta perrumpere virtus amat. XX, 3: Nulla unquam magna gloria fine magna fuit invidia. XXV, 7: Sic interdum unius boni viri multos inter malos valuit oratio, et inter hoftes etiam fuum honorem virtus invenit. XX, 57: Pacem optabant et quietem, quae tunc plene cognofcitur, dum perditur. XXII, 12: Multa enim defiderantur abfentia, quae praefentia contemnuntur. XXIIII, 23: fecitque praefentia, quod folita est, auctoritatem et famam regis imminuit. XXV, 16: et est fane difficile, non tantum abfentibus, fed praefentibus, diffinire, quid quifquam fecum cogitet. XIIII, 9: et, quod crebrum in confiliis, pars deterior vincit meliorem. XXI, 42: quodque in confiliis crebrum est, illa fententia fuperavit, qua deterior nulla erat. Confer, inquam, haec cum his: Itin. p. 564: O fortunae fides. O rerum finis humanarum. Fam. L. III. ep. 10. p. 614: Omnia enim rotat ad libitum fortuna. Sen. L. VIII. ep. 3. p. 837: Ego autem peccator et utcunque (v. *utrumque*) fecularibus olim ftudiis occupatus millies nomen hoc *(fortunae)* literulis meis inferuisfe videor, nempe quo et vulgi ora et doctorum libros hominum plenos noveram. Quin etiam adeo me nominis huius non poenituit, ut novisfime de utriufque fortunae remediis libellum fcripserim. Ib. ep. 4. p. 838: Scis, quam fragili ftamine pendent res humanae. Ib. L. XI. ep. 16. p. 893: O fpes hominum vanae. O res hominum caducae. Ib. L. XII. ep. 2. p. 907: O inftabilem fortunae rotam. Ignor. p. 1056: O fors hominum inftabilis. De

viris illustribus cod. mst. Vratisl. fol. 17. p. 2: Sed fortuna res humanas longe a consiliis hominum versat. Sen. L. VIIII. ep. 2. p. 858: ut res hominum tremulae ac fragiles sunt. Fam. L. VII. ep. 7. p. 677: Semper ex alto periculosior casus est. Ib. L. VIII. ep. 1. p. 688: Quo altior es, eo graviori subiaces ruinae. Sen. L. X. ep. 2. p. 870: ut sunt volubiles res humanae. Ep. L. I. T. III. p. 82: Sic res humanae volvuntur. Plurima, quid sim, Iam documenta habeo. Fam. L. V. ep. 10. p. 649: Quid, oro te, usquam tutum homini est? Sen. L. III. ep. 1. p. 766: O curae hominum inutiles, metus supervacui, spes inanes. Ib. L. VII. ep. 1. p. 825: Generosi animi pabulum ac deliciae sunt labores. Praef. in ep. fam. rer. p. 567: Nihil est, quod non frangat durus et iugis labor. Sen. VII. ep. 1. p. 825: Nunquam quiescet, quem virtutis calcar attigerit. Ignor. p. 1058: ut Livius ait, quo gloria maior, eo propior invidia. Vir. ill. mst. f. 7. p. 2: Sed nulla claritas vacat invidia. Sen. L. XI. ep. 16. p. 893: quibus ostenditur non modo in ignotia, sed in hostibus amabilem esse virtutem. Ib. L. III. ep. 8. p. 780: Sic in rebus humanis semper odiosius, quod est; quando et praeteritum quoque, dum aderat, odiosum fuit futurumque, cum venerit, odiosum erit. Rem. L. I. d. 92. p. 77: Notissimum Claudiani dictum: Minuit praesentia famam. Sen. L. XI. ep. 1. p. 882: ne illa scilicet, quae, ut concivis quidam meus ait, famam minuit, praesentia animum tuum a concepta de me opinione retraheret. Vir. ill. mst. f. 40. p. 1: et, quod de paucissimis lectum auditumve est, quem absentem fama mirabilem fecerat, mirabiliorem praesentia faciebat. Sen. L. XI. ep. 12. p. 889: Fateor me in mei ipsius, quanto magis in alterius conscientia falli posse, cum in pectoribus hominum tot profundae tamque inaccessibiles sint cavernae. Ib. L. XIII. ep. 2. p. 917: quotidianum in consiliis (v. *conciliis*) malum melior pars maiore et numero veritas victa est. Invectiv. L. IIII. p. 1113: ubi, quod saepe accidit, melior pars numero victa est. Afr. L. VI. p. 54: interque tumultum, Ut solet, in multis melior sententia victa est. Vir. ill. mst. f. 18. p. 1: Ita, quod in collegiis crebrum est, deterior sententia meliores vicit." Profecto ex eodem haec atque illa fonte fluxisse agnosces. Idem porro consilium, eandem historiae scribendae rationem ex horum comparatione locorum colliges: Hist. XX, 12: Haec tam multa de Labieno, quia res apud historicos videtur occultior, et curiositas legentium nihil etiam minimum respuit, quod cognitu dignum sit. Ib. 22: quorum partem, quod non omnibus nota erant, et notitiae studio et novitate rerum delectandi gratia huic parti historiae inserendam censui. Ib. 25: Sed ego haec

pauca et ad rem, de qua agitur, ſpectantia et e locis ſecretioribus eruta libenter appoſui. XIIII, 8: miſeris hominibus -- ego, qui exitum rei ſcio, non aliter ſcribendo compasſus ſum, quam ſi futura nunc etiam res ipsa et notus mihi miſerabilis finis esſet — —. Ea me compasſio diutius, quam volebam, in hac narratione detinuit, quam tibi, o lector, ſic excuſatus expedio. XVIII, 40: Longum est ſingula proſequi et, quamquam notitiae rerum aliquid fortasſe, non minus tamen interdum taedii habiturum. Vir. ill. mst. f. 22. p. 2: Haec tam multa extra ordinem dixerim, quia et in vita hominum haec et his ſimilia bello ac pace crebro nimis occurſantia et ad exemplum utilia viſa ſunt. Ad haec, cum de rebus geſtis ab hoc viro (*Fabio Maximo*) pauca ſeſe offerrent, permiſi mihi, ut de ipsius moribus, de ſtudio virtutis, de contemptu famae, de conſilio atque conſtantia plura dicerem. Nunc ad hiſtoriae ſeriem revertor. Sol. L. I. ſ. 4. c. 3. p. 235: Haec Quintilianus; quae libentius inſerui, quia ſecretior locus erat. Nam Senecae de hoc ipso vulgatior epiſtola est. Ot. L. I. p. 304: Et haec quidem vaticinia, quia non adeo vulgata videbantur, curioſius inſerui. Ib. L. II. p. 321: Mihi quidem, fateor, nunquam in animum venisſet (v. *venisſe, ut*) — — tam multa ad contextum de Lactantio et Cicerone tranſcribere, niſi quia eorum libros, unde iſta ſumebam, et alibi quidem raros, apud vos vero nullos esſe memineram. Sol. L. II. ſ. 3. c. 7. p. 260: Sed diu, fateor, me tuae virtutis admiratio in hoc ſermone detinuit, et iam ſatis multa de feminis deque transmarinis rebus. Mem. L. III. c. 3. p. 446: ex innumeris pauca memoriae prodita renovare tentabimus, lectores orantes, dent veniam, ſi in rebus magnificis paulo cunctatior ſtilus est. Vir. ill. mst. f. 28. p. 1: Haec omnia expresſim exequi longum erat. Tam multa ſunt enim et tam varia, ut mirum non ſit, ſi fatigaverint et lectores adhuc hodie fatigent; quem laborem et mihi pariter et lectori demere brevi rerum ambitu conſilium fuit." Dubitari denique et verum quaeri et critici partes agi conſimili modo videmus Hiſt. XI, 3: Haec ita communis quidem habet hiſtoria. Habeo tamen non ignobiles auctores, qui Caeſarem per ſe ipsum portus -- exploraſſe confirment." cui loco addas XV, 16. XVIII, 53. XX, 59. XXII, 13. XXV, 16. XXVI, 23, et ex altero genere VII, 1: Aduatuci quoque, ſic enim ſcriptum invenio, ſive, ut reor, Aduaci *etc.* XIIII, 34: Cavarinum quendam, alibi Cavarinum invenio *etc.* XVI, 51: cui Laber, alicubi Claver, nomen invenio. XVIII, 25: Camulogeno quodam cognomine Aurilio, alibi Alercum invenio. XXII, 5: in qua erant librorum milia alibi quadraginta, alibi quadringenta reperio; et est plane ſimilis

ſyllabarum ſonus, numerus longe disſimilis" atque Vir. ill. mst. f. 12. p. 1: Hoc, quod dico, omnes asſerunt hiſtorici; apud Ciceronem vero non hoc deorum imperio, ſed ducum conſilio geſtum legitur. Ib. f. 15. p. 2: Eius quidem veneni – – tantam vim fuisſe tradunt, ut ferrum quoque conſumeret neque aliter e Macedonia, ubi oritur, advehi potuisſe, niſi equi ſive, ut alii dicunt, iumenti ungula. Certe Plinius Secundus, ſcriptor egregius, non equi, ſed mulae ungulam fuisſe idque magna Ariſtotelis infamia excogitatum refert libro naturalis hiſtoriae trigeſimo. Quod potius, ne praeteream, ſcribo, quam quia credam tantum philoſophum contra regem ac diſcipulum ſuum talia cogitasſe. Ib. f. 20. p. 1: Haec est Titi Livii ſententia de multis electa; alii nempe aliter; apud quosdam viginti quinque millium numerum invenio. Ib. f. 13. p. 2: ad Pinarum ſeu Piramum Ciliciae amnem.

Atque haec quidem de rebus. Venio ad verba et genus orationis, quod ſtyli nomine appellare ſolemus. Quod quum proprium ſibi ac peculiare Petrarcha habeat, profectum illud ab naturali quadam per doctrinam haud vulgarem et per ſpiritum poëticum et nonnihil per ſui amorem incitata facundia mixtumque ex Ciceroniana et Liviana atque Auguſtiniana et barbara ſeculi illius conſuetudine, nullo negotio agnoſcitur. Id in hiſtoria Iulii ſi plane idem atque in reliquis, qui editi ſunt, Petrarchae libris Latinis obtinere dicerem, fortasſe cupidius iudicasſe arguerer. Sed tamen quicquid differentiae est, id omne argumenti diverſitate effectum, ceterum ſermonem ipsum iisdem quaſi elementis compoſitum esſe quum ex comparatione libri de viris illuſtribus reliquis, ſimili et argumento et oratione ſcripti, ſi quando in publicum editus fuerit, tum ex ſyntagmate dictionum Petrarchicarum, quod hoc loco inferendum ſtatui, apparebit. Lexico autem ipsi locutiones quasdam iisdem fere verbis, quibus in noſtra leguntur hiſtoria, in aliis Petrarchae libris exſtantes, tum aliquot locos eadem utrobique conſtructionis et grammatici uſus proprietate inſignes praepoſui.

Hiſt. III, 1 et Ignor. p. 1053: emergam, ut potero. Hiſt. IIII, 12: Opus mirum, vix credibile, niſi a Caeſare factum esſet et a claris auctoribus ſcriptum mandatumque memoriae, qui rebus ipsis interfuere. Vir. ill. mst. f. 21. p. 2: quod – – fabuloſum videri posſet, niſi a claris proditum esſet auctoribus. Hiſt. XXI, 1: opinione quadam neſcio, ne ipsi quidem ſciunt, unde orta. Sen. L. V. ep. 4. p. 800: et inquiſitionem hanc neſcio, ubinam terrarum, neque ipsum ſcire arbitror, fieri iubet. Hiſt. XXIIII, 23: fecitque praeſentia, quid ſolita est, auctoritatem – – imminuit. Sen. L. V. ep. 6. p. 803: fecit

ecce nimietas, quod folita est, fatietatem peperit atque faftidium. Hift. XXV, 2 et Var. Ep. 6. p. 978: magnum hoc; quod fequitur, maius. Hift. XXVI, 4: Negare non posfum, quin in re publica iuvenis paulo impetuofior et principatus femper appetentior fuerit, quam fat est; ne, fi hoc negarem, ipse meis fcriptis arguar. Sen. L. I. ep. 4. p. 744: Me librorum avidum, ut tu ais, ego non inficior; ne, fi negem, fcriptis ipse meis arguar. Hift. ib. verisfimumque illud Lyricum: Quid quisque vitet *etc.* Rem. L. I. d. 24. p. 24: fi penitus tibi infedit illud Lyricum: Nunc est bibendum *etc.* Hift. XXVI, 23: de quo Cicero, etfi post eius interitum obloquatur, quod invitus lego, tamen ante *etc.* Vir. ill. mst. f. 31. p. 2: nifi, quod invitus dico, fuga ab Etrufcis meis orta ceteros terruisfet.

Proprietatis exempla grammaticae fecundum partes orationis, quas dicimus, haec funt: Hift. XVIIII, 28: nec bello, quam affabilitate, nec metu, quam *conciliatu* hominum maior. XIIII, 3: *emisfu* equitum. XVI, 30: *hortatus* vefter. XIII, 11: *iusfus* fuperioris. XXV, 19: tuis *inftigatibus*. XXII, 17: male *monitus* eius audierat. cf. XXVI, 28. XXII, 11: hoftium *fuggeftu*. XVI, 10: in ipso *fuperventu* hoftium. 2) XX, 8: miras exercuit *liberalitates*. XV, 33: ad *praedas* -- funt reverfi. cf. ib. 36. XVIIII, 4. XXIII, 8. XI, 7: confequuntur equitatum *turbae*. Ib. 9: principes Britannorum *turbas* ad agriculturam reverti iusferunt. Ib. 10: fcopulum litori proximum plenum *turbis* hoftium contuitus. XIIII, 38: blanda *prece*. 3) XXI, 34: *illae* etiam piae voci confentaneus actus fuit. 4) XXIIII, 29: multa Caefaris vigilantia iugisque follicitudo in docendo -- non quafi *imperator*, fed quafi *magifter* ludi armorum. XIIII, 26: *illius* ergo follicitus. XXV, 16: qui tot populos -- terga *fibi* vertere coëgisfet. VIII, 19: equitatus eorum *Romano* funditur *equitatu*. Ib. 9: qui *cohortibus* occurreret. (i. e. cum cohortibus) XXI, 39: Larisfam pervenit, *qua* iam Pompeius fugiendo tranfierat. Eundem nominum, numeri, declinationis, cafuum ufum vel abufum in reliquis Petrarchae libris invenies his locis: Vir. ill. mst. f. 40. p. 2: his *hortatibus*. Sen. L. X. ep. 2. p. 871: nifi me Clementis -- *iusfus* urgeret. Ib. L. V. ep. 7. p. 805: ut -- amicorum omnium *monitus* ac verba refpueret. cf. Ib. L. VIII. ep. 6. p. 840. Ignor. p. 1039: hunc *obiectum* disfolventes. Vir. ill. epitome p. 501: preces et *fuggeftus* regios alto animo defpexit. Fam. L. VIII. ep. 1. p. 690: *fuggeftu* malevolorum. Vir. ill. mst. f. 39. p. 2: quarum (legionum) *fuperventu* omnis amisfa defenfio, omnis in fuga fpes repofita est. 2) Var. ep. 20. p. 998: publicas privatasque *munificentias* enumero. Afr. L. VIII. p. 64:

Vergo. V, 22: amicitiam sane populi Romani, ut decori praesidioque mihi esset, appetii. Si in contrarium *verterit*, cupidius -- illam -- abiciam. *Verget* autem in contrarium *etc.* XIIII, 1: quae distractio rei publicae pene totius in perniciem *versit*. — Sen. VIII, 4. 838: nescio enim quid insoliti metus incidit, quem irritum coelites velint; iam mihi ta-

men, ut verum fatear, in augurium *vergit*. Apol. 1068: nec res nova est, ut culpa unius in supplicium *vergat* alterius.

Verto. XXV, 8: iam enim et Pompeiani iuvenes sive in odium sive in taedium *vertere* coeperant. — Sen. II, 1. 755: cumque post factum extimatio aetatis (sc. Scipionis) in metum *verteret*.

Vindico. II, 5: ut, quo poterat modo, se de illis *vindicaret*. cf. not. ad XXVI, 17 et adde Apol. 1068: ipse iam se de adversariis suis fastidio *vindicavit*.

Votive. XVIIII, 16: utrumque *votive* accidit. — Invect. III. 1107: si *votive* successerit, quod ago.

Votivus. XII, 8: *votiva* tranquillitas. — Sol. II. 3, 15. 264: *votiva* requie (v. *reliquiae*). Ib. 16. 265: *votiva* morte. Mem. IIII, 8. 491: celeris *votivique* reditus.

Iam satis, ut opinor, demonstrata similitudine illa rerum, sententiarum et orationis atque verborum, quam inter hanc historiam et certa Petrarchae scripta intercedere dixeram, ad testimonia aditum faciamus investigandis auctoris in ipsa indiciis eiusmodi, quae ad eius vitam, aetatem, religionem pertinentia certam personam designare videantur. Tribus locis scriptor historiae rerum mentionem ad vitam ipsius spectantium fecit. Nam III, 1 antequam describere Galliarum situm incipit, Quae res, inquit, eo mihi facilior esse debet, quo regionum illarum distantissimos fines fere omnes nunc ex otio et solo videndi noscendique studio, nunc ex negotio circuivi.“ Et VIIII, 1 de Suevorum natione haec scribit: Nunc etiam per eorum fines et suspectae multis in locis solitudines (expertus loquor) et ambiguum iter est.“ Denique XV, 18: per Arduennam silvam -- quae -- in latum -- unius aut circiter aestivae lucis itinere, quod ego ipse sum emensus, extenditur.“ Horum quod primo loco posui, partim certe de se profitetur Petrarcha Fam. I, 3. p. 574: Gallias ego nuper nullo quidem negotio, ut nosti, sed visendi tantum studio et iuvenili quodam ardore peragravi, Germaniam tandem Rheuique ripas attigi.“ Tertium tam eidem convenit, ut nesciam, an nulli magis, quippe qui eodem libro ep. 4. p. 577 II. Kal. Iul. Arduennam silvam scriptorum testimonio pridem sibi cognitam, sed visu atram atque horrificam transivisse solum se profiteatur. Neque vero negotii caussa susceptorum itinerum deest mentio. Nam Apol. p. 1081 haec scribit: Ex omnibus civitatibus, quas multas ab ineunte aetate nunc negotio tractus, nunc videndi discendique (v. *dicendique*) desiderio circuivi.“ Quamquam alterum genus magis laudare videtur Mem. I, 2. p. 400: Alii neutrum omnino cogitantes solo visendi noscendique studio trahuntur, quod genus hominum prae ceteris liberale et ingenuum vide-

tur." His adde Fam. III, 2. p. 607: Tulit et nos mnlta videudi ardor per terras ac maria. Sen. X, 1. p. 861 ad Sagramorum de Pomeriis, equitem et monachum Ciftertienfem, fcribens „colloquia varia" commemorat „durae illius ac difficilis peregrinationis atque inamoeni circnitus, quem cum multo labore nec fine periculo per terras barbarorum fimul" egerint. Ib. ep. 2. p. 870: Quarto igitur, postquam Bononia redieram, anno cum illo viro faepe mihi et multum, nnnquam vero quantum meruit landato (*filium dicit Stephani Columnenfis.* V. p. 871 fup.) Tholofam Garumnaeque alveum et Pyreneos colles adii, coelo faepe turbido, fed ferenisfimo comitatu. Et quid de his dicam, nifi qnod de aliis? Eadem Tholofa eademque Vafconia, Aquitania eadem nomine: re omnes prorfus aliae fibique ipsis praeter unam foli fuperficiem omni ex parte disfimiles. Inde autem reverfus quarto idem anno iuvenili ardore videndique cupidine Parifeorum urbem petii, in quo quidem itinere ac reditu (fic iuventae calcar urgebat) extremos regni angulos Flandriamque et Brabantiam (v. *Barbaricam*) atque Hannoniam et inferiorem Germaniam circumivi. Qno cum nuper ex negotio rediisfem, vix aliquid omnium recognovi, opulentisfimum in cineres verfum regnnm videns et nullam pene domum ftantem, nifi urbium aut arcium moenibus cincta esfet, de quo tunc ad venerabilem fenem Petrum Pictavenfem fcripsi latius ac dixi, qui post obiit, ante non multum tempus felicius obiturus. Ubi est enim illa Parifeos, quae licet femper fama inferior et multa fuorum mendaciis debens magna tamen haud dubie res fuit? Epift. L. III. p. 111: namqne et mihi multa videndi Cura fuit terrafque labor penetrare remotas." Aetatis quidem veftigia fuae multa in narratione de Caefaris vita impresfa reliquit auctor, nomina regionum, urbium, populorum, fluminum, quae tunc esfent, quum fcriberet, commemorans et cum antiquis componens, ex quibus unum etiam in nota ad III, 5 alterum ad IIII, 17 Petrarcham ut ipsius tempore ufitata pofuisfe docui, quo in numero praeterea funt Flandria et Brabantia et regionum, ut ait, decus adiacentium illa nobilis Agrippina Colonia (III, 5) et Burgundiones et Bafilea (III, 8) et „civitas nunc famofa Parifius" (III, 9) quae omnia eadem novit nominatque Petrarcha Fam. I, 3. p. 575. 4. p. 576 (Agrippina Colonia, quae ad finiftrum Rheni latus fita est, locus et fitu et flumine clarus et populo.) Apol. p. 1078. Sen. X, 2. p. 873. Fam. I, 3. p. 574 et alibi. Verumtamen his ego non nimis tribuendum pnto, quum et ante illam aetatem et poftea idem obtinuerit in plerifque ufus: hoc effici puto, ut ne repugnare quicquam iftorum feculi XIIII. confuetudini videatur. Gravius hoc est, quod vitae Caefaris fcriptor et eo tempore vixisfe, quo Germanorum imperium Ita-

lis hominibus vel contemptui vel odio esset, et ipse haud aequius de iis sensisse IIII, 6 et XX, 4 videtur. Id enim mirifice Petrarchae aetati et personae convenire quum aliunde constat, tum ex ipsius dictis compluribus colligitur. Vir. ill. epit. p. 498: Cum itaque per id tempus Gallorum primo, postea Germanorum populi, novissimi omnium Senones Galli, frugum omnes vinique dulcedine *(ita secundum cod. f. 8. p. 1 pro v.* dulcedinem *scribendum)* quae adhuc eos hic detinet, in Italiam *(v.* Italia *secundum eundem corrigendum)* irruentes *etc.* Rem. I. d. 96. p. 82: GAUDIUM. Sum Romanus imperator, mundi dominus. RATIO. Fuit, quando id dici prope veraciter poterat; quorsum vero redierint res, vides; ut intelligi detur, quam sit tutum stultis et ignavis magna committere. Quanta providentia quantum in furorem, quantus labor quantaque diligentia quantum in torporem incidit. Non est amplius gaudii materia Romanorum imperium, sed humanae fragilitatis et fortunae variantis indicium. Sol. II. 4, 3. p. 269: Germania nil aliud studet, quam stipendiarios latrones in rei publicae exitium armare, et e suis nubibus in nostras terras iugem ferreum imbrem pluit. Rep. p. 383: ut mihi parcius irasci debeant barbari nostri transalpini, si de eis quoque, quid sentio, interdum loquar, veritate suadente, non odio. Non enim homines odi, sed vitia eaque non minus, imo equidem multo magis in nostris, quam in aliis.“ Conferatur etiam, quem locum supra, quum de virtute Caesaris sermo erat, attuli ex epistola ad Varronem p. 709. Hanc Germanorum insectationem haud minus ego, quam veterum Romanorum, in primis Scipionum, admirationem, cuius neque ipsius in hac narratione testimonia desunt (XXI, 32. XXIIII, 3. 28. 63. XXVI, 4.) Petrarchicam esse dixerim. Religioni denique scriptorem nostrum addictum Christianae ostendisse nihil attinet, quippe quam cum plurimis communem habuerit; sed tamen ita identidem Christianum se profitetur, ut Petrarchae pietatem vel superstitionem non possit non agnoscere, qui haec inter ipsa comparet: XXIIII, 21: At centurio ille, vir immobilis fidei dignusque, qui pro deo faceret, quod pro homine faciebat *etc.* Ib. 40: sacrificio diis facto dignus vir, qui uni et vero deo sacrificium faceret et pro eo pugnaret. XXVI, 25: aut, ut scriptum est, omnes dii gentium daemonia. Ib. 26: Despexisse etiam fertur aruspicia. Et quid, oro, dignum infamia, nedum morte, et non potius multa laude dignissimum? Mem. IIII, 7. p. 485: Enimvero, inquit illudens, magnifica auspiciorum disciplina, si pullis esurientibus ardua quaelibet aggredi permittimur, eisdem saturis cogimur feriari. Meo quidem iudicio vel ob hoc unum dignus, qui felicius pugnasset. Vir. ill. mst. f. 22. p. 2: dignus, qui unum deum

coleret atque consuleret, cui uni vota faceret atque persolveret. Ib. f. 19. p. 2: spretis auspiciis -- propter quod quidem, pace dixerim contradicentium factumque culpantium, vincere dignus erat. Ea nobis ars daemonum nota est -- permittente deo atque ita errores hominum castigante, qui neglecto se colunt deos gentium daemonia. Ot. I. p. 302: etsi enim verum sit, quod propheta ille maximus ait: Omnes dii gentium daemonia.

Quae quum ita sint, haud gravate, qui rerum omnium a nobis digestarum momenta diligenter examinaverit, fidem habebit testimoniis quamvis paucis, quae Franciscum Petrarcham historiae huius auctorem perhibeant. Inter quae primum ponam iam diu notum neque ab omnibus neglectum, quod codex Caesaris Petavianus commentario de bello Hispaniensi adiectam exhibens partem nostri libri illam, quae in eodem bello versatur, quod nobis caput XXV. est, ei praescriptum habet nomen Petrarchae. Ita enim Iungermannus, qui in editione Caesaris Francofurti a. MDCVI. ab ipso vulgata hoc idem *Historiae Iul. Caesaris fragmentum ex V. C.* inserendem curavit, p. 425 tradit: *De quo scias: reperta fuisse ista in Cuiacii codice sine ullo nomine; in codice autem eadem Petaviano, sub nomine Petrarchae. quae quia videbantur facere ad eum librum ultimum, addere nos hic voluisse.* Hanc autem partem qui scripserit, eundem reliqui libri esse auctorem necesse est. Qui vero fieri potuit, ut suorum librorum memorator haud infrequens Petrarcha huius mentionem, qui profecto non omnium extremum dignitatis locum teneret, nunquam iniiceret? Nam quod Mem. II, 2. p. 411 de eloquentia disputans Caesaris exempla eius multa enumerare posse scribit, *nisi et narratio longior et aliis locis opportunior foret*, etsi uberiorem eius viri historiam polliceri videatur, tamen neque omnes stare istiusmodi promissis solent, et ut steterit Petrarcha, eo magis mirum, si nusquam certius eius operae signum dedit, quum libros suos de remediis utriusque fortunae et de vita solitaria et in primis de viris illustribus non solum tecte significaverit, sed nominatim saepius produxerit. Scilicet historia Iulii Caesaris pars erat libri de viris illustribus. Itaque silentium illud non mirum, sed etiam necessarium, simul facile intellectu, cur in codicibus neque inscriptio appareat neque nomen auctoris. Eum vero Petrarcham esse, si pars illius operis esset, ambigi nequit. Atque hoc alterum testimonium est, omni exceptione maius, quod exhibet partim codex ille supra iam commemoratus Academiae Vratislaviensis, partim alter in bibliotheca eiusdem urbis Rehdigerana inventus, qui sermone Italorum vulgari expressas virorum illustrium vitas continet. In illo enim, cuius reliqua initio huius prooemii recensui, post viros illustres XXIII. eosdem, quos

epitome partim a Petrarcha partim a Lombardo Sirichio confecta p. 495—507 ed. Balil. multo brevius deſcriptos habet, quibus praeſcriptum in eo est *Franciſci Petrarce de viris illuſtribus liber primus incipit de Romulo*, post Catonem Cenſorium igitur vacuae quidem relictae ſunt paginae tres, eaſque excipit continuatio libri Petrarchici a Lombardo facta cum hac inſcriptione: *Lombardi a Serico quorundam clariſſimorum heroum post Petrarce obitum incipit supplementum de Tito Quinto Flaminco*; ſed qui in huius continuationis epitome p. 512 inter Pompeium et Octavianum interpolitus est Caeſar, eius uberiorem a Lombardo ſcilicet ſcriptam hiſtoriam codex non ſolum nullam habet, ſed etiam in indice virorum omnium vel a Petrarcha vel a Lombardo adumbratorum, quem eadem manus, quae totum codicem exaravit, in fine omnium post Traianum et huic adiunctam epiſtolam Petrarchae ad Nicolaum de Azarolis (Var. 29. p. 1015—1018) adſcripsit, *Caeſaris Iulii* nomen post *Marcum Porcium Catonem Cenſorium* et aute *Titum Quintium Flaminium* collocatum est, quamquam relicto ante id unius verſus intervallo et propius ipsum ad Quintium admotum caeruleaque paragrapho diſtinctum, quaſi a Caeſare inciperet Lombardi continuatio, non delineret in eo Petrarchae opera. Iam quum ipse codex vitam Caeſaris nullam exhibeat, in indicem tamen relatum viri nomen arguit librarium indicis confectorem in exemplari, quod deſcriberet, Caeſaris quoque vitam inter Catonis et Quintii interiectam reperisſe, cuius quum ambitum non cepisſet codex, titulum ſaltem recipiendum ſibi putaret. Quo minus autem illam diſtinctionem faceret, vel hoc abſterrere eum debebat, quod Lombardum Caeſari ante Quintium locum daturum fuiſſe plane incredibile esſet; id quod ſenſisſe videtur alterius indicis auctor in prima codicis pagina paullo minus antiqua manu ſcripti, in quo Caeſar eundem, ſed non diſcretum tenet locum. Ac plane ita fuiſſe et veram nos ex indice illo coniecturam cepiſſe alter codex monſtrat, Rehdigeranus, membraneus, forma maxima, elegantisſime habitus, qui Italico ſermone expresſas vitas eorundem illorum virorum illuſtrium in iiſque Iulii Caeſaris hiſtoriam, quae adhuc Celſi ferebatur, post Catonem et ante ſupplementum Lombardi continet. In fronte leguntur haec: *Libro de Mesſere Franceſco petrarcha intitolato de viris Illuſtribus di quali el primo e Romulo fondatore de Roma et primo Re di Romani. R^co^.* (Scilicet rubro titulus ſcriptus est.) Caeſaris autem vita, folio LXVIII. incipiens, non aliter atque ſuperiores a proxima diſtincta hunc habet titulum: *Gaio Giulio Ceſare ſommo dittatore et primo Imperadore Romano. Rubrica.* Perſcripta est foliis deinceps LXXXII. Ad finem autem perductae additus ab eadem manu

hic est epilogus: *Qui finisce lo Libro de viris Illustribus de Messere Francesco Petrarca tratto in vulgare, el quale libro remase imperfetto, si che tutto quello che segue fo opera altrui et bene lo mostra lo stilo ai buoni conoscitori*; id est: Hic finitus est liber Francisci Petrarchae de viris illustribus in sermonem vulgarem conversus, qui imperfectus mansit, ut totum illud, quod sequitur, alius opera fuerit, id quod facile ex stylo prudentes intelligant. Iam sequitur altera pagina opera ista alius sic tantum inscripta: *De Tito Quincio Flaminio. Rubrica.* Ea implet folia LVIIII. quorum in extremo totiusque voluminis ultimo, in fine paginae CCCCXVII. pugnantia cum epilogo isto haec subscripta sunt: *Explicit liber de viris Illustribus domini Francisci Petrarce in Vulgari sermone et. c.* quasi nihil alienae operae accessisset. Hoc iam ad reliqua addito testimonio nihil dubitationis relinqui videtur, quin hic genuinus sit excellentis illius ingenii foetus. Cuius denuo in lucem proferendi quod mihi consilium, quae ratio fuerit, superest, ut paucis exponam. Quamquam de consilio vix opus est, quum et supra ostenderim et quilibet videat, quantum ad universam litterarum historiam et ad constituendos Caesaris et reliquorum commentarios intersit hominis clarissimi et aequalium suorum doctoris librum praecipuum et ex commentariis illis maximam partem haustum legi posse emendatum. Itaque ego, quum commentariis recensendis intentus crebro eum adiens propter menda, quibus scateret, multo minus, quam posset, utilem viderem, codicem integrum et rectum nactus id bonum publici iuris faciendum statui. Inducta scriptura vulgari, qualem ex editione principe anni MCCCCLXXIII. (*incertam* appellant Caesaris editores) Graevius post commentarios Amstelodami anno MDCLXXXXVII. expressam dedit, fundum feci codicem Hamburgensem, seculo, ut videtur, XV. in Germania chartaceis foliis LVI. formae maximae bifariam divisis, circiter quinquagenis in singulis paginis versibus scriptum, quem uno nunc volumine cum commentariis Caesaris et reliquorum ab alia eaque recentiori manu exaratis comprehensum ex illustris gymnasii Iohannei bibliotheca Hartmannus, vir doctissimus, bibliothecae illi praefectus, benigne mecum communicaverat. Hunc ut vulgatae praeferrem, bonitas eius et integritas faciebat, quas nullo negotio quilibet quavis pagina probatas intelliget. Plurimas ille Graevii emendationes utique necessarias confirmat, lacunas, quae eiusdem animum partim adverterant, tantum non omnes explet, verborum collocationem saepe meliorem exhibet, denique orthographiam Petrarchicam in multis repraesentat, quae quamquam falsa interdum vel dubia, tamen scriptori relinquenda erant, velut *abicere, extimare, incohare, obmittere* et similia, quae, ubi codex prae-

beret, recepi, ceterum constantiam editori quidem in his non magis servandam putans, quam in retinenda eiiciendave post *x* littera *ſ*, aut asſimilandis distinguendisve in compoſitione verborum et praepoſitionum elementia contiguia. In nominibus propriis tamen, quia iniquum videbatur ſcriptorem temeritatis potius, quam librarium negligentiae reum agere, aequalitatem praeſtiti ſecundum ea, in quae conſentire denique et ab erroribus initio facilius admittendis ſe quaſi colligere librarios viderem, commentariorum vero aut eius, quod per ſe rectum esſet, rationem hic nullam habui, ut cui edendus. non corrigendus esſet Petrarcha. Sed alia quoque, quae facile corrigi poterant, intacta reliqui et coniecturis locum in contextu negavi, oppido pauca, quae necesſariae viderentur, exceptis, velut XX, 46. 60. XXI, 4. XXV, 13. Nam verſus finem, ut fit, librarii remiſerat diligentia. Capitum diviſionem et ſignificationem, quam pro inepta citoque deficiente librorum diſtinctione recepi, praeivit idem codex, conſentientem cum translatae in Italicum ſermonem hiſtoriae *capitolis* et aptam plerumque rebus; paragraphos meo iudicio commoditatis ad citandum gratia adieci. Meum item iudicium necesſario, quum de Petrarchae ratione nihil conſtaret, ſecutus ſum in diſtinguendis enunciationum membris et verborum ſyllabis diſpeſcendis. Syllabas ſimplicium verborum ubique ita diremi, ut eas litteras, quae initio vocabulorum coniungi posſent, in mediis quoque coniungerem. In compoſitis autem non omnino Herodiani praeceptum obſervavi, quod ad Graecam linguam ab ipso datum Priſcianus dum impugnat libri ſecundi initio, ad Latinam quoque converti posſe agnoſcit. Et videtur Herodianus corrigere potius, quam ſcribendo ſequi pronunciationem compoſitorum voluisſe non ſolum *rationabilius* dicens, ſed etiam *ſonorius*, *quantum ad ipsam vocis prolationem*, *in compoſitis quoque ſimplicium regulam in ordinandis ſyllabarum literis ſervare.* Rationi ſane conſentaneum est, ſi unum ex duobus factum ſtatuimus vocabulum compoſitum, id quod propter accentum facere debemus, ut diſcrimen ſyllabarum ne maius faciamus eo, quod inter ſimplicium ſyllabas intercedit, ideoque ne ſcribentes quidem diverſam a ſimplicibus legem ſequamur. Sed quum vocabulum ſcriptum pronunciatae vocis imago ſit, non norma pronunciandae, nedum originis index, quem modum in pronunciando adhibuerunt ſcriptores, eum exprimere ſcribendo debemus. Recte igitur Priſcianus, quo minus omnino ad Latinam linguam transferatur Herodiani canon, id obiicit, quod *ob-ruo*, *ab-rado* et ſimilia, non o-*bruo*, *a-brado* pronunciasſe veteres ex uſu poëtarum appareat, qui primam ſyllabam in his nunquam corripuerint. Itaque *oblatus* et ſimilia diſtinxi. Sed quae vocalem quoque ſequentem

initio syllabae vindicans profert Priscianus, de elisione, quam in pronunciatione patiatur *m* in *circumeo* et *circumago*, quam non pateretur, si *m* in sequentem syllabam transiret, et de retenta in *perhibeo*, *inhumatus* et similibus aspiratione, quae non retineretur, si terminalis consonans praepositionis transiret in sequentem syllabam, ea partim petitionem principii habent, quum nulla caussa appareat, quin ineunti etiam syllabae detrahi aliquid possit, quod hodie vulgo concedunt *ani-madverto* distinguentes, partim hoc efficiunt, Latinis non magis aspirationem in compositis nihil sonuisse, quam antiquioribus Graecis, de quibus docta exstat disputatio L. Bischoffii, gymnasii Vesaliensis directoris, Essendiae anno MDCCCXXVI. edita: De spiritus asperi in mediis verbis graecis pronunciandi ratione. Quum igitur neque caussa esse videretur neque documentum, quod Romanos *in-ers* potius, quum *i-ners* et similia pronunciasse ostenderet, hodierna autem pronunciatio quum omnino, tum ob inconstantiam auctoritate careret, quia iidem *in-ers* pronunciant et *in-ops*, qui *a-bitus* et *praete-rea*, sequente vocali Graecam consuetudinem et Herodiani praeceptum tenui atque *e-xercitus*, *e-ti-am* et similia similiter scripsi; encliticam *que* vero, qua addita mutari accentum constat, ut non possit non intime cum vocabulo coaluisse videri, ad eandem legem accommodavi *eo-sque* scribens et *re-sque*, quem ad modum ὥστε, non ὥςτε scribimus. De interpunctione, quam vulgo item ut syllabarum distinctionem vernaculae magis, quam Latinae linguae ratione habita instituunt, quum pleraque, quae novaverim, per se possint aestimari, hoc tantum moneo, ablativos absolutos, quos ego non magis, quam accusativos cum infinitivis, a reliqua oratione diriniendos censeo, tamen interdum pariter atque alia quaedam arctissime secundum Latini sermonis indolem coniungenda ob peculiarem quandam Petrarchicae orationis conformationem dirimendos fuisse. In notis primum id egi, ut discrepantiam omnem vulgatae lectionis a codice et codicis a vulgata diligenter significarem. Vulgatam autem dico, quam Graevius edidit. Principem ipsam enim nancisci nondum mihi contigit. Repetitiones Graevianae Londineam et Batavam, haud paucis erroribus inquinatas, si ex Batava, quam solam vidi, recte de Londinea coniicitur, et tam negligenter factas, ut ne numeros quidem paginarum Graevianos ad suas accommodatos, sed qui Graevianis tantum convenirent paginis, in nota Graevii ad XVI, 32 eosdem ad se transtulerint, prorsus ignoravi. Neque ea, quae N. E. Lemaire, novissimus huius historiae editor, in Caesaris ab ipso et Achaintrio iterati volumine III. quod Parisiis prodiit anno MDCCCXX. p. 8—261, sine certa ratione et auctoritate mutavit, omnia apposui. Qui in nota ad XIII, 7

commemoratus est codex, eum in bibliotheca Guarneriana prope Udinam in vico S. Danielis inventum a Carolo Witte, viro doctisſimo collegaque mihi amicisſimo, conferendum in locis quibusdam me rogante curavit illuſtris eques de Rosſetti, patricius Tergeſtinus, litterarum et omnis humanitatis laude florens, propediem integrum Petrarchae de viris illuſtribus librum editurus et quicquid teſtimoniorum ad fidem de auctore faciendam deſiderari potuerit, cumulate prolaturus. Peropportune is lacunam iſto in loco explevit; in reliquis, quae quum mihi ſuſpecta esſent, ut cum eo conferrentur, rogaveram, Hamburgenſis fere libri lectiones retuli, ut XIIII, 9: *Securi, inquam, alii.* XX, 36: *Cn. Magius praefecti ambo.* XXI, 5: *et ille ad eundem redisſet.* XXIIII, 40: *cum exercitu primum.* Ib. 44: *liberiſque, qui tunc ei.* Sed XVI, 48 propriam hanc habet: *Dum ad hoc iter accingitur, legationibus Aeduorum exhortatus ad componendum eorum lites et controverſias inteſtinas ante omnia proficiſci ſtatuit, quae inter duos primores populi de ſummo magiſtratu ortae totam urbem alternis ſuffragiis agitabant.* Ex quibus *alternis* recipi poterit. Praeter lectionis diſcrepantiam Graevii notulas omnes ex ipsius editione adieci, et XXXIIII. ab Oudendorpio editionis Batavae exemplo, quod ex auctione Wolfiana ad me pervenit, adſcriptas, quae quamvis exigui pretii ſunt, tamen auctoris causſa ſupprimere nolui. Ad XX, 37 ſcholion quoddam protuli ex codice Rehdigerano Lucani anno MCCCCXXI. exarato, quem accuratius deſcriptum exhibet programma diem natalem regium anni MDCCCXXIII. celebrandum Vratislaviae indicens. In eodem codice alterum est ad Petrarcham pertinens ideoque fortasſe ab hoc loco non alienum. Nam ad Pharſaliae L. VII. v. 94 Guilielmus Cappellus de Aulecta haec notavit: *In nullo hiſtorico reperitur quod Tull. fecerit praedictam perſuaſionem, ymo dicit Petrarcha, quod Lucanus artificioſe id poſuit, ut exprimeret voluntatem Pompei.* Quae ex Italica interpretatione diſcrepantis lectionis indicia in notis poterant exſpectari, ea ſatius duxi ad calcem collecta deinceps exponere. Titulum denique quod *hiſtoriam* feci, quum neque codex neque princeps editio ullum haberet, Petrarcham ipsum ſecutus ſum, qui ſolet hiſtoriam appellare. Vide XV, 14. XVIII, 30. XX, 22. 44 et confer XI, 3. XXIIII, 28. XXVI, 14. Et ita in codice Petaviano ſcriptum reperisſe videbatur Iungermannus. Certe tutius erat, quam ex uno loco *narrationem* (XV, 16) aut *de rebus Caeſaris* (XXVI, 9) aut ſine auctoritate cum Graevio *commentarios de vita Iulii Caeſaris* praeſcribere. In ſerie quidem virorum illuſtrium *Gaius Iulius Caeſar* erit.

EXCERPTA

EX

INTERPRETATIONE ITALICA.

PRAEFATIO.

In eligendis interpretationis Italicae ex codice Rehdigerano particulis tria potisſimum ſecutus ſum; primum, ut codicis Petrarchici, ad quem facta esſet, diſcrepantes a noſtris lectiones apparerent, quarum nonnullae vel praeferendae nostris vel aequiparandae videntur. Ceterum codicem iſtum ab Hamburgenſi et multo magis a vulgato diverſum medium quendam praeſtantiae et integritatis locum tenere excerpta docebunt. Secundum erat, ut, cuiusmodi esſet Latinae linguae ſcientia, quae in reddendis Latinis ſolertia eius, quiſquis fuit, qui hanc interpretationem fecit, intelligeretur. Neutra profecto magni facienda, ſed tamen ſolertia aliquanto inferior. Multa enim, in quibus pueriliter et plane ridicule lapsus est, ſi aut emendatius exemplum quaeſivisſet aut ſenſum communem conſuluisſet, recte intellecturum fuisſe oportet eum, qui plura eaque difficiliora ſatis accurate expresſerit. Niſi forte felicitate quadam ingenii ſeu caſu, quod nonnullis evenit, huic contigisſe ſtatui-

mus, ut, cuius rei rationem reddere nullo modo potuisset, eam tamen sic probabiliter administraret. Utcunque vero de eo iudicatum fuerit, ad existimationem de illius aevi doctrina non inutile fore spero prolatum tale eius specimen. Denique notitia antiquioris sermonis Italici nonnihil incrementi capere posse videbatur, si verborum et constructionum, quibus tunc vulgo uterentur, delectus fieret idoneus. Ego vero, quod primam ex tribus, quae expositae sunt, rationibus gravissimam et cum consilio huius libri maxime coniunctam censerem, obsoleta quae viderentur, notare satis duxi, atque haec ipsa et errores atque omissa pleraque a capite XVII. usque ad XXIIII. neglexi, ex quibus octo capitibus ea tantum, quae ad lectionis varietatem spectarent, enotata scito.

EXCERPTA
EX
INTERPRETATIONE ITALICA.

Gaio Giulio Cesare sommo dittatore et primo Imperadore Romano. Rubrica.

I, 1 ad domesticam difficultatem) *a la sua fatiga*
2 Iulium) *om.*
3 iners taedium longaeque molestiae) *cum lo pigro rencrescimento et molestare de quella*
tamen) *om.*
ut quid — praeferendo) *perchello avessi premesso Pompeio a Cesare*
4 Marcus) *Mamerco*
neque ullus — victus) *et (poi) che nogliera modo chel pregare valessi*
6 Dolabellam) *Dolobella*
repetundarum) *om.*
7 a piratis — procurandam) *ello fo preso da corsari cum tutti i suoi famigli salvo tre che fonno lasciati perche procurasero dinari da riscuoterlo:*
v. 12. illos) *quegli di quali ello era stato pregione*
in continentem transgressus) *intro in mare*

II. Etiam interpres h. l. novi capitis initium fecit, tribus versibus vacuis relictis, sed praescriptionem nullam habet.
3 concumbere) *peccare*
ut quorum — artificium) *che anno vano et fallace iudicio* ut perhibent) *om.*
4 circulatorum fallaciunculis) *per vanne cautele degli sponitori*
quanta fortuna) *om.*
quantisque ... opus — videt?) *et grandi .. so permestiero.*
5 Gaii Marii — reparavit) *reparo la parte de Gaio Mario nuovamente fatto grande el quale avia triomphato di Cimbri, di Tedeschi, et de iugurta: le quali vitorie Sylla per inimica superbia aviva oscurate.*
6 quamvis — exemptos) *bene che la legge Cornelia gli defendessi*
Quod etsi — faciebat) *la qual cosa ello a mio parere faria giustamente bene chello la facessi per odio digli adversari* (videtur *ipse* pro *in se* legisse.)
convellere) *removere*
7 Romanam urbem) *i Romani*
pontificatus ... erant) *el pontificato ... erano*

quod deinde — descenderet) *et venendo sopra pensiero la mattina impiacca*

8 Catilinae) *de Catellina* (et ita § 11. v. 4 et 10.)
in eos) *a quegli*
persuasisfetque — reflectere.) *Et averebbe confortato forse che non se vergognassero de interpretare la sua sentencia et piegarla a piu pietoso intelletto poi che era vergogna mutarla tanta paura et odio gia glera avuto se egli avessero morti si fatti cittadini come se Decimo Syllano.*
Ciceronis consulis) *de Tullio*
poterantque — evadere) *et cosi egli sceleratissimi cittadini per aiutorio duna lingua domandavano che cessassi la penna de giustissima morte*

9 ipsam curiam intermisit) *lascio la corte*

10 Itaque Caecilio — auctorem) *Et essendo allora tribuno Cecilio Metello cum nuove leggi ello se se non solamente fautore ma autore allui el quale turbava el collegio di tribuni et la re publica*
ius reddere) *rendere ragione*
certatim) *om.*
seu modestia) *om.*

11 Vectio) *Vetio*
et hic quidem — didicisse) *om.*
Ciceronem — pignoribus captis) *redussesi a Tullio el quale allora era Consolo et contoglie alcune cose de questo tradimento del quale noi parlemo. Et chiamati igli adversari ottenne che Curio fossi privato del premio che gliera stato determinato: et che i figliuoli de Vetio fossero presi*

13 foro) *de palazzo*

14 haec senatus tanta consensio) *la compassione de tutti*

15 trahens) *non traendelo*
Magnum tunc senatui ipsensum) *grande nel Senato, ma odioso allora*
Calpurniam) *Calfurnia*
Illyricum) *Schiavania* (et ita ubique.)
non quod) *et Senatô gle consenti Gallia no perche*
veritus — alienum.) *perche temia se gliela negassi chel popolo gle la dessi, et chel dono che gli non facessero t ri lo fessi.*

16 ex illo) *da poi*

17 v. 4 exercitus) *lo exercito*
v. 15 et [prius]) *om.*

III. *Capitolo terzo nel quale se contiene come Cesare ando in Gallia la descriptione del paiese et di popoli de Gallia. Rubrica et c.*

1 res — Galliis) *le cose che Giulio Cesare in Gallia*
confuse adeo .. ut — descriptio.) *si confusamente che la descriptione e confusa a lo ingegno de chi legge per vero intendimento de le cose.*
novae) *om.*

2 Gallia — distinguitur.) *Adunque Gallia tutta imprimieramente distensa per longo verso ponente piglia grande spacio de terra: et dividese in due parti.*
qui rerum potirentur) *che anno tenuti i luoghi*

3 ex Apennino ortus) *descendendo da Appennino*

4 Tranquillus) *om.*

5 Ex omnibus — constat) *et queste che segueno enno certamente tutte le sue divisioni. La prima e una Gallia belgica*
qui inter — tendebat) *el quale disparte la Isolo dinghilterra intra tramontana et ponente impetto al fiume: el confine de laltra parte va tra settentrione et levante*

Hannonia) *Anonia*
7 Helvetii) *heleucii* (et ita plerumque.)
Iura) *vira* (et ita IIII, 3. 12.)
a Sequanis) *om.*
iugis aëriis) *con le montagne*
Lemannus) *lumanno*
8 a Burgis) *om.*
Cis Rhodanum — erumpenti.) *de qua da Rodano apresso la rippa del fiume enno Igli allobrogi nello extremo cantone di quali apresso gli heleucii e Genua che gia fo castello secondo che dice Giulio Celso mo glie e gebenna picciola citta la quale e sopra ellago Lemanno et sopra el Rodano gia fatto in quello lago allufcire maggiore chello no era quando glie intro.*
9 Aquitania) *equitania*
Petrogoricum) *peragorico*
Lemovices et Alverni) *om.*
gens immitis — extenta.) *gente crudele et subita. Et a lo extremo fine de le Gallie enno i monti pirenei et lo lido del mare oceano.*

IIII. *Capitolo quarto nel quale se contiene come Cesare torno in Italia per piu gente: la guerra che ebbe cum gli Eleucii et la vittoria contra quegli. Rubrica.*

1 Caesaris) *de Giulio Cesare*
trans Rhodanum) *oltra et Reno*
2 Orgetorige) *Orgentorigo*
v. 6. quod) *quanto*
quicquid — fortunam) *tutto lo avanzo arsero et cum questo tutti i suoi edificii et case et terre tanto furore gli prese accio che tolta via la speranza de tornare egli se mettessero ad ogne pericolo*
3 rapidi vicinitate fluminis) *per lo corrente fiume verso la citta*
quo tulisset impetus) *come la fortuna el furore gli menassi*
4 Gebenam) *Gebenna* (et ita § 10.)
ad V. Kal. Aprilis) *.V.° nanzi calende daprile*
5 Ariovistus quidam) *Arioiusto* (etiam in interpretatione saepe ambigue scriptum hoc nomen est. Sed XIIII, 36 est *Ariogiusto*)
tamen) *om.*
6 de summa rerum) *om.*
Germanorum — conducta) *om.*
quod olim — continue) *om.*
arcessendo) *sopravenendo*
7 Gallis, hostibus antiquis) *om.*
amicos — Aeduos) *igli et dui amici del popolo de Roma*
8 obsides nobilitatis extorserat) *aviva stadigi di suoi nobili*
at ... Galliis expugnatis) *Et ... vinti i Gallici*
9 cunctatio) *induxia*
sub iugum) *sotto servitu* (et ita § 17.)
10 impigerrime) *om.*
pati) *adunare*
12 castellisque et propugnaculis superimpositis) *cum buttofredi et boracani* (Schol. Rehdig. ad Lucan. III, 386: pinnas] Spissas berdiscas et barbacanias.)
vix credibile) *om.*
magnum — iudicium) *el quale edificio fu grande indicio che quella fossi gente animosa ma no cauta*
13 v. 4. saepe) *alcuna volta*
Domnorigis ad auxilium confugiunt) *redusse si per aiutorio ad Onorgo*
14 Aedui pollens) *om.*
15 neque, quod — ex tempore) *et non sperando che quello chello volia fare avessi effetto piglio consiglio per messi dal tempo*
ipse dimisso — subnixus) *lasciato el prefetto ad gebenna comello po piu tosto torna*

in Italia et incontenente ſcritte due legioni et ancora el guarnimento ehello avia fatto appreſſo: tre altre cherano in aquileia chiamote aſſe adunate inſieme .V. nove legioni
per abrupta montium) *per aſpere et rotte montagne*
16 caſtra habentem) *om.*
Ambarorum Aeduorumque) *digli Ambarri et digli cedui*
Idem et — flagitant) *Et de queſto medeſimo ſe lamentano et coſi domandando aiutorio igli allobrogi*
17 Helvetii) *heluecii* h. l.
Piſonis) *Lucio Piſone*
19 apud ſuos) *inter quegli*
20 decere eum meminiſſe) *e convenevole che tu te recordi* (in reliquis orationem obliquam tenuit.)
fudiſſet) *egli aveſſero ſconfitto*
aperta vi) *manifeſtamente*
videret — ſatis eſſe) *ello vederebbe ſe de nova ſconfitta ello deſſi nome ad uno altro luogo et ſello agiugerabbe nova memoria alla antiqua hiſtoria de Caſſio et finalmente diſſe ſello gli paria eſſere aſſai forte in quello poeſe*
21 Helvetios) *helueeii* etiam h. l.
Facile — fuiſſent) *et che leggieromente ſe lo ſmentegarebbeno ſe intra loro fuſſe ſtato alcuna ingiuria*
deos) *dio*
22 promovent) *move*
contemnere, inſultare) *om.*
At) *et*
contentus — arcuiſſe) *contento al preſente quegli dire che paura et teneſſi ſtretto*
23 quaerenti) *lamentandoſi* (legit igitur *querenti*, idque verum. cf. Caeſ. Gall. I. 16, 6: *multo etiam gravius, quod ſit deſtitutus, queritur.*)
certis — Domnorigem) *et che per manifeſti ſegni ſacorgiva che Donorige*
in tempore) *om.*
24 At Domnorix) *Ma Donorixa*
domi — auderet) *om.*
ſibi ſumpſerat) *avia*
Quae cuncta — providebat) *le quoli tutte coſe debili et da tornare in ſavore di Romani ello provedia*
His adductus — quaerebat) *et indutto da queſte eagioni per quegli modi ehello potia ad benivolencia di vicini:* (*avia in odio* etc.)
26 et omni — uſus eſſet) *et cum ogne ſuo acreſcimento et nenentemeno ello in ſuo danno et deſtructione aveſſi adoperato ſua ſollicitudine*
nulli in — factum eſſe) *no caderabbe nello animo doleuno che quella coſa fuſſi futta ſenza ſua vergogna*
27 ſubmiſſis tacite, qui — obſervarent) *mettendo gli drieto chi tacitamente notaſſi non ſolamente quello chello faceſſi ma gli atti ele porole* (diſtinxit igitur *ſubmiſſis, taeite qui*)
28 Helvetios) *heluetii* hoc ultimo loco.
30 cui praecipuam — conſtabat) *del quale ello avia dato ſollicitudine a Donorige*
ſeu frumentatum ituros averſuri) *o che egli andaſſero ad altra parte per vittuaglia*
31 ut fugae — animos darent) *accio che tolta via la ſperanza de fuggire e la ſperanza de combattere giunta col pericolo gli faceſſi animoſi*
pedeſtrique — conſeritur) *et ivi quegli da pie cum quegli da eavollo commetteno aſpera bottaglia*
variis licet eventibus dubio Marte) *bene che a le perſini cum dubioſi caſi*
ac vulneribus) *et eeiam dio da le voei*
32 in Lingones) *in la provincia di ligoni* (et ita ubique *Ligoni* ſine *n.*)

e veſtigio) *om.*
ſauciorum oura) *per ſoveni-re a quegli cherano feditì*
33 v. 1 vero) *om.*
Ad ſex — hoſtibus habuit) *penſundo de fuggirne de quegli per fino ſe miglio. Et pen queſto tardato ebbe quegli per nemici*
ne forte Germani — 34. debellatum est.) *accio che i germani occupando per vicinanza quegli luoghi gli teneſſero ogli heleutii: et coſi cum queſta ſuperba gente e coſi indomabile in una battaglia fo combattuto.*
34 nonnisi centum decem milia) *ſeno diecemilia*
in bello conſumptorum) *che ſonno diſperſi in la battaglia*
quae ad — memoravimus) *che fuggiro da Ceſare di quali de ſopra noi faceſſemo mentione*
vulneribus) *percherano feditì*

V. *Capitolo quinto nel quale ſe contiene lo parlamento di Gallici cum Ceſare. La guerra cum gli Germanici: et come Arioiuſto ſuo Re fo ſconfitto. Rubrica. et 'c.*

1 dies totius Galliae concilio) *uno dì in che ſe faceſſi uno parlamento*
primores Gallorum revertuntur) *in prima i fatti di Gallici ſonno trattati* (legit inepte *primo res.*)
Data fide ſilentii) *Et promeſſo de tenergli credenza*
qua ſi deſtituerentur) *om.*
nullam enim — praeferendam) *et che ogne condicione era memoria che la ſervitu di germanici*
2 v. 2. quem) *le quali (parole)*
attigi) *le o ditte*
5 ſe de illorum calamitatibus curaturum) *de trargli de quelle miſerie*
6 ſuper auditis attentius cogitantem) *a le coſe ditte*
7 in poſſeſſionem Caeſaris) *in ſua forza*
pedem poſiturus) *veuero*
numquid — immiſceo?) *et diſſe impaccio me io di fatti di Romani?*
8 ſe, quae — mandare) *Et quello chello gli voliva dire ello gle le comanda*
v. 12. haec) *queſto*
9 nil placatius) *no piu humilemente che prima*
Iura — ſpectet,) *Et che queſta ſi uguale ragione de guerra a tutte le genti nogli dia eſſere ingiuria.*
10 Caeſarem . . . exciverunt) *vennero a Ceſare*
novis — transvectis) *nuovamente gente venuta de Gallia*
11 prohibendum — locus) *penſo de vetargli: el luogo era*
noctes — pervenit) *cavalcando cum luaghe giornate venne ad ueſſione nanti chel Re*
12 Hic vero — pervaſerat) *Et qui loſte di Romani ebbe incredibile paura et tremore*
aſſidue) *om.*
quotienſcunque) *in ogne luogo dove*
13 neceſſariae) *om.*
non ſe hoſtem formidare) *om.*
ſed anguſtias — dicebant) *diciuano chel viaggio era fatigoſo et impacciato pergli luoghi ſelvoſi e ſpinoſi*
14 v. 3. etiam) *om.*
obtorpuiſſe — metu) *om.*
miles) *i Cavalieri*
15 quod temerarie — ingererent) *dicendo che alloro non toccava penſare de ſue deliberacioni*
Fidere — ageret,) *et chegli ſe fidino chello non fara coſa per la quale Arioiuſto deventi de amico nemico del popolo de Roma bene che mala volonta el mini a pericolo et a ſmentecanza de ſe medeſimo:* (*et chello* etc.)

ut Romanae de eis victoriae tacerentur) *non facciendo mencione di Romoni*
p. 36. v. 11. ſe) *quegli*
Quod vero — non credere) *Et chello no credia avere udito che non ſeguisſero le ſue inſegne*
ab eorum ſignis) *om.*
16 posſit in plurimos, quanta) *posſu verſo molti. Grande*
horumque ſimilibus) *om.*
Reliquae—17. movit) *et tutte le altre legioni prontisſime a la battaglia ſi ſforzaro de ſatisfare al ſuo Capitano el quale egli avivono offeſo in parole et in fatti. Ceſare la notte cum ſollicitudine del camino ſe che Diviciaco del quale ello molto ſe fidava movesſi el campo*
17 qua planius pergeretur) *dondello audasſi poi piu piano*
18 ab altera) *om.*
19 ſed decimam — metuentem) *ma poſe a cavallo la decima legione chera nel campo audando al parlamento accio chello ingannasſi la ſperanza di cavalieri la quale temia i pedoni i*
20 dixisſet ... honorasſet) *laviano chiamato ... lavivano honorato*
idque ſibi — contigisſe) *et che queſto era ſtato fatto per opera de Ceſare piu efficacemente bene chel ſenato lavesſi fatto per ſua liberalita*
21 multis laudibus extulit) *molto levo in alto*
Habeo ego) *Ma io o*
quod) *la quale guerra*
ſed ipsi primum) *om.*
certamque — reponere) *et de nuovo porre la certa fortuna ampiamente in dubio*
22 idque — repuli.) *et ancora eciamdio e manifeſto chio nogli mosſi guerra, ma chiamato gli nemici et tolſi via la guerra:*
p. 40. v. 6. ut mirer) *accio che tu vegga chio me maraviglio*
23 v. 1. cur) *et prima che*
v. 6. hunc) *om.*
atque ideo — illius;) *Et in percio Gallia e di Romani et non ſua perche piu antica et piu giuſta e*
25 nutante — animo) *pendente lanimo de Ceſare*
26 ſubitus) *om.*
Rurſus — carentibus.) *Et da capo mandargli ambaſciotori che ſosſero homeni fidati gli paria pericoloſo et altri non mandarebbelo che non fosſero ragionevoli et modeſti.*
27 Et qualiter — veniſtis?) *Et disſe come ſete voi venuti qua*
ab altera parte) *presſo a quegli*
inde) *om.*
28 expeditisſimorum) *om.*
caſtra hoſtium — obſtiturum) *denanti ai nemici poſe nuovo campo et non da lungi a quelli ſeno .VI. pasſi et indovinando de contraſtare a quegli barbari*
32 in ipsum Caeſarem ... incidit) *ſabatte a Ceſare*
crudelisſimis) *om.*
Metius) *om.*

VI. *Capitolo ſexto nel quale ſe contine i moviminti di Gallici per la abſencia de Ceſare Comello torno in Gallia al quale egli vennero incontro et ſonno ſconfitti. Rubrica.*

1 alteram, quod — urgerentur) *Laltra cagione era chegli temivano per conſiglio digli altri Gallici esſere tratti in guerra*
2 proximiſque) *vicini*
3 Remi) *I Rhemi*
Suesſiones) *I ſueſioni* (et ita ubique ſimplice *ſ.*)
publico) *om.*
ut frenari nequeat) *che non*

se posſono refrenare
4 antiquitus) *om.*
ſaepe) *om.*
arcuisſe) *avieno cacciato*
5 deprehendit — expoſcere) *inteſe intra, i Belgi esſere grande posſanza et chegli eruno nati a battaglia: et che egli erano centomilia intra iquali nerano electi ſexnntamilia homeni da arme iquali domandavano la prima parte de tutta la battaglia*
totidem Nervios) *et in vernii ne unno altretanti*
Atrebates) *attrebatti*
Morinos) *I merini*
Menapios) *I nenapii*
Caltes) *I calenti*
6 Bellonatorum) *di Vaci*
7 contractas) *om.*
et a Remis et a ſuis exploratoribus) *da le ſue ſpic et da quelle di Remi*
Remorum) *di Rhemi* (et ita § 8.)
9 tum vero oppidi praefectus) *el Capitano*
ultima) *om.*
Numidas .. et Cretenſes — Belearicos) *baleſtrieri de Numidia, arcieri de Creti et traggetore de rombole.*
10 quid hoſtibus — perpendit) *che prodeza et che animo avesſero i ſuoi nemici: et da poi che asſai ello ebbe veduto*
v. 10. forte) *om.*
auxilio egentibus) *om.*
exigua palus) *una picciona palude*
quo temeritas — inciperet) *om.*
11 equitatus — contentus fuit.) *la gente di Romani la quale Ceſare avia laſciato a defeſa del campo. Ello ſo contento de redurſi nel campo.*
vadere) *pasſare*
ſi minus) *om.*
12 de eis) *de queſto*
equitatum levemque armaturam) *una cavalcata et de paca gente*
et ſi qui — occiderent) *om.*
13 Bellonatorum) *de quegli popoli iquali erano chiamati I belloronati*
ibant autem — tumultu.) *Egli caminavano per tale modo che non parivano andare ma ſuggire. Imperio la vertu tenne ſenza alcuno tumulto i Romani nel campo perche non vedivana ſufficiente cagione de cavalcare.*
14 Equitatui) *a la prima cavalcata*
Lucium) *Licio*
cogente periculo) *om.*
vel plane — caedes) *overo ſuggendo la ſconſitta ſo ſi lunga came ſo el di*
15 Noviodunum) *nomo domo*
At) *Et*
vineas) *igli ediſſicii*
machinas) *mangani* (Schol. Rehd. Lucan. X, 481: machina] bombarda vel manganus.)
oppugnatione — transmiſerunt) *non aſpettata la battaglia manduro mesſi a Ceſare che proferisſi quegli el caſtello*
16 Bratuſpantium) *Brotopantio*
17 conſurrexisſe — subſcripsisſe) *Et diſse che cum gli altri i bellonati ſerano levati a furore*
modo) *om.*

VII. *Capitolo ſeptimo nel quale ſe contiene la guerra cum gli Nervii, Attrebati, Mandui et Aduaci: et come de tutti Ceſare ebbe vittoria. Rubrica. et 'c.*
1 et a belli — acres) *et che igli aſperi homeni deventavano molli agli exercicii de le battaglie.* (*Et ecciamdio gli paria* etc.)
vel ſummis auribus) *om.*
Atrebates — copiis) *gli Attrebati et i Mandui oltre el ſiume Sabin*

Aduatuci ... five, ut reor, Aduaci) *gli Anatuci ... ma credo che se debbano chiamare Aduaci*
2 militiae peritos) *experti de cavallaria* (et ita plerumque *cavallaria* militiam, *cavalieri* milites, rarius hoc equites significat.)
Romanis — audentibus) *seguendogli i Romani per gli luoghi chegli no sapieno bene*
3 pari — iniecerunt) *vaccia-mente se revolsero et diedero ai Romani maravigliosa turbatione*
primum) *om.*
retrahendi) *retra*
petendi valli causa) *om.*
longiuscule) *molto da lungi*
vetuerat vel minimum digredi) *et etiam dio avia vetato che non se partisfero troppo da lungi*
4 Sed exhortatio Caesarea brevis erat) *ma el suo conforto de necessita era breve*
5 tumultuariae) *om.*
ad proelium) *om.*
quae casu — sequebatur) *corrivano tosto dove era la bisogna: et seguivano quelle bandiere*
per gentes) *om.*
fessos — Atrebates) *ruppe igli Attrebati stanchi et impiati*
Viromanduos) *Viromandi*
Buduognato) *boduognato*
7 magnis) *om.*
Sextium Baculum) *Septio batulo*
quo vel — imminenti) *ondello potessi socorrere et refare testa*
8 unius animi) *de questo animo*
rerum) *om.*
exercitus — conflixerant) *che questo fossi stato loste che poco innanti combattia*
non inulti — facile) *et non senza vendetta la quale non fo si leggiera al fatto comella e al dire*

cumulo) *uno monte*
9 clausum *ascoso*
impervium) *contrario*
publicae professione miseriae) *confessando publicamente la sua miseria*
10 machinas procul intuiti) *da lungi su le torri vedendo i mungani*
13 vis armorum ingens tradita) *le armi gli sonno date*
ut ab iis — agebantur) *cio e da quegli i quali non se movivano per paura di suoi vicini ma per no observare la pace*
quietus) *finito*
Caesareae) *om.*
obiectus) *contrario*
rebellarunt) *se senno ribelli contra la pieta de Cesare*
15 a legato Caesaris ... nunciatur) *fo significato a Cesare*
modo) *om.*
in Carnutes ac Turones) *intra i Turoni: et Carmiti* (et *Carmiti* ubique appellantur Carnutes.)

VIII. *Capitolo octavo nel quale se contiene la battaglia de Sergio Galba cum gli Sedini. Come tornato Cesare in Gallia sconfisse i Veneti et egli Vuelii in una battaglia navale. Rubrica. et 'c.*

1 in Sedunos) *intra i Sedini*
2 vulneratis) *di feriti*
sex continuis horis) *sei di continui*
Sextius Baculus) *Sesto Battulo*
primi pili) *del primo confalone*
in congressu) *nel primo assalto*
vel ultimum) *om.*
pio forsitan) *ragionevole*
3 Mox edoctis — edicitur) *Et in contenente I Centurioni ei Tribuni di cavalieri dice-*

no a quegli quello che e da fare
tela hostium) *i nemici*
eruptionis) *om.*
Vix — quieti) *Et poco spacio era passato in questo modo*
praeter spem) *senza speranza*
petebantur) *erano menuti*
invecti) *condotti*
obvia) *om.*
4 portoriis) *om.*
insuper — tentare) *Et ancora recordandosi chello contra suo volere avia combattuto et essendo vincitore non volia altra volta tentare la fortuna et redursi ad extremita*
5 eius regionis) *de quella ragione*
Romanis) *om.*
6 infinita) *om.*
lege ... Vatinia) *per la leoge Vacinia*
superiorque Germania) *et laltra Alamagna*
Thracia) *Tracia*
sinus Adriacus) *el mare adriatico* (et *adriatico* ubique.)
nostri orbis) *de questi paiesi*
7 Crassi) *om.*
in Ligere, praeclaro amne Galliarum) *nel fiume Iligero el quale e famoso in Gallia*
aquas in oceanum fert) *per se solo entro nel mare occeano*
ut coeli — iter fecit) *come che la condicione del tempo et de le alpi avesi fatta la via tale che per niuno modo alcuno homo screbbe intrato in camino*
cognita) *om.*
et praesentem) *om.*
sed viator) *ma curriero o viandante*
8 Caesar igitur reverso) *Dunque tornato Cesare in Gallia*
immanitate) *leggierezza*
Neque solum — Britannis) *et non solamente cercaro adiutorio da quegli de bretagna*
oceani aestu) *per lo mare*
aestus ille reciprocus) *lo sbattere del mare*
alternis motibus) *om.*
oceani incolis) *da quegli che habitano el paiese*
propter quae — viderentur.) *per le quali cose elle paiono molto migliori che le navi di Romani et piu atte.*
9 reliquae) *molte altre*
animi) *gli animi digli homeni*
inultae rebellionis exempla) *molti altri exempli de revellarsi*
nullatenus negligendum) *no infingersi de questo*
ut de facili — essent) *si che tosto se volgeno a guerra*
essetque — occurreret) *et che no fossi in ogne luogo chi gli contrastassi*
10 Remis) *i Rhemi*
in Aquitaniam) *in equitania*
in Ulnellos) *agli uuelli*
in Ligeri) *nel fiume Iligere*
11 fortunis suis) *la sua robba*
nec belli finis ullus ostendebatur) *et appariva come la cosa dovessi avere fine*
12 quoniam) *cum le quali* (*navi*)
Veneti) *i nemici*
qui) *ondegli*
13 ac superba ... armamenta) *ei corredi cherano alti*
iners coeli marisque tranquillitas consecuta est) *subito reposo fo nellaqua e ne aiere*
14 Hoc proelio — intercidit.) *Et in questa battaglia non solamente periro i gioveni, ma eciam dio i vechi.*
commisere) *om.*
graviore) *grave*
15 Ulnellorum) *digli Vuellii*
Viridonix) *Viridonixe*
neque bello) *om.*
consentiebat) *consentivano* (*el suo Senato*)
locum castris amplissimum nactus) *fortificato elluago atto al campo*

16 verfutumque hominem) *malto fcaltrito homo*
ducique indigo) *om.*
17 farmentis) *fcermenti*
ad laboris cumulum in alto impofita) *om.*
valida exhortatione) *cum favie parole*
19 equitatus comparandi — dicebantur) *apparechiare gente perche fe dicea che quella era gente molto excellente in fortezza*
et) *om.*
Tholofa) *Tolofa*
equitatus) *i corredori*
Rem verisfimam — gravis erat) *Io diro cofa verisfima ma meraviglofa et non degna: agli delicati animi quella cortefia era grave* (quae interpunctio verior vulgata videtur.)
5 raptori impio) *a uno che robbasfi*
fecundum quod — dabitur) *fecondo che fpartamente fone fcritte* (fc. *le cofe*) *da famofi autori et redurolle infieme*
6 Corpore — teres) *Del corpo ello fo bianco lungo et grosfo*
curiofior — magnitudo) *curiofo*
a vertice) *om.*
idque tunc — 7. avidisfimus) *Ancora fo cupidisfimo de perle de pietre de gioelli dintagli de depinture la qual cofa el fe povero et debitore altrui*
7 quod convivis — miniftraret) *perchello nogli facia bello pane*
libertum) *uno fchiavo*
collegarum eius) *om.*
Euries) *Euria*
non contentus) *tenuto*
agnovit) *vide*
8 cibi — vini fuit) *fo temperatisfimo al cibo et al bere*
9 quae habetur ad praefentes) *la quale anno i prefenti*
ante alios) *et innanti agli altri*
10 indulfitque — agmine) *et prima alcuna cofa agiunfe ale fchiere*
fummum imperatorem) *et fuo Capitano*
11 femper) *om.*
ante perficeret, quam coepisfe crederetur) *potivafi credere che ello lavesfi prima fatta che cominciata*
obiectos amnes) *fello trovara fiumi*
arremigando) *volgando*
cum eo curfim pervenisfent) *arrivavano a una hora cum lui, et alcuna volta*
12 properaret) *caminava*
ftupentes) *om.*
13 Praeter — exercuit) *Et oltre laltre de la Capitananza ello addopero lo ufficio di cavalieri fi valentemente*
Mundenfi — narravimus) *a Monda*
arreptis faucibus) *om.*
intentata cufpide) *cum la fpada*
14 idque — fermonibus) *et questo fpesfo toccare cum fpesfe parole*
contentionum) *om.*
quam tuis) *et per le tue*
ut ea vix . . . posfit) *come . . . posfa*
15 Milites — quidem . . . extimabat) *I cavalieri no extimava ello fecondo la bellezza ne fecondo la richezza*
pariter) *om.*
ad pugnam) *et a combattere*
ut omne — orederent) *accio che in ogne tempo egli fosfero apparechiati*
parati) *a punto*
16 non omnia) *alcuni ma non tutti*
ad fingulorum mores) *a particulari homeni*
17 omnes alloquens) *favellando cum esfi*
legionum fingulos) *om.*
ultro inopum curam) *el penfiero de la fpefa*
ac fructu) *om.*
18 longe . . . atque deleverint) *om.*
pertulit) *dannegio*
19 centurionis) *om.*
quod dicendi locus defuit) *che manco de dire*
Accilii) *de Attilio*
ad Masfiliam) *a Marfilia*

ſtato ſalvato per eſſere morto

36 Pari — deferret) *I doni ad la ſepultura ſecondo uſanza ſonno ſenza ordine come ciaſcheduno volſe portare el ſuo dono in campo marcio*

37 Hevilum — hominem) *uno Heiulo Cinna*

38 cometa quaedam ſtella) *una ſtella cum raggi*
quam de armato hoſte) *et non cum gli nemiei armati*
Virgilius) *Vergilio*
in bucolico carmine) *nella buccholiea*

39 et Idus Martias) *et ſo deliberato che el quintodecimo di de marzo*

CORRIGENDA.

P. IIII. l. 3 a f. pro *tenere* lege *tenore* — P. XII. l. 13 pro *interſectus* l. *interſectus* — P. XVII. l. 6 a f. *lulius* l. *Iulius* — P. XVIIII. l. 21 pro *quum* l. *quam* — P. XXIIII. l. 16 a f. pro *anno* l. *anni* — P. XXVIII. l. 1 pro *interiorum* l. *interiorem* — Ibid. l. pen. pro *virtus ac* l. *virtus,* — P. XXVIIII. l. ult. pro *diſſiniret* l. *diſſiniret* — P. XXXIII. l. ult. pro *q.* l. 9 — P. XXXVI. l. pen. pro *Alercum* l. *Aulercum* — P. XXXXVII. l 7 pro *commendavi* l. *commendari* — P. LII. l. ult. pro *interſer* l. *interſeri* — P. LXI. l. 10 a f. pro *ut* l. *ne* — P. LXII. l. 3 pro *butum* l. *tum* — P. LXV. l. pen. pro *Bellovacis* l. *Bellonatis* — P. LXXXIII. l. 18 pro *inſerendem* l. *inſerendum* — P. 7. l. ult. pro *coereuit* l. *coëreuit* — P. 15. not. 10 pro *Acquitania* l. *Aequitania* — P. 16. not. 8 pro *praeſuaſerunt* l. *perſuaſerunt* — P. 18. l. 9 pro *proſuerat* l. *proſuerat* — P. 42. l. 8 a f. pro *Gallis* l. *Galliis* — P. 57. l. 8 pro *ſeminae* l. *feminae.* — P. 64. l. 5 pro *Oceani* l. *oceani* — P. 87. not. 3 pro *Saeva* l. *Seva* — P. 98. l. pen. pro *vel ut* l. *velut* — P. 119. n. 17 pro *denuntiaut* l. *denuntiant* — P. 153. l. 16 pro *extraxerant* l. *extruxerant* — P. 156. n. 2 pro *octingenti* l. *octinginti* — P. 172. n. 8 pro *quadroginta* l. *quadriginta* — P. 176. n. 2 pro *ſorſan* l. *forſan* — P. 195. l. 7 a f. pro *communit* l. *communivit* — P. 207. l. 6 pro *magno* l. *magna* — P. 220. n. 2. l. 5 pro *atr.* l. *utr.* — Ibid. l. 8 pro *of.* l. *ot.* — P. 222. n. 8 pro *accomodavi* l. *aceommodavi* — P. 229. l. 16 pro *ſibi* l. *ſiti* — P. 233. l. 10 pro *Daſilo* l. *Baſilo* — P. 241. l. 7 a f. pro *ſi* l. *ſe* — P. 244. n. 6 pro *Apolloniam* l. *Appolloniam* — P. 245. l. 11 a f. pro *forſitan* l. *forſitan* — P. 265. l. 3 a f. pro *ignare* l. *ignave* — Ibid. l. 2 a f. pro *militae* l. *militiae* — P. 277. l. 2 a f. pro *aliquoties* l. *aliquotiens* — P. 282. n. 4 pro *habent* l. *habeat* — P. 321. n. 8 pro *et* l. *et. G.* — P. 327. n. 19 pro *—quam* l. *quam* — P. 331. n. 15 pro *ſylbala* l. *ſyllaba.*

Ad interpnnctionem perperam poſitum est

P. XI. l. 24 *est:* pro *est,* — P. XXXIII. l. 6 a f. *damnari.* „*In* pro *damnari.*“ *In* — LII. l. 10 *placuit* pro *placuit,* — P. LXV. l. 13 a f. *meruit* pro *meruit.* — P. 39. l. 15 *dimiſiſſe!* pro *dimiſiſſe.* — P. 68. l. 9 a f. *credant*), pro *credunt*) — P. 173. n. 7 *afflictis* pro

CORRIGENDA.

afflictis. — P. 176. l. 6 a f. *esſet* pro *esſet*, — P. 218. l. 15 *praeberet* pro *praeberet*, — P. 220. l. 1 *tamen* pro *tamen*, — P. 241. n. 5 *concinium.* pro *concinium* — P. 250. n. 8 *magis.* pro *magis* —

In numeris

P. XXXXVII hoc ipsum repone pro XXXVII — P. 172. n. 8) hoc ipsum repone pro 3) — P. 184. l. 2 ad *praeſidiiſque* adde a) — P. 301. l. 9 pro 9) l. 8)

Iunctura vitioſa est

P. 6. n. 6 *nonmodicum* pro *non modicum* — P. 315. l. 4 *quaomnes* pro *qua omnes* — P. 318. n. 6 *intranſalpinam* pro *in tranſalpinam* — P. 334. l. 9 a f. *alii aviis* pro *aliis viis*

Obliquis litteris ſcribendum est

P. XXXXV. l. 22 *ante retroque* — P. XXXXVIII. l. 19 a f. *compasſio* — P. LVIIII. l. 9 a f. *habere*

Rectis

P. LXXVIII. l. 2 faſtidiant

FRANCISCI PETRARCHAE
HISTORIA IULII CAESARIS.

CAPUT I.

Gaii Iulii Caeſaris dictatoris exordia, ut pleraque
mortalium, fragilia, progreſsus magnifici, finis praeceps.
Adoleſcens haud ſane dives fuit [1]), quamvis nobilisſima
de ſtirpe, ſiquidem ab ipso Romanae urbis initio et
ante urbem conditam praeclarum nomen Iuliae gentis
invenio. Acceſsit ad domeſticam difficultatem intempe-
ſtiva mors patris, qui illo annum aetatis ſextumdeci-
mum agente obiit. Cuius aliquando de nomine a me 2
ipso et ab aliis dubitatum memini, creditumque [2]), quod,
ut ſol ſtellas, ſic paternum nomen filii claritas obſcu-
rasſet. Legendo tamen comperi, quod neſcientibus pro-
do, patrem huius Lucium Iulium Caeſarem fuisſe. Sed 3
ut revertar ad filium, acceſsit et quartana febris, iners
taedium longaeque moleſtiae et omni febre periculoſius
Syllae [3]) odium dictatoris, qui civili bello victor, tam
crudelis vir, tam potens, iam tamen [4]) Caeſarem inter
adverſarios numerabat et de illo loquens ſaepe his [5])

1) fuit dives
2) Crediturque
3) Sullae — cod. Sillae et ita in ſeqq.
4) tum
5) cod. hiis — et ita fere in ſeqq.

verbis et Pompeium et nobiles admonebat: Male prae-
cinctum puerum cavete. Etsi enim Caesar circa ornatum
corporis multus esset, fluxe tamen cingebatur, mos illa
aetate reprehensibilis, unde est illud Ciceronis, a quo
dum post bellum civile quaereretur, ut quid ita in ele-
ctione deerrasset Pompeium Caesari praeferendo, Prae-
4 cinctura, inquit, me decepit. His simul ille vexatus in-
commodis pene cotidie [1]) latibula permutabat seque
nonnunquam ab inquisitoribus pecunia redimebat, fu-
turus regnum dominus ac regnorum, et tam diu hoc
in statu fuit, donec Marcus [2]) Aemilius et Aurelius Cotta,
viri nobilissimi et affines eius, Syllae vero amicissimi,
simulque Vestales virgines, quarum summa tunc erat
auctoritas, multis ac validis precibus sibi veniam quaesi-
erunt. Ubi illud memorabile, quod, cum Sylla diu-
tius obstitisset [3]), neque ullus precandi [4]) modus esset,
victus ad ultimum exclamavit, vel divino instinctu vel
humana tantummodo coniectura: Et vincite, ait, at-
que habetote hoc [5]) vobis cunctisque nobilibus damno-
sum donum. Praedico autem vobis, quoniam [6]) hic,
quem enixe adeo salvum vultis, optimatium [7]) parti-
bus, quas vos mecum defendistis, quandoque erit ex-
5 cidio; Caesari enim multi insunt Marii. Haec sane
inimiciora [8]) viri huius his fortasse profuerint, qui la-
boriosam [9]) adolescentiam degunt, ne desperent vigi-
lando ac nitendo [10]) ad altiora conscendere, dum virum
principem tantis obsessum difficultatibus prima au-
6 diunt [11]) aetate. Militavit adolescens in Asia Graecia-
que et Cilicia [12]) fama nunc clara, nunc obscura; au-

1) quotidie
2) Mamercus — cod. Marchus — Lege *Marcus*. Graevius.
3) obstetisset
4) peccandi — L. *precandi*. G.
5) post *nobilibus*.
6) Graevius inter *vobis* et *hic* stellula posita haec adscripsit: „Interferitur hic *qm* in editis, hoc est *quum* aut *quantum*, quod sententia respuit.“ Idem est in codice; sed constat, significare *quoniam* aut *quantum*.
7) optimatum
8) minutiora
9) cod. laborosam a manu prima
10) intendendo
11) audiverint
12) cod. Cicilia

dita autem Syllae morte rerum[1]) novandarum ſpe trahente Romam rediit, ſed civili motu praeter ſpem compreſſo, ne nihil ageret, Cornelium Dolabellam[2]), conſularem virum ac triumphalem[3]), repetundarum[4]) accuſavit. Quo iudicio magnam ſibi famam eloquentiae, ſed et multum quaeſivit invidiae. Quam ut leniret abſentia, abſoluto reo rebuſque undique citra vota fluentibus in inſulam Rhodum ſe conferre diſpoſuit, ſimul ut otio operam daret ac literis apud Apollonium Milonem[5]), clarisſimum tunc facundiae praeceptorem, ſub quo Cicero ipse, Romanae princeps eloquentiae, didiciſſe creditur. Sed dum eo navigat, a piratis captus 7
familiaribus omnibus praeter tres remisſis[6]) ad redemptionis ſuae pecuniam procurandam manſit cum praedonibus dies circiter[7]) quadraginta non ſine triſtitia et indignatione gravisſima. Cumque illi cum ex convictu familiaritate orta percunctarentur[8]), quid eis, ſi in poteſtate ſua[9]) eſſent, faceret, reſpondebat iocanti ſimilis ſe illos crucibus affixurum, idque ita fore iureiurando tacito confirmabat. Cum vero comitibus ac ſervis Roma redeuntibus et quinquaginta talentis pro eius pretio perſolutis libertati redditus fuisſet, claſſe illico conquiſita illos attigit apprehenditque. In quibus iam tum ſecuturae lenitatis[10]) et[11]) clementiae guſtum dedit. Nam cum et ſontes plectere et iuramentum ſervare fixum eſſet[12]), modum excogitavit, quo utrumque leviore ſupplicio compleretur. Itaque iugulari illos primum, post exanimes crucibus iusſit affigi. Nec per otium tamen res publicas[13]) neglexit. Mithridate enim Aſiam infeſtante in[14])

1) iterum — L. *rerum novandarum*. G.
2) cod. Dolobelam
3) ac triumphalem virum
4) cod. repetendarum
5) L. *Molonem*. G.
6) remisſos
7) circa
8) cod. praecantarentur
9) ſua poteſtate
10) levitatis — L. *lenitatis*. G.
11) ac
12) cod. *omittit*
13) publicas res
14) *om.*

continentem transgresſus congregatis auxiliis et[1]) praefectum regis Aſia pepulit et provinciam conſervavit.

CAPUT II.

His exactis[2]) Romam rediit, primuſque illi honos
fuit tribunatus militum, in quo quidem imminutam
a Sylla tribuniciam poteſtatem reſtituere ſummo ſtu-
2 dio niſus est. Inde quaeſtor ulteriorem ſortitus Hi-
ſpaniam apud Gades in templo Herculis ſorte Alexan-
dri Macedonis contemplatus imaginem vehementer in-
doluit, quod, cum aetate illa, quam ipse tunc ageret,
Alexander in fines terrae famam ſui nominis exten-
disſet, a ſe nil[3]) adhuc dignum gloria geſtum esſet.
Misſionem igitur a ſenatu petiit cupiens esſe, ubi maio-
3 ris famae materiam inveniret. Romam reverſus foedo
illico turbatus est ſomnio, viſus ſibi dormiens cum
matre concumbere[4]). Est haec quidem una miſeria-
rum humanarum, ut, quamvis verum ſit, quod ait
Cicero, quodque de Homero ſcribit Ennius[5]), ple-
rumque ea videre dormientes, de quibus ſaepisſime
vigilantes ſint ſoliti cogitare et loqui, tamen[6]) illud
quoque verisſimum[7]), ſolere ſe quieti hominum[8]) in-
gerere viſiones foedas ac turbidas et a ſomniante ani-
ma peregrinas, ut, quod nunquam vigilantes cogita-
rent et quod potius, quam facerent, mori optarent,
conſopiti[9]) facere videantur. Reiecta ad coniectores[10])

1) etiam
2) actis
3) nihil
4) concubere — et ita cod. — L. *concumbere*. G.
5) ſcribit; eius pl. — Forte *homines*. G. (pro *eius*)
6) tum
7) verisſimum est
8) homini — F. *hominum*. G.
9) cod. et ſopiti
10) videantur, reiecta ad coniectiones viſione. Illi — lege et diſtingue: *facere videantur. Reiecta ad coniectores viſione, illi, ut*. G.

vifione illi, ut quorum vafrum fallaxque est artificium, extimatis, credo, viri moribus ac natura confentanea interpretatione magnalia terrarumque orbis [1]) imperium fignificari fomnio dixerunt, quod ea fcilicet, quum fibi fubditam habuisfet, nil esfet aliud, quam terra parens publica. Sic, ut perhibent, ad amplisfimam fpem incitaverunt. Quod ego potius 4
narro, quia [2]) fic ab aliis fcriptum fcio, quam quod [3]) verum credam, virum tanti animi tantaeque prudentiae ad immenfam fpem fomnio inani et nocturno phantafmate [4]) aut omnino circulatorum fallaciunculis [5]) incitatum, ad quam implendam quanta fortuna, quanto ingenio, quantis bellicis artibus quantifque [6]) laboribus, quantis denique rebus aliis opus fuisfe, quam fomnio, quis non videt [7])? Dehinc aedilis factus est; quo tem- 5
pore in fufpicionem magnam venit. Non femel modo, fed pluries confpirasfe creditur cum viris infignibus, ut totum ftatum rei publicae perturbaret, fed nunc [8]) feu poenitentia feu metu, nunc morte confpiratorum effectu confilium caruisfe. In ea aedilitate multa fecit ac magnifica ad ornatum urbis, quorum omnium ipse folus exclufo collega populi gratiam confecutus fperanfque nil fibi negatum iri tentavit extra ordinem Aegyptum provinciam adipifci, quod Alexandrini regem fuum folio deiecisfent; fed ab optimatibus impeditus, ut, quo poterat modo, fe de illis vindicaret, in illorum contemptum Gaii Marii, novi hominis, trophaea de Iugurtha fcilicet et Cimbris [9]) ac Theu-

1) cod. orbis in
2) quum
3) cod. quia
4) fantafmate — nec aliter cod. et Ep. rer. fen. L. III. ep. 6. p. 776. *fantafma* legitur. Sed ib. L. X. ep. 4. p. 878. *phantafmata* fcriptum est, et veram rationem cognitam fuisfe noftro quamvis Graecarum litterarum rudi ex aliis verbis intelligitur.
5) fataciunculis — F. *vaticiniolis*. G. — codicis lectionem tuetur locus Ep. rer. fen. L. VII. ep. 1. p. 826: noli cum domino tuo ludere: fruftra fallaciunculis tentatur.
6) quantis
7) cod. viderit a m. fec.
8) cod. tunc
9) cod. Ecimbris (pro *et Cimbris*)

tonis, quae Sylla hostili superbia everterat[1]), repara-
6 vit. Idemque dum quaestionem de sicariis exerceret,
eos, qui proscriptione Syllana relatis capitibus civium
Romanorum ex aerario pecunias accepisſent, quamvis
legi Corneliae tunc exemptos, pro sicariis duxit. Quod
etsi adversariorum odio faceret, in se[2]) tamen iuste
quidem, ut arbitror, faciebat. Non enim potest na-
7 turae legem lex humana convellere[3]). Perdita spe
Aegypti pontificatum maximum petiit non absque
fluxu munerum ingenti: ita iam tunc ambitio Roma-
nam urbem[4]) invaserat, iam pontificatus pecunia ven-
debantur, minus malum, quod deorum erant[5]). Qua
in re non ipse sibi sufficiens alienum inmodicum[6]) aes
contraxit; quod deinde[7]) secum extimans dum in
campum candidatus mane descenderet, matri se deo-
sculanti Domum, inquit, nisi pontifex non revertar.
Reversus est autem pontifex duobus praeclarisſimis[8])
competitoribus superatis, aetate licet ac dignitate prae-
8 stantibus. Inde praetor factus est. Quo tempore cum
Catilinae[9]) coniuratio erupisſet, et complices[10]) scelerum
tenerentur, universo senatu supremum in eos[11]) sup-
plicium decernente solus est ausus suadere non morte
illos affici expediens esse, sed publicatis bonis per cu-
stodias municipiorum dividi ac servari, persuasisſet-
que[12]) fortasſis: tantum omnibus terroris incusſerat
invidiaeque eis in posterum imminentis, si tales cives
contra legem Porciam interemisſent[13]), ut Decimus Sil-
lanus[14]), consul designatus, sententiam suam, quam

1) deiecerat

2) F. *ipse*. G. — nil muto. Ep. rer. sen. L. VIIII. ep. 1. p. 854: peccatorque licet indignus in se tamen dignis precibus illum oro.

3) evellere

4) Romanum orbem — atque ita etiam cod. in contextu, sed illud pro varia lectione a m. pr. inter versus habet.

5) cod. malum quam deorum erat.

6) nonmodicum

7) ipsum

8) clarissimis

9) cod. Katelinae

10) cod. complures a m. pr. (at videtur)

11) eo — atque ita etiam cod.

12) cod. servari persuasisset, quia fort.

13) peremisſent — atque ita etiam cod. a m. sec.

14) Sullanus

mutare pudor[1]) prohibebat, interpretari non erubefceret atque in fenfum mitiorem fando reflectere[2]).
Denique alii atque alii, inter ceteros[3]) Ciceronis confulis
frater[4]), eloquio capti illius in fententiam ibant, poterantque fceleratisfimi cives linguae unius auxilio
poenam iuftisfimae mortis evadere, nifi Marcus Cato,
vir gravisfimus, oratione contraria pesfimam in partem
inclinatos animos erexisfet. Extat[5]) utraque oratio
apud Crifpum Saluftium, temporis illius hiftoricum.
Neque tamen coeptis abftinuit, donec Romani equites 9
ad praefidium fenatus armati mortem fibi ftrictis
mucronibus minarentur, ita ut proximi metu poenae
omnes effugerent, paucique cum complexu togaeque
finu obvolutum periculo mortis eriperent. Quo permotus non modo coeptum obmifit, fed ad tempus
ipsam curiam intermifit. Nec diu tamen valuit quie- 10
fcere, quominus fe[6]) tribuniciis procellis ingereret.
Itaque Caecilio Metello, tunc tribuno plebis, novis
legibus et collegium tribunorum et rem publicam perturbanti non fautorem modo fe praebuit, fed auctorem,
novarum ubique rerum aucupans materiam, donec ab
adminiftratione publica iusfu fenatus uterque prohiberetur. Neque vel fic magiftratum gerere et ius reddere deftitit, donec in armis esfe[7]), qui eum vi cogerent parere fenatui, deprehenderit[8]). Enimvero tunc dimisfis lictoribus clam difcesfit ftatuitque tantifper pro tempore ac rerum[9]) qualitate quiefcere. Cumque certatim multi ad eum diebus proximis convenirent ad lacesfitae praefidium dignitatis opem illi atque operam offerentes, feu modeftia feu diffidentia recufavit atque effrenatius[10]) inftantes fobria oratione coercuit.

1) *om.* — F. *pudor prohibebat.* Suet. ait cap. 14. *quae mutare turpe erat.* G.
2) cod. reflecteret
3) certos — L. *ceteros.* G.
4) cod. fractus
5) cod. eftat
6) post *procellis.*
7) cod. esfent
8) cod. deprehendit
9) cod. pro temporum qual.
10) cod. afrenacius

Quae res eo[1]) gratior omnibus, quo ab omnium[2]) opinione remotior fuit. Unde[3]) effectum, ut ſenatus ei per illuſtres viros grates ageret et in curiam evocato ac verbis honorificentiſſimis collaudato praereptum
11 reſtitueret magiſtratum. Non multo post graviori nunc etiam ſuſpicione[4]) laboravit, accuſatus apud Nonium Nigrum quaeſtorem a Lucio Vectio[5]), quod fuiſſet inter complices Catilinae[6]), qua nulla maior eſſe poſſet infamia, in ſenatu autem a Quinto Curio delatus, cui eo plus fidei eſſe[7]) videbatur, quo coniurationem illam primus ipse[8]) revelaſſet atque ob id decerni ſibi de publico praemia meruiſſet; et hic quidem de[9]) Catilina[10]) didiciſſe, alter ſe chirographum Caeſaris Catilinae datum oſtenſurum aſſerebat. Contumeliam hanc tantam tamque[11]) acres[12]) livoris aculeos nullatenus perferendos[13]) ratus Caeſar Ciceronem ſuae innocentiae teſtem fecit ſeque illi tunc conſuli de ea ipsa coniuratione, quam loquimur, aliqua[14]) denunciaſſe monſtravit, atque ita confutatis adverſariis, ut decretis praemiis Curius privaretur, obtinuit, Vectius[15]) vero ut pignoribus captis direptaque ſupellectili gravi multa affectus pro roſtris pene a concione diſcerperetur atque in carcerem mitteretur; ſimilique conſtantia et Nonium ultus eſt, quod[16]) quaeſtor apud ſe praetorem, maiorem ſcilicet poteſtatem, paſſus eſſet accu-
12 ſari. Adhuc praetor Hiſpaniam petiit, et tanta erat viri illuſtris inopia, ut a creditoribus profectio eius impediretur, niſi illos datis fideiuſſoribus quietaſſet. Rebus autem illic geſtis compoſitaque provincia feſti-

1) ea — L. *eo*. G.
2) omni
3) unde est
4) cod. ſuſpectione
5) cod. Vecio
6) cod. Kathilinae
7) eſſe fidei
8) ipse primus
9) ex
10) cod. Kathilina — et ita in ſeqq.
11) tanquam — L. *tamque*. G.
12) cod. in margine a m. pr.
13) cod. praeferendos
14) aliquid
15) cod. Vecius
16) quando

nanter et[1]) ſucceſsore non expectato ad conſulatum
pariter ac[2]) triumphum rediit, ſed cum legibus ambos
ſimul asſequi non liceret, omisſo in praeſens[3]) trium-
pho conſulatum maluit, rerum cupidus gerendarum.
Comitiis quidem conſularibus non collegam nactus, 13
quem volebat, obſtante optimatium factione, cum
Marco Bibulo factus est conſul. Quem exorta post-
modum[4]) quaeſtione legis agrariae disſentientem foro
armis eiecit et de hoc in ſenatu queri auſum nullo ſe
ultorem aut ſaltem cognitorem iniuriae offerente[5]) eo
pavoris impegit, ut quidvis[6]) mallet esſe, quam conſul,
totoque[7]) tempore conſulatus domi metuens latitaret
et, ſi quid decernendum esſet, per edicta[8]) decerneret,
et Caeſar ſolus rem publicam gubernaret nemine pror-
ſus obſtante, et, ſi quis obſtitisſet[9]), non tantum
minis, ſed factis exterrito. In quibus Marcum Cato- 14
nem, tantae virum ſapientiae ac virtutis, actis obſtre-
pentem ſuis manu lictoris extractum curia mitti fecit
in carcerem; quo euntem illum ſenatus omnis proſe-
cutus[10]) est, non aliter, quam ſi unius in perſona
capti omnes[11]) viderentur. Sunt, qui dicant veſtem
quoque velut in luctu publico permutasſe. Qua qui-
dem tanta veneratione ac pietate, niſi fallor, iniuria
carceris compenſata est, ut optabile fuisſe videatur
Catoni ſic in carcerem duci, unde mox ſic educeretur.
Siquidem haec ſenatus tanta conſenſio[12]) Caeſarem
ipsum movit, utque ait Valerius, divini animi perſe-
verantiam flexit. Praeter haec Caeſar initio conſulatus 15
ſentiens contra ſe invidiam laborantem et conſulibus a
ſenatu provincias nullius laboris et gloriae[13]) decretas

1) cod. ex
2) et
3) omisſo imprimis (cod. õmisſo i. p.)
4) postmodo
5) offerentem
6) quisvis
7) cod. et toto (*et* inter verſus)
8) cod. edita
9) obſtetisſet
10) perſecutns
11) omnes capti
12) ſiquidem hic ſenatus tanta conſenſione — F. *haec ſenatus tanta conſenſio Caeſarem*. G.
13) cod. gloria a m. pr.

idque in se unum fieri cogitans et ad suam, sicut erat, iniuriam trahens, quod collegam ista scilicet[1]) non tangerent, atque incensus cupiditate vindictae Gneum[2]) Pompeium Magnum tunc senatui infensum, quod Mithridate perdomito ad ipsius honores se lentius[3]) habuisset, omni obsequio promereri studuit; utque solidior nexus esset, Marci Crassi et Pompei[4]) amicitiam vetusto odio interruptam ex consulatu, quem simul dissidentissime[5]) gesserant[6]), resarcire[7]) nixus[8]) est, effecitque sollicito ac sollerti ingenio, ut ipsi tres in[9]) re publica unum essent, fore ratus[10]), ut, quod eis placuisset, nullus infringeret; nec fefellit spes; utque amicitiam consanguinitate firmaret, filiam suam Iuliam Pompeio coniugem dedit; et undique sibi adminicula coacervans ipse Calpurniam[11]), Lucii Pisonis successuri sibi in consulatu filiam, in matrimonium accepit, generique et[12]) soceri suffragiis fultus ex omnibus provinciis Gallias atque Illyricum praeelegit, amplissimam scilicet opum viam atque uberrimam materiam triumphorum, non quod senatus ei[13]) transalpinam Galliam libens[14]) daret, sed veritus, ne a se negatum[15]) populus largiretur, et quod suum nollent munus fieret[16])
16 alienum. Necdum invidia quiescente iam profectus[17]) in provinciam accusatus ab aemulis procuravit, ut absens rei publicae causa vocari ad iudicium non posset, posuitque in animum omnes, qui ad[18]) magistratus ascensuri[19]) essent, sibi amicos efficere atque ex illo[20])

1) scilicet ista
2) Cneum
3) hon. silentiis--L. *silentium*. G.
4) Pompeii
5) diffidentissime
6) cod. gerebant
7) cod. resercire
8) nisus
9) qui — F. *in*. G.
10) cod. ratum
11) cod. Calfurniam
12) generisque ac soc.
13) cod. *om.*
14) libere
15) cod. veritus negasse ne negatum (*ne* inter versus)
16) F. *fieri*. G. — non opus. cf. IIII, 2. quo loco codex similem dictionem obtulit. Ep. rer. fam. L. III. ep. 10. p. 613: nolo ante civile bellum obierit.
17) provectus—L. *profectus*. G.
18) cod. *om.*
19) assensuri—L. *ascensuri*. G.
20) scribendum videtur *illis*, quod dedit Lemairius.

nullum adiuvare, ſed pro viribus impedire, niſi qui
ſibi pollicerentur ſe eius[1]) abſentiam defenſuros, ut a
nonnullis hac de re iusiurandum ac chirographum non
vereretur[2]) accipere. Audiens vero Lucium Domitium, 17
conſularem candidatum, qui eum praetor anno altero[3])
vexare voluerat, iactare ſolitum ſe, quod praetor ne-
quisſet[4]), conſulem effecturum ſibique exercitus[5]) ere-
pturum, illius conſulatum impediendi viam unam me-
ditatus novos amicos, Pompeium et Craſſum, ad ſe
Lucam iure amicitiae in colloquium evocatos induxit,
ut anni inſtantis conſulatum peterent, quatenus tantis
competitoribus ille ſuccumberet; providenſque in po-
ſterum, ne quid in ſe livor posſet[6]) hoſtilis, illud
quoque ſuffragatoribus tantis obtinuit, imperium a
ſenatu ſibi in quinquennium prorogari; quae qui-
dem et in Gallia et in Italia et in toto orbe magnorum
motuum cauſa fuit. His enim ad vota fluentibus iam
ſecurior et[7]) deſpexit adverſarios et legionibus novis
pro arbitrio conſcriptis omne quantumlibet periculo-
ſum et grave belli genus aggreſſus illa geſſit, de qui-
bus ipse iam hinc agere aggrediar.

CAPUT III.

Scripturus res Iulii Caeſaris geſtas in Galliis primum esſe mihi credidi Galliarum ſitum, ubi res geſtae erant, deſcribere; quod a quibusdam confuſe adeo factum est, ut legentis ingenium a notitia rerum arceat ipsa deſcriptio. Quae res eo mihi facilior[8]) esſe debet, quo regionum illarum diſtantisſimos fines fere omnes nunc ex otio et ſolo videndi noſcendique ſtu-

1) cod. einſque
2) veretur — L. *vereretur*. G.
3) alio
4) nequiviſſet
5) exercitum
6) poſſit
7) cod. *om.*
8) facilior mihi

dio, nunc ex negotio circuivi; quamvis ipsa nominum mutatio in his terris, ut in aliis fere omnibus, multum novae difficultatis et fcribenti[1]) obiciat[2]) et legenti.
2 Sed emergam, ut potero. Gallia igitur[3]) omnis, in primis[4]) quae ingenti telluris fpatio[5]) diffufa magnam Europae partem occupat, bifariam diftinguitur. Et nomina a Romanis impofita vel hinc patet, quod eam partem, quae propinquior Romae erat, cifalpinam dixerunt[6]), quod cis Alpes ipsi etiam esfent, illam[7]) vero, quae remotior, tranfalpinam; quae diftinctio et in Hifpaniis[8]) obfervata est, ut hanc fcilicet ob caufam haec citerior, illa autem ulterior diceretur; unde horum nominum auctores fuisfe illos, qui rerum potirentur,
3 facile quidem ingeniofus lector intelligat. Et cifalpina[9]) feu citerior[10]), quae fuit olim, Gallia terminofque habuit hinc Apenninum ab occidente ac meridie, illinc Alpes a feptentrione, ab oriente autem finum maris Adriatici fluviumque exiguum Rubiconem, qui haud procul Arimino ipsi Adriatico mari ex[11]) Apennino[12]) ortus[13]) infunditur, quae multis et magnis[14]) urbibus infignis, multis clara fluminibus ac lacubus per medium Pado, quem Eridanum Graeci[15]) vocant, regio amne diftinguitur, hic, inquam, ambitus terrarum iam non Gallia[16]), fed Italiae pars est. Tranfalpinam vero five ulteriorem Galliam cofmographi et hiftorici varie diviferunt, quam rem, quod et apud eos fatis obfcura est et, ut clarior fiat[17]), plurium[18]) indiget[19]) verborum,
4 tranfeo. Quod inter omnes convenit et quod verum

1) cod. fcribendi
2) obiiciat
3) ergo
4) in omnes primis (pro *omnis in pr.*) — Videtur legendum: *quae in omnes partes diffufa*. G.
5) haec quatuor verba (*quae ing. tell. fp.*) vulgo defunt.
6) dicet ut — L. *dicerent*. G.
7) cod. illa
8) cod. Hyfpanis
9) cod. cifalpinam
10) haec duo vulgo *om.*
11) et
12) cod. penuro
13) *om.*
14) mul. magnifque
15) Graeci Eridauum
16) Galliae
17) fieret
18) cod. plurimum
19) indigeret

reor, attigerim: univerfae tranfalpinae Galliae fines ac
fpatium fuisfe in longun ab Alpibus Italiae ad oceanum
Britannicum Pyrenaeofque[1]) montes, qui Gallos diri-
munt ab Hifpanis, in latum vero amnibus Rheno ac
Rhodano geminoque mari, in quod flumina ipsa de-
fcendunt, oceano fcilicet ac Tyrreno, patuisfe autem[2])
in circuitu, ut Suetonius Tranquillus ait, ad bis et
tricies centena milia pasfuum. Ex omnibus fane dimen- 5
fionibus[3]) eius ac partibus unam Galliam Belgicam di-
ctam conftat; de cuius finibus etfi varient fcriptores,
hoc tenendum, habitasfe Belgas Gallos ad finiftram
Rheni ripam, ubi maxime ad oceanum appropinquat;
qui enim dextrum latus accolunt, iam non Galli
erant[4]), fed Germani. Incipiens igitur[5]) Belgarum re-
gio ab oceano, qui inter arcton[6]) et occafum Britan-
niae infulam[7]) a continenti[8]) feparat, adverfo fluminis
alveo inter feptentrionem et orientem tendebat, qui-
bus hodie in finibus Flandria et Brabantia est atque
Hannonia[9]), plurimaeque aliae et regionum decus ad-
iacentium a Marco Agrippa postmodum[10]) fundata et
conditoris fui nunc etiam nomen fervans fedet illa no-
bilis Agrippina Colonia. Et hos quidem cunctis Gal- 6
liarum incolis tam corporum viribus, quam armorum[11])
experientia atque omni bellica praeftantes induftria et
fuisfe olim legimus et nunc fcimus: Ea[12]) vero tota
natio paulatim, nec vetuit Rhenus, in nomen Germa-
niae linguamque concesfit, ut iam fe Gallos dici ne-
fciant et[13]), fi audiant, indignentur[14]). Belgis proximi 7
Helvetii fuere, pari propemodum et belli gloria et

1) Pirivefque — L. *Pyreneofque*. G.
2) patuisfe, at
3) divifionibus
4) F. *funt*. G.
5) ergo
6) archon — cod. arthon — L. *arcton et occafum Britanniam*. G.
7) *om.*
8) continentibus
9) Pannonia — cod. Anonia — L. *Hannonia*. G. — *Hannoniam* appellat Ep. rer. fen. L. X. ep. 2. p. 870.
10) postmodo
11) morum
12) cod. ee
13) *om.*
14) cod. indignantur

virtute. Horum fines ab occafu Iura[1]) mons praealtus a Sequanis difterminat[2]), a feptentrione autem Rhenus adhuc fonti proximus[3]) a Germanis, quamvis et hi[4]) quoque, quemadmodum[5]) de Belgis diximus, in Germaniae nomen tempore labente tranfierint. Atque ita Galliae tranfalpinae magnas partes fibi Germania vindicavit[6]), ficut totam cifalpinam fibi vindicavit Italia. Ab oriente autem clauftra Alpium Helvetios[7]) ab Italis[8]) fecernunt iugis aëriis et nive[9]) perpetua. A meridie[10]) Lemanus[11]) lacus et Rhodanus, qui lacum interfecat, inter eos atque Allobroges[12]) limes erat. Quorum finium longitudo[13]), ut Iulius Celfus[14]), affirmat, milia pasfuum ducenta quadraginta[15]), latitudo autem centum octoginta[16]) patebat, et tamen pro numerofitate hominum ac bellorum ftudio anguftisfimis[17])
8 fibi carceribus circumfcripti et claufi videbantur. Ex praemisfa defcriptione, nifi fallor, patet horum in finibus fuisfe, quos Burgundiones a Burgis[18]) modo dicimus, ad meridionalem plagam, ad arcton[19]) vero illam Rheni ripam, ubi Argentina nunc et[20]) Bafilea et Conftancia urbes fedent. Cis Rhodanum Allobroges tenuere laevam amnis, ad ripam quorum, ut idem Iulius Celfus[21]) ait[22]), extremum proximumque Helvetiis angulum Genua[23]) olim oppidum tenebat, nunc

1) cod. Vira
2) difcriminat
3) proximus fonti
4) ii — (cod. hii)
5) cod. quod
6) vendicarit — et ita paullo post.
7) per Helvetios — Delendum illud *per*. G.
8) Italia
9) nunc — F. *tectis nive perpetua*. G.
10) cod. meredie
11) Lemaunus
12) Alobroges — et ita cod. hic et in feqq., in quibus vulgo Allob. recte fcriptum est.
13) *om.*
14) Caefar
15) cod. quadragenta
16) octuaginta—cod. octogenta
17) anguftis
18) ab Burgis — cod. aburgis
19) archoam — cod. arthon — L. *arctoam*. G.
20) et illae
21) Caefar
22) *om.*
23) *Gebenam* etiam infra nominat auctor hanc civitatem, quam tamen Caefar femper *Genevam* appellat. G.

Gebena[1]) civitas tenet exigua et Lemano imminens et Rhodano, ipso ibi de lacu auctiori quidem, quam[2]) intraverat, erumpenti. Pons[3]) illic haud magnus est hodie ſueratque olim Iulii Caeſaris aetate, qui a muro civitatis incipiens in finibus Helvetiorum[4]) definit: adeo nullum gentibus inter ſe ea tempeſtate diſcordibus, niſi adhuc parvi fluminis, obicem natura[5]) poſuerat. Sed huc poſtea revertar: nunc deſcriptionem coeptam paucis expedio. Igitur ad occidentem propius[6]) et a 9
Rheno longius Sequani fuere, qui neſcio an fluminis patrii nomen acceperint an dederint. His ad dextram[7]) Belgae, Helvetii a tergo erant, ad laevam provincia Lugdunenſis, ad Helvetios illa quidem pertinens, itemque Arelatenſis ac Narbonenſis, ante autem occidentalis oceanus flumenque[8]) Garunna[9]), cuius dextram ad ripam Aquitania[10]) est, gens mitis et tranquilla, Bituricum, Pictavia[11]), Petrogoricum[12]), Cadurci, Lemovices[13]) et Alverni[14]); ſupra ipsum flumen est Tholoſa, ampla civitas, trans[15]) flumen vero[16]) Vaſconia[17]), gens immitis ac ſubita, Galliarum limites ad extremos, Pyrenaeum[18]) ſcilicet et oceani litus[19]) extenta. Sequanorum vero, ut ſic dixerim, in gremio Pariſii[20]) fuere, et Sequanae[21]) amnis in medio parva inſula, quae Pariſiorum Lucetia[22]) dicta est, ubi ab ipso Iulio Caeſare tunc ſundata creditur civitas nunc ſamoſa Pariſius. Haec hactenus.

1) Gebenna
2) cod. quem
3) Pono — L. *Pons*. G.
4) cod. Helveticorum
5) naturae — L. *natura*. G.
6) cod. proprius
7) dexteram — et ita paullo post.
8) fluminique — L. *flumenque* G.
9) cod. Gerunna
10) Acquitania — et ita cod. — L. *Aquitania*. G.
11) cod. Pithavia
12) cod. Petragorichum
13) cod. Lemonices
14) Alumui — F. *Auſci*. G.
15) extra
16) vero flumen
17) Vaſtonia — L. *Vaſconia*. G.
18) Pireuum — et ita cod. — L. *Pyrenaeum*. G. cf. XVIIII, 30.
19) littora
20) cod. Pariſi
21) Sataniae — cod. Secauae — L. *Sequanae*. G.
22) Lutetia

CAPUT IIII.

Nunc ad hiſtoriae ſeriem atque Allobroges redeo. Hi quidem non multo ante Caeſaris conſulatum pacati et in fidem populi Romani recepti erant; ex Gallis vero trans Rhodanum habitantibus aliqui foederati Romanis erant, quidam [1]) ſine foedere ſuis ſibi legibus
2 vivebant. Helvetiorum gens virium fiducia maximarum ſimulque deſiderio exaeſtuans Galliarum omnium imperio potiendi Orgetorige primum duce, mox [2]), ubi ille affectatae tyrannidis ſuſpectus in carcere [3]) diem obiit, coepto nihilominus inſiſtentes per ſe ipſos nullo duce armis expeditis frumentoque, quod [4] viſum est itineri ſatis esſe, quicquid reliqui erat (tanta illos non audacia, ſed rabies invaſerat) una cum aedificiis ſuis vicisque et oppidis exurunt [5]), ut ſpe reditus praerepta obſtinatiores in omnem pergerent fortunam; idque ipsum facerent [6]), finitimis quibusdam [7]) populis perſuaſere [8]). Sic in proximos facile ſerpit amentia; ſic ſtul-
3 torum ſunt periculoſa colloquia. Iunctis ergo copiis conſpiratione acerrima atque ardenti irredituri [9]) patrios fines egredi parant, quaſi nihil peius patria, nihil melius exilio. Sane digresſuris [10]) iter erat duplex, alterum ſub montem Iuram [11]) in Sequanos, arctum [12]) quidem ac difficile et hinc impendentium aſperitate rupium, illinc rapidi vicinitate [13]) fluminis tanto ſuſpectum exercitui, alterum per pontem Rhodani, cuius ſupra mentionem feci, quod [14]) ab Allo-

1) quidem — L. *quidam*. G.
2) cod. mos (ut nonnunquam)
3) cod. carcerem
4) quantum
5) eruerunt — Puto *exusſerunt*. G.
6) facere
7) quibus potuerunt
8) praeſuaſerunt
9) irreditura—L. *irredituri*. G.
10) digresſurus—L. *digresſuris*. G.
11) cod. Unum
12) cod. arreptum — fortasſe *arrectum*.
13) cod. rap. in civitate
14) quidam—F. *quod quidem*. G.

brogum gente facile ſe vel vi vel precibus impetratu-
ros confidebant, inde ſe longe lateque, quo tulisſet
impetus, effuſuri. Altero ergo [1]) itinere obmisſo [2]) 4
diem ſtatuunt, quo armati omnes ad Gebenam [3]) ad-
ſint, qui dies erat ad V. Kal. [4]) Aprilis L. Piſone,
Caeſaris ſocero, atque Aulo Gabino [5]) conſulibus. Et
haec [6]) quidem ab Helvetiis maiore animo, quam con-
ſilio parabantur. Imperitabat tunc Germanis Ariovi- 5
ſtus [7]) quidam [8]), vir bellicoſus ac ferox, magnae quidem
potentiae maiorisque ſuperbiae, qui tamen ante paucos
menſes in ipsius Caeſaris conſulatu rex atque amicus a
ſenatu appellatus cum populo Romano amicitiam barba-
ricam contraxisſet [9]). Inciderat autem in hoc tempus in- 6
ter [10]) Aeduos atque Alvernos [11]) de ſumma rerum grave
bellum, quo gerendo pars utraque ſtipendiarios de more
Germanos adhibuit. Et primo quidem adventu non
ſupra quindecim milia Germanorum in Gallias pretio
conducta [12]) tranſierant [13]); at [14]) mox capti ſuavioris
coeli et uberioris [15]) ſoli dulcedine, quod olim in
Italia fecerant faciuntque continue, ultro [16]) alios at-
que alios arcesſendo ingenti multitudine cuncta com-
pleverant, erantque iam in Galliis ad centum viginti
Germanorum milia. Quamobrem qui illos evocave- 7
rant Aedui auxiliorum nimietate perterriti, cum poe-
nitere iam coepisſent [17]) incepti finibusque illos ex-
pellere [18]) tentasſent, multis fracti proeliis nobilitatem

1) igitur
2) omisſo
3) Gebennam
4) ad quinto Kalendas — F. *a. d. quintum.* ut apud Iul. Caeſarem. G.
5) L. *Gabinio.* G.
6) hic — F. *haec.* G.
7) cod. Arioinſius — et ita in ſeqq. ſaepius, vel ambigue.
8) quidem — L. *quidam.* G.
9) L. *contraxerat.* G.
10) *om.* — Videtur deesſe *inter,* et legendum *inter Aeduos atque Arvernos.* Vid. Caeſ. de bello Gall. I. 31. G.
11) Alumnos
12) conducti
13) cod. tranſirant
14) ac
15) ſuaviores coeli et uberrimos — L. *ſuavioris coeli et uberrimi.* G.
16) ultra
17) coepisſet — Lem. dedit *coepisſent.*
18) pellere.

fere[1]) omnem ſenatumque et equitatum miſerandis ac variis amiſerant[2]) caſibus, ac ſtatu veteri permutato[3]), quo proſperrimo uſi[4]) olim ſumma inter omnes Gallos maieſtate floruerant, in extremas miſerias delapsi facile[5]) a Sequanis Gallis, hoſtibus antiquis, edomiti[6]) datis obſidibus et iureiurando interpoſito in illorum ditionem ac pene in ſervitutem venerant. Neque illis aut[7]) virtus propria aut Romanus favor in tanta calamitate profuerat[8]), quamvis pridem ſenatus decrevisſet, ut, quiſquis provinciam Galliam obtineret, quantum posſet, amicos populi Romani, nominatim Aeduos, ar-
8 morum ope[9]) protegeret. Ceterum nihilo melior Sequanorum post victoriam, quam Aeduorum post ruinam conditio facta erat, ſiquidem Arioviſtus cum ingenti manu fines eorum ingresſus lateque victor magnam natalis ſoli[10]) partem illis eripuerat ſeque et reliquam erepturum minabatur. Iamque obſides nobilitatis[11]) extorſerat et pro levi qualibet cauſa inhumanis[12]) illos ſuppliciis atterebat. Quibus ita ſe habentibus iam tempus inſtabat, ut Germanis Rhenum asſidue[13]) tranſeuntibus Galli omnes aut cederent aut perirent. Hic in praeſens Galliarum ſtatus erat; at[14]) in poſterum timeri poterat, ne Galliis[15]) expugnatis Germani victores in provincias populi Romani transmisſo Rhodani gurgite penetrarent et proxima quaeque vaſtantes, quod multis ante ſeculis fecerant, in Italiam irrumpe-
9 rent[16]). Horum tamen omnium motuum[17]) nullus periculo proximior Romaeque vulgatior, quam Helvetiorum apparatus et dies ad Rhodani tranſitum publico

1) vero
2) cod. admiſerant
3) immutato
4) cod. ſi
5) cod. inter verſus habet.
6) edomito — cod. domiti — L. *edomiti*. G.
7) cod. in margine habet.
8) poſuerat — L. *profuerat*. G.
9) cod. opere.
10) ſoli natalis
11) nobilitas — F. *nobilitati*. G.
12) inhumanos — F. *inhumanis*. G.
13) asſidue Rhenum
14) et
15) Gallis
16) cod. ytalia rerompérent — f. *Italiam erumperent*
17) f. *metuum*

praefixus edicto [1]). Idque Iulium Caefarem, ut ad rem
redeam, celerare compulit reputantem, quanti diferi-
minis esfet quantulacunque cunctatio, atque id praecipue
recolentem, qualiter gens eadem quondam Lucio Cas-
fio confule obtruncato Romanum fudisfet exercitum
mifisfetque fub iugum. Eapropter omnibus impiger- 10
rime comparatis profectus ab urbe atque in Galliam
ulteriorem mira velocitate transgresfus Gebenam [2]) ad
periculi locum venit ftatimque provinciae, quanto maxi-
mum pati posfet, militum numerum imperavit. Co-
gnito Caefaris adventu Helvetiorum legatio ex primori-
bus [3]) gentis illico eum adit, orant iter per provinciam Ro-
manam iterque fibi nullum aliud esfe [4]) teftantur feque
fine cuiusquam damno, fine iniuria tranfituros fpondent.
Caefar etfi male meritis placere nollet et pollicitis nul- 11
lam fidem haberet atque ideo iam refponfi certus esfet,
ne tamen exercitum itinere fatigatum feque cum [5]) ma-
xime conquirendis [6]) militibus occupatum repentina
hoftium turbaret incurfio, deliberandi fpatium popo-
fcit. Iusfis legatis Idibus Aprilis ad fe redire medio 12
tempore fuorum pariter et incolarum fretus opera
ab ipso lacu ad montem Iuram [7]), quem praediximus,
decem novem [8]) milia [9]) pasfuum murum altitudinis
pedum fedecim fosfamque perfecit, praefidiis armato-
rum opportune difpofitis [10]) caftellisque et propugna-
culis fuperimpofitis [11]): opus mirum, vix credibile,
nifi a Caefare factum esfet et a claris auctoribus fcri-
ptum mandatumque memoriae, qui rebus ipsis [12]) inter-
fuere, magnum [13]) tamen nihilominus [14]) animofae, fed

1) cod. edito.
2) Gebennam
3) cod. primioribus
4) nul. adesfe — F. *aliud esfe*. G.
5) tamen — F. *tum maxime*. G.
6) conquaerendis
7) cod. Viram
8) *om.*
9) L. *milium*. G. „fed vide Davis. ad Caef. I, 8." Oudendorpii nota manu fcripta.
10) cod. difpoxitionis
11) impofitis
12) ipsis rebus
13) Graevius huic vocabulo ftellulam praepofuit. Mihi pro *iudicium* videtur *indicium* fcribendum, fententia tamen ipsa prorfus ab hoc loco aliena.
14) Sic infra *tamen nihilominus*, G.) (§. 32.)

incantae gentis iudicium. Proinde[1]) legatis redeunti-
bus ad praefixum diem negat aliquid de his[2]), quae
peterent, fe facturum Caefar, neque fibi Romano
more licitum dicit, per amicorum fines armatis exer-
13 citibus viam dare. Illi refponfione habita fe delufos
ubi intellexerunt, moefti et irati per vada fluminis
alia atque alia, ubi profunditas minor esfet, nunc pe-
dibus, nunc iunctis navigiis et faepe per tenebras adi-
tum tentaverunt. Is[3]) conatus tamen fruftra fuit, Ro-
manis omni tempore ac loco ad refiftentiam paratis.
Hac[4]) necesfitate ad iter aliud, quod inter confilia pri-
ma damnaverant, redire[5]) compulfi funt; quod quo-
niam Sequanis nolentibus periculofisfimum fciebant,
primo illos precibus nequicquam experti Domnorigis[6])
ad auxilium confugiunt, ut per illum, quod per fe
14 nequeunt, asfequantur. Is, Aedui[7]) pollens, vir ma-
gnanimus, et utrique[8]) genti amicus erat et crefcendi
cupidine inflammatus et mediocribus[9]) infuetus curis
multarum[10]) gentium gratiam ftudio quaerebat. Cu-
pide[11]) ergo fe pro Helvetiis apud Sequanos interpo-
nens tranfitum impetrat, ultro citroque datis obfidibus,
inde[12]), ne tranfire prohibeant[13]), hinc, ne noceant[14])
15 tranfeundo. Haec cum Caefari innotuisfent, veritus ho-
ftium tranfitum multa gravia fociis illaturum neque fat
paucitati fuae fidens neque, quod intendebat, per inter-
nuncios[15]) fieri posfe fperans confilium capit ex tempo-
re, dumque Helvetii in confiliis tempus trahunt, ipse di-

1) provide — F. *proinde*. G.
2) iis — (cod. hiis)
3) his — F. *hic*. G.
4) cod. ao
5) cod. *om.* non male.
6) cod. Donorigis — et ita in feqq.
7) F. *in Aeduis*. G. Minime. Vide ad XVII, 14.
8) uterque — L. *utrique*. G.
9) F. *haut mediocribus*. G. Minime. *Infuetus* est *non asfuetus*. V. XI, 8. XXI, 22. Ep. rer. fam. L. III. ep. 23. p. 622: regem barbarum atque, ut Livii verbis utar, Romanis moribus infuetum.
10) multorum — L. *multarum*. G.
11) Cupidine — F. *cupide ergo fe*. G.
12) *om.*
13) prohibebant
14) vocavit — F. *prohibeant, hinc ne noceant*. G.
15) nuncios

misſo [1]) ad Gebenam [2]) munitionibus [3]), quas fecerat,
praefecto [4]) quanta potest [5]) celeritate in Italiam redit
raptimque ibi conſcriptis duabus legionibus nec non
tribus aliis, quae Aquileiae in hibernis erant, arcesſitis
quinque iam novis legionibus [6]) ſubnixus brevisſima per
medias Alpes via in ulteriorem Galliam pari celeritate
revertitur, dumque per abrupta [7]) montium conſcendit,
ab Alpinis gentibus iter ex alto prohibere volentibus
multis locis excipitur multiſque parvis quidem proeliis
ubique victor nuſquamque [8]) vel proelio vel victoria re-
tardatus intra paucos dies in Allobroges perveniens mox
cum toto Rhodanum tranſit exercitu. Illic caſtra haben- 16
tem Ambarorum Aeduorumque legationes adeunt: fatum
patriae miſerantes, fortunae ſuae [9]) quo ſint in ſtatu,
edocent: Tranſisſe per Sequanorum fines Helvetiorum
rabiem et in ſuos effuſam fines omnia vaſtare, agros
iam colonis vacuos, aegre oppida defendi, nihil ſpei
esſe, niſi in Caeſare. Si quid [10]) de populo Romano bene
unquam [11]) meruisſent, ut afflictis opem ferat, moeſti
orant. Idem et Allobroges a vicinia [12]) locorum (trans
Rhodanum terras habuerant [13])) conqueruntur [14]) et fla-
gitant. Quibus vocibus motus Caeſar nilque differen- 17
dum ratus citato [15]) agmine hoſtes inſequitur. It per
Aeduorum ac Sequanorum fines fluvius tanta laticum ſe-
gnitie, ut, quonam pergat, vix dignoſci queat, ſic [16]) ſtagno
ſimilis [17]) quieſcit, antiquo Arar nomine [18]), novo autem
Sona [19]). Hic per [20]) Lugdunenſem coloniam egresſus ibi

1) cod. dimisſis—F. *T. Labieno misſo.* vide Caeſ. Bell. Gall. I. 10. G.
2) Gebennam
3) ad munitiones
4) *om.* — cod. profecto
5) poterat
6) haec quatuordecim *nec non tribus* etc. vulgo deſunt.
7) arbuta — F. *per ardua.* G.
8) nuſquam
9) ſuae fortunae—L. *ſuaeque.* G.
10) Siquidem
11) *om.*
12) All. qui vicina
13) humerant — F. *habitant.* G.
14) et queruntur
15) cito
16) ſed
17) ſimul — F. *ſimilis.* G.
18) nomine Arar
19) L. *Saona.* G. Minime. Ep. rer. fam. L. I. ep. 4. p. 577: duo hic noti amnes in noſtrum mare currentes Rhodanus Ararifque conveniunt: Sonam incolae appellant.
20) *om.*

ante civitatis muros Rhodano miſcetur, tam veloci amni, quam ipse est lentus. Hunc ratibus Helvetii tranſibant; quos dum tranſitu in ipso nox ſuperveniens oppresſisſet, tribus copiarum partibus transvectis quarta ſubſtiterat mane proximo tranſitura; atque ita fortuna diſponente contigerat, ut haec esſet illa pars Helvetiorum, quae multos ante annos conſule, de quo diximus, interfecto et [1]) exercitu ſub iugum misſo cladem populo Romano gravem atque ignominiam inflixerat [2]), in qua unus ex multis legatus conſulis [3]) L. Piſo ceciderat, eius Piſonis avus, qui nunc
18 conſul ac Caeſaris ſocer erat. Eo laetior Caeſar oblata occaſione et privatas ſimul et publicas iniurias ulciſcendi cum tribus tantum legionibus intempeſta ſub nocte caſtris egreditur atque ad tranſitum occupatos et nil tale metuentes aggresſus inſigni ſtrage delevit, paucis ſilvas in proximas fugae praeſidio dila-
19 psis [4]). His actis Caeſar nihil ſubſtitit, ſed confeſtim properato ponte flumen tranſiit eodem torrente fortunae reliquas [5]) hoſtium copias oppresſurus. Quo tranſitu turbati hoſtes eo maxime, quod ardorem animi ſtupebant, qui uno die tranſisſet, in quo ipsi diebus viginti fruſtra deſudaverant, illico legatos ad eum dirigunt, quorum princeps ſuit Divico, ingentis apud ſuos famae vir et qui clade illa Casſiana dux contra Romanos belli fuerat. Is, credo, qui Caeſarem nondum nosſet, fecit verba pacifica, ſed comminationibus
20 intermiſta [6]), in hanc ſententiam: Si pacem cum Helvetiis Romani vellent, ſe [7]) paratos imperio parere [8]); ſi autem bellum mallent, decere eum meminisſe et Romanae calamitatis et virtutis Helvetiae eis ante alios cognitae et expertae, iterum atque iterum praecaven-

1) *om.*
2) inflixerant
3) conſul
4) delapsis
5) cod. reliquias
6) interiecta — F. *interiectis.* G.
7) *om.*
8) parare — L. *parere.* G.

tem[1]), ne quid[2]) ſibi tale contingeret, quale olim ſuis
maioribus accidisſet. Neque vero ſpem Romanis in eo
magnam esſe debere, quod Helvetiorum partem unam[3])
incautam et a ſuis indefenſam noctu per inſidias fu-
disſet[4]); non fraude etenim, ſed aperta vi ſolitos ſe
pugnare. Proinde ſi collatis[5]) ſignis in aciem[6]) ven-
tum esſet, videret, ne recenti ipse etiam clade locum
alterum inſigniret et antiquae hiſtoriae novam adderet.
Casſii[7]) memoriam, ſi ſibi videatur, illis in finibus
ſatis esſe. Ad haec Caeſar ſe et Romanos illius cla- 21
dis meminisſe reſpondit eoque[8]) magis ingemiſcere,
quo nulla prorſus in Helvetios Romanorum iniuria
praecesſisſet[9]). Facile declinandum, ſi ullius offenſae
ſibi conſcii[10]) fuisſent. Non timuisſe quidem Casſium
nec cavisſe, quod nullae cauſae[11]) timendi cavendique
esſent, et timere ſine cauſa nec viri fortis esſet nec[12])
Romani. Securum ergo et incautum opprimere nec[13])
operoſum facinus fuisſe nec adeo glorioſum, ut eis
forſitan[14]) videatur. Deſinerent igitur gloriari, cogi-
tantes longam ſaepe[15]) multis impunitatem ſcelerum
deos dare, quo acrius post proſperitatis excurſum
torqueat[16]) rerum inexpectata mutatio, et quo ſerior,
eo amarior ſit vindicta. Ceterum ut veterum offenſa-
rum esſe posſit oblivio, recentium non posſe, quibus
nuper ſocios Romanorum affecerint[17]), niſi nova iti-
dem ſatisfactione deleantur, proque[18]) iis[19]) ſervandis
obſides dent. Ad ea legatus Helvetios a maioribus ſuis 22
obſides non dare, ſed accipere didicisſe reſpondit: eius

1) praecaveret
2) quod
3) unam partem
4) fudisſent
5) cod. collectis
6) acie
7) Graevius ſine iuſta cauſa ſtellulam praepoſuit. *Si ſibi videatur* (i. e. *Caeſari*) ironice dictum est.
8) cod. eo quia
9) procesſisſet
10) cod. *ſibi cum ſociis*, deleta *s* extrema.
11) cod. *om.*
12) ne — L. *nec viri fortis esſe, nec Romani.* G.
13) ne — F. *nec operoſum.* G.
14) cod. forsſitam
15) cod. ſaepe longam
16) torquent — L. *torqueat.* G.
17) cod. offecerint
18) quodque
19) cod. hiis

ſe[1]) rei teſtes nolle alios, quam Romanos. Sic infecto
pacis negotio digreſſi die proximo utrinque caſtra pro-
movent[2]). Caeſar ad explorandas hoſtis[3]) vias quatuor
milia equitum Gallicorum, quos ab Aeduis eorumque
auxiliaribus contraxerat, anteire iubet, forte quod itine-
rum peritiores esſent. Illi autem inconſulte progreſſi
iniquiſque[4]) locis cum hoſte congreſſi plures a pauci-
oribus victi ſunt. Quo ſucceſſu tumentes[5]) Helvetii
contemnere, inſultare, velle quam primum committere
rem fortunae, Caeſar vero tempus trahere ac differre[6]).
Ita quindecim ſpatio dierum parva tellure ſeparati[7])
et pene ſemper in conſpectu mutuo tamen proelio[8])
abſtinuerunt. At quocunque hoſtis pedem protulisſet,
veſtigiis Caeſar inſtabat, contentus in praeſens metu
23 illos[9]) a populationibus[10]) arcuisſe. In hoc rerum ſtatu
quaerenti Caeſari apud magiſtratus ac principes Aeduo-
rum, qui ſe[11]) comitabantur, de eo, quod frumenta
promiſſa non mitterent ſeque in illo[12]) bello deſtitue-
rent Aedui, quod eorum maxime ſuſcepisſet hortatu,
certis indiciis notum fit[13]) Domnorigem Aeduum, cuius
et potentia et audacia par et apud ſuos gratia ingens
erat, omnibus conſiliis atque omni ſtudio et[14]) callidis
orationibus Aeduorum animos a Romanis avertere, as-
ſerentem Romanos, ſi Helvetios vicerint, non illic bel-
landi finem facturos esſe, nempe Galliae, imo orbis
ad imperium anhelantes[15]). Proinde ſi penitus ſervien-
dum ſit, multo aequius Aeduos ſuae iugum gentis[16])
laturos esſe, quam externae. His atque horum[17]) ſimi

1) cod. reſp. eiusdem
2) *om.* — L. *utrinque caſtra moveret.* G. voluit *movent*, quod dedit Lem.
3) *om.* — cod. in margine habet a m. pr.
4) cod. progr. in his quiſque
5) cod. timentes a m. pr.
6) cod. traheret ac differret a m. pr.
7) ſeparantur
8) proelio tamen
9) cod. metum illium
10) praedonibus — F. *praedando.* G.
11) cod. qui a ſe (*a* inter verſ. a m. ſec.)
12) eo
13) cod. *om.*
14) *om.*
15) cod. hanelantes
16) cod. gentis ſuae iugum
17) cod. eorum

libus, ne frumenta[1]) exercitui et necesſaria quaelibet
in tempore convectentur[2]), obſtare. Quin etiam Helvetios illius precibus per fines Sequanorum negatum
primo iter obtinuisſe, cladem que eius opera nuper acceptam esſe, quod ipse, qui Aeduorum praefuisſet[3])
equitatui, ſimulato metu primus fugiens ceteros fugere docuisſet. Is erat Domnorix iunior frater Divi- 24
tiaci[4]), qui tunc apud Aeduos collega Liſco ſummae
rerum praeerat, cuiusve[5]) erga Romanos ac Caeſarem
ſpectatisſima fides erat. At[6]) Domnorix multum a fratre diverſus occulto Romanorum odio atque Helvetiorum ſtudio exaeſtuabat[7]). Nam et illorum de gente
nobilisſimo ortam loco coniugem habebat, ad haec
magnas amicitias et finitimarum gentium favorem, domi
quoque de vectigalibus publicis, in quibus ſe illi licitando[8]) opponere nullus auderet, ad immenſas divitias pronum iter; hisque[9]) omnibus ſpem ſibi ſumpſerat[10]) non ad altum modo, ſed ad ſummum gradum
regnique faſtigium aſcendendi[11]). Quae cuncta ſibi frivola atque alio recaſura Romano ſub imperio providebat. Super omnia Romanorum iudicio ſe fratri posthabitum indignabatur ac dolebat. His adductus et vicinorum, quibus modis poterat, benivolentiam quaerebat[12]) et Romanorum Caeſarisque praeſentiam oderat
atque potentiam vehementer horrebat. Quibus rebus 25
Caeſar cognitis iuſta commotus iracundia primo qui-

1) frumentum

2) convectet

3) praefuisſet Eduorum

4) cod. Diviatici — et ita in ſeqq. nonnunquam

5) cuius ne — L. *cuiuſque*. G. — Quum V, 25. et XI, 1. *quove*, et XXI, 8. *quibusve*, et XV, 23. et XX, 39. *neve*, et Ep. rer. fam. L. V. ep. 4. p. 642. *quaeve*, et ib. L. VII. ep. 16. p. 685. *quamve* conſidero, lectionem codicis pro genuina agnoſcere cogor, etſi idem VII, 5. *quisve* haud dubie vitioſe habet pro *quiſque*.

6) Ac

7) aeſtuabat (in cod. — est — inter verſ. a m. pr.)

8) cod. latitando

9) his quoque

10) *ſibi ſumpſerat* vulgo deſunt. — cod. ſpem ſumpſerat non ſi ad (*ſumpſerat non* int. verſ. a m. pr.)

11) oſtendi

12) haec novem *His adductus* etc. vulgo deſunt

dem de ipsius ſupplicio cogitavit; ad hoc enim ſingula animum inclinabant, et nihil in rebus erat ambigui. Unum his omnibus[1]) obſtabat, amor fratris: hoc[2]) retractus[3]) diſtulit, ne minus apud eum videretur maioris fratris fides, quam minoris perfidia valuiſse.

26 Divitiaco igitur evocato totam fraternae nequitiae pandit hiſtoriam, petens[4]), ut vel ipse in eum animadvertat, vel, ſi pietas iuſtitiam remoratur, per populum animadverti velit. Ille lacrimis manans neque excuſans fratris inſaniam, ſed accuſans, non in alios tantum, ſed in ſe, quem ſibi[5]) natura coniunctiſsimum feciſset, beneficia vero[6]) coniunctiorem facere debuiſsent, qui[7]) ſub ſe non ut frater, ſed ut filius creviſset et omni ſuo incremento non auctoris in damnum modo, ſed pene[8]) in perniciem uſus esſet, nec praeterea quicquam negans omnium, quae a Caeſare dicerentur, quo confesſus veniam facilius inveniret, ſed nota ſibi dicens omnia ſeque ex his dolorem, quantus[9]) ulla de re capi unquam posſet, et capere et cepiſſe, tandem ſingultiens[10]) obſecrabat, ut fratrem ſibi qualitercunque meritum condonaret, eo praeſertim, quod[11]) publice erga ſe cognito Caeſaris affectu, ſi quid in eum ſtatueretur aſperius, nulli in animum veniret ſine ipsius conniventia[12]) factum esſe; quae ſuſpicio omnium populos Galliarum ſibi vehementer alienaret.

27 Victus amici lacrimis Caeſar arrepta eius dextra[13]) tre-

1) omnibus his
2) hine
3) recenter — ſententia loci poſtulat *ſupplicium*, aut *vindictam*, aut tale quid. G.
4) petit
5) cum
6) vere
7) cod. qui ſe
8) cod. perhempnem
9) cod. quantum
10) ſingulares — L. *ſingulariter*. G.
11) quo
12) conſcientia — cod. conviventia — Videtur legendum *nulli non in animum veniret, ſine ipsius conſcientia non factum esſe.* vide Caeſ. lib. I. cap. 20. G. — Illud, quod monſtrante codice ſubſtitui, ſaepe in Petrarchae libris legitur. E. c. Ep. rer. ſen. L. VII. ep. 1. p. 825: quo magis magiſque conniventiam hanc ſtupeo. ib. L. VIIII. ep. 1. p. 849: nulli iniurioſum mendacium — conniventiam ſaepe promeruit auditorum.
13) dextera

pidum[1]) moeſtumque conſolans Domnorigem arceſsit
et praeſente fratre quid[2]) egerit, quid[3]) molitus ſit,
omnes[4]) conatus eius ſe noſse[5]) profitetur; indicia ex-
ponit, ſcelus aggravat[6]), perfidiam deteſtatur; quid
ille ſit meritus, quid ipse de illo in animo[7]) habue-
rit[8]), clare edocet; ad poſtremum omnia ſe non ſibi,
ſed germano eius remiſisſe; hortari, ut deinceps ſe
non culpa tantum, ſed ſuſpicionibus, liberum prae-
ſervaret. Sic admonitum, ſubmisſis tacite, qui omnes
viri gresſus et non modo actus, ſed etiam verba[9]), ob-
ſervarent, dimiſit. Sub haec nunciatur[10]) hoſtes ſub[11]) 28
radicem proximi[12]) montis octo milia pasſuum a Ro-
manis caſtris abesſe. Caeſar praemisſis, qui montis
aditum explorarent, ubi facilem accepit, Titum Labie-
num, unum ex ducibus ſuis, cum parte copiarum
noctu caſtris emittit et montis verticem occupare[13])
iubet nec prius deſcendere, quam ipse in hoſtes im-
petum fecisſet. Paret ille, et cum iam ſumma pre-
hendisſet, Caeſarque ipse post paulo[14]) ſecutus nonniſi
mille quingentos pasſus diſtaret ab hoſtibus, nec ab
illis aut de Caeſare aut de Labieno, ſicut poſtea ex
captivis cognitum est, aliquid[15]) ſentiretur, Conſidius
praemisſus a Caeſare, vir, qui longo bellorum uſu rei
militaris doctisſimus credebatur, ut qui diu ſub Marco
Crasſo et Lucio Sylla[16]) militasſet, mirum qua conſter-
natione animi quove errore Romanos aſcendentes pro-
cul aſpiciens hoſtes ratus equo calcaribus adacto re-
gresſus ad Caeſarem Helvetios montem praeoccupasſe
denunciat. Subſtitit Caeſar; ipse etiam Labienus, Cae- 29

1) cod. tepidum
2) quod
3) quod
4) omnis — F. *omnes conatus eius ſe noſse.* G.
5) posſe
6) cod. aggrevat
7) cod. animum
8) habet — L. *habeat.* G.
9) ſed verba et etiam obſ. — L. *eius.* G. (pro *et*)
10) cod. ſubnunciatur (*om.* haec)
11) ad
12) cod. in m. a m. pr.
13) cod. occupari
14) paulo post
15) aliud — L. *quicquam ſentiretur.* G.
16) Sulla

ſarei non immemor praecepti, ſe continuit [1]). Sic vano
nuncio mane illo rei ingentis occaſio praetermisſa est.
Ad multum diei cum digresſis hoſtibus ſe deluſum
Caeſar intelligeret, more ſolito inſecutus haud procul
30 ab eis caſtra metatus inſedit. Die autem tertio [2]) cum
Caeſar inopia frumenti, cui praecipuam cauſam Domno-
rigem dedisſe conſtabat, ab inſequendo deſiſtens alior-
ſum pergeret, Helvetii ſeu pridianae [3]) memores tardita-
tis, quod [4]) Romani ne de altioribus quidem locis ſe in-
vadere fuisſent auſi, quod errore contigerat, metu
factum, eodemque nunc metu pugnae [5]) diſcedere illos
rati, ſeu frumentatum [6]) ituros averſuri [7]) magnis gres-
31 ſibus inſequuntur. Quod ubi Caeſar agnovit, in vici-
num collem omnes copias ſarcinaſque omnes contra-
hit ſic, ut totus collis a ſummo ad imum impedi-
mentis et hominibus tegeretur. Ipse acie inſtructa,
equis autem omnibus non dimisſis modo, ſed e con-
ſpectu abductis [8]), ut fugae ſpes erepta [9]) ſpeſque par
periculi oculis obiecta pares animos darent, pedes ipse
cum legionibus in hoſtes [10]) ruit, pedeſtrique [11]) cum
equitatu proelium atrox cruentumque conſeritur [12]).
Ab hora lucis ſeptima ad multum noctis variis licet
eventibus dubio Marte certatum est. Romanorum
tandem impetu ac vulneribus fatigati Helvetii primo
pedetentim retrocedere, mox et terga vertere, ad ex-
32 tremum magna ſtrage deleti ſunt. Impedimenta eorum
ſimul et caſtra capiuntur; pars nocturna fuga elapsi
irrequieti et inſomnes, ad centum triginta [13]) milia
ſuperſtitum, quarto die in Lingones pervenere. Cae-
ſarem, ne eos e veſtigio ſequeretur, ſauciorum cura

1) cod. contimuit
2) tertia
3) pridicinae — F. *pridianae*. G.
4) tarditatiſque — L. *tarditatis, quod*. G.
5) pugnae metu
6) ſrumentum — F. *frumentatum*; aut *frumentum petituros*. G.
7) cod. adversſuri
8) cod. eductis
9) cod. arrepta — Graevius post hoc ſtellulam ſine ratione poſuit.
10) hoſtem
11) Sc. *equis omnibus dimisſis* ex equitatu peditatum factum ſtatuit auctor.
12) inſeritur — L. *conferitur*. G.
13) cod. trigenta

et caeſorum ſepultura detinuit. Praemiſit tamen, qui
Lingonibus nunciarent, ſi Helvetios frumento aut ope
aliqua adiuvisſent, eos quoque ſe pro hoſtibus habitu-
rum. Ipse tamen nihilominus post triduum inſequi-
tur. Helvetii vero [1]) bello victi rerum inſuper omnium 33
accedente penuria deditionem per legatos obtulerunt [2]).
Ad ſex milia ex iis [3]) fugam in Germaniam [4]) meditan-
tes Caeſar ex ipso retraxit itinere proque hoſtibus
habuit, reliqui flentes ac ſupplices [5]) miſericordiam
conſecuti ſunt, traditis armis atque [6]) obſidibus et per-
fugis [7]) reſtitutis, praeceptumque eis a Caeſare, ut in-
cenſos vicos atque oppida [8]) reformarent, ne forte
Germani vicinia locorum freti deſertas terras invade-
rent ac tenerent. Ita cum Helvetiis, tam [9]) ſuperba 34
gente tamque indomita, uno quidem, ſed ingenti,
proelio debellatum [10]) est [11]). Illud inter multa me-
morabile, quod in caſtris inventae ſunt tabulae [12]),
quibus Helvetiorum numerus ceterarumque gentium,
quae illis auxilio [13]) exierant, literis Graecis ſcriptus [14])
erat. Fuerunt autem omnis generis hominum capita
trecenta ſexaginta octo milia. Quo comperto Caeſar
Helvetiis in poteſtatem redactis luſtrum condi fecit, in
quo capita nonniſi centum decem milia ſunt inventa.
Unde facile numerus colligitur vel caeſorum vel in
bello conſumptorum, ſimulque illud apparet, ex iis [15]),
qui noctu e proelio fugere [16]), praeter illa ſex milia,
quae ad Caeſarem ex itinere [17]) retracta [18]) memora-
vimus, quatuordecim milia vel vulneribus vel laſſitu-
dine vel aliis, quos bellum fert, caſibus perisſe. Haec 35

1) *om.*
2) extulerunt—F. *obtulerunt*. G.
3) cod. hiis
4) Germania
5) ſupplicantes
6) et
7) profugis
8) cod. oppidum
9) cod. *om.*
10) cod. bellatum
11) cod. *om.*
12) cod. tabelae
13) auxilio illis
14) inſcriptus
15) cod. hiis
16) cod. fugerunt
17) cod. haec duo int. verſ.
18) cod. retenta

in Galliis[1]) prima Caefaris[2]) nota victoria[3]) est, quae non Romanis ipsis, quam Gallis fere omnibus laetior fuit ac gratior, quibus Helvetiorum potentia dominandique libido invifa pariter ac fufpecta erat. Ferme igitur ex omnibus Galliarum urbibus legationes principum gratulantes ad Caefarem venerunt[4]).

CAPUT V.

His peractis dies totius Galliae concilio[5]) legatis petentibus Caefare permittente praefigitur. Is cum venisfet, primores Gallorum revertuntur petitoque et concesfo fecretiore colloquio gementes ac moerore nimio perfufi ad pedes Caefaris cuncti procubuere[6]) praefatique funt fe de rebus acturos, quae fi qua vel tenui rimula in publicum erupisfent, mortem eis atque ultimum exeidium allaturae esfent. Data fide filentii Divitiacus in loquendo partes omnium executurus[7]) Ariovifti infolens et immane iugum atque abiectum et flebilem Galliarum ftatum verbis multis miferabilibus deploravit, unum fe ex omnibus dictitans nec iureiurando nec obfidibus obftrictum et olim Romam ad fenatus praefidium confugisfe et nunc pro omnibus coram Romano imperatore liberius loqui; denique nihil eis praeter Caefarem ac Romanos fpei reliquum, qua fi deftituerentur, quod Helvetii coeperint, Gallis omnibus imitandum, ut defertis patriis finibus[8]), quocunque[9]) fua fors illos[10]) tulerit, eva-

1) Gallis — F. *in Galliis.* G.
2) cod. Caefaris prima
3) nacta victoria — cod. victoria nota — an *nata vict.?*
4) veniunt
5) confilio
6) procubuere cuncti
7) executus
8) def. laribus patriis
9) cod. quoque
10) illos fua fors

dant; nullam enim fortunam non iugo Germanico
praeferendam. His ad finem peroratis et ſtatu Gallia- 2
rum pluribus verbis expoſito, quem[1]) non repeto,
quia ſuperius attigi, ſe certum ait[2]), quod[3]), ſi haec[4])
ullo modo ad Arioviſti notitiam perferantur[5]), de
omnibus[6]), quos haberet, obſidibus inhumanum ille
ſupplicium ſit ſumpturus; et opem ſe igitur rebus
adverſis et verbis neceſſitate ultima expreſſis fidum
ſilentium implorare. Quae cum dixiſſet, ceteri omnes 3
affuſi certatim verbis ac nutibus[7]) miſericordiam atque
auxilium Romani imperatoris expoſcunt. Cunctis tamen[8]) obſecrantibus ſoli Sequani moeſto ſilentio defixos in terram oculos ſervabant. Quod admirans Caeſar cum, quid rei quaeve[9]) ſilentii[10]) cauſa eſſet, ex his iterum atque iterum quaeſiviſſet, ipſi vero ne hiſcere[11]) quidem auſi in eadem moeſtitia atque[12]) taciturnitate
perſtarent, reſpondens pro eis Divitiacus[13]) Scito, ait, 4
Caeſar, miſerorum omnium hos eſſe miſerrimos, quod Arioviſtum alii iuxta, hi autem intra ſuos fines ſuis in viſceribus quaſi venenum[14]) habeant; his denique libertatem fortunaſque omnes funditus excidiſſe, et quae aliis pateat, his ſolis abeundi[15]) etiam[16]) ſpem ademptam; occupatis enim oppidis praecluſiſque tramitibus ceu quibusdam compedibus vinctos[17]) eſſe, et ſe transferre volentibus non aliter, quam carcerum effractoribus, praeſto eſſe tortores; iure[18]) igitur[19]), ubicunque ſint, cruentam tyranni crudelis imaginem ante oculos habere ſemperque cervicibus impendentem

1) quae
2) certum ſe eſſe ait
3) cod. *om.*
4) hoc
5) perferatur — cod. praeferantur
6) cod. omnium
7) verbis, at milibus,
8) autem
9) quae
10) ſilentio
11) cod. hiis terre
12) ac
13) Divitiacus pro eis
14) quaſi venenum in ſuis viſceribus
15) adeundi
16) te
17) convictos
18) cod. iura
19) ergo

credere, ob eamque nunc cauſam cunctis lamentanti-
5 bus ſolos obmutuisſe. Miſeratus Caeſar miſerias[1]) Galliarum ſtratos animos leniter[2]) erigit, promittens ſe de illorum calamitatibus curaturum et ſperare Arioviſtum hinc Romani nominis maieſtate, hinc privatis ſuis in eum meritis ſponte temperaturum
6 ab iniuriis. Soluto concilio et legatis reverſis ad propria Caeſarem ſuper auditis attentius cogitantem multa quidem ad ſuſcipiendum miſerorum patrocinium impellebant, ſed inprimis conſideratio Aeduorum, quos non amicos modo, ſed conſanguineos et fratres a ſenatu totiens appellatos ſub ſervitio Germanorum cernere et ſibi et populo Romano ignominioſisſimum aeſtimabat[3]). Accedebat quoque illa[4]) cogitatio, quod Germanos pasſim ac temere in Gallias effundi non modo cum Gallorum pernicie, ſed non ſine periculo Romani imperii videbatur, cum praeſertim Arioviſtus et natura ſuperbus[5]) et ſucceesſibus tumens[6]) ſupraque
7 hominem elatus nihil non auſurus appareret. Quibus ex cauſis viſum est factu optimum legatos ad eum mittere, qui nunciarent habere ſecum Caeſarem de rei publicae ſtatu magniſque de rebus colloqui: loci ad id ac temporis opportuni electionem[7]) regis esſe. Huic tam modeſtae legationi inſolentisſimum ille reſponſum reddidit: Et quis, inquit, est Caeſar, aut quid mihi commune cum Caeſare? ego ſi Caeſaris egerem, ad eum venirem: ipse ſi mei eget, ad me veniat. Equidem in posſesſionem Caeſaris neque ſine exercitu pedem poſiturus[8]) neque exercitum eo facile perducturus ſim[9]). Proinde fateor me mirari, quid ad Caeſarem noſtra Germania (numquid ego enim[10]) rebus me Romanis immiſceo?) aut quae cauſa in fines

1) miſerrimos
2) leviter
3) extimabat
4) illa quoque
5) ſuperbet — L. *ſuperbus et ſuccesſibus tumens.* G.
6) timens
7) electione—L. *electionem.* G.
8) pedem poſiturus ſine exercitu
9) ſum
10) *om.*

Galliarum, quas mihi belli iure quaeſitas ſcirent, Caeſarem et Romana ſigna pertraxerit. Hoc reſponſo ac- 8
cepto Caeſar legatos ad eundem remittit, qui haec referant: Quoniam[1]) ipse et privatim Caeſaris et publice ſenatus ac[2]) populi Romani beneficiorum immemor nihil ſibi cum illis iudicans commune, cum tamen inter amicos cuncta ſoleant esſe communia, tam ſuperbe Romani imperatoris et amici ſui colloquium recuſaret, ſe, quae[3]) ſibi dicturus fuerit[4]), haec mandare: ne ſcilicet ullam Germanorum novam manum transferret in Gallias, Aeduis, amicis populi Romani, eorumque ſociis obſides reſtitueret, bello in poſterum atque iniuriis temperaret[5]); ſi haec[6]) faceret, posſe amicitiam inter eum Romanoſque conſiſtere: alioquin, quoniam ita ſenatus conſulto cautum esſet, non ſe posſe ſociorum iniurias negligere. Huic legationi nil placatius reſpon- 9
dens Arioviſtus nunquam ſe Romanis imperitandi legem praeſcripsisſe ait; non igitur[7]) aequum esſe ſibi leges a Romanis ſtatui; et ſuo iure ſuoque illos arbitrio bellis[8]) parta moderari, et ipse cur non ſuo iure uti posſit in victos? Iura haec esſe bellorum aequa gentibus omnibus. Quod[9]) ad iniurias ſpectet, non ſe bellum Aeduis ſine cauſa, hoc est, ſi imperio pareant, illaturum, obſides minime[10]) redditurum. Sin[11]) imperium detrectent, re ipsa probaturos, quid de tam longinquo illis proſit Romana fraternitas. Poſtremo comminatione Caeſarea nihil ſe moveri. Nullam gentem ad eum diem ſecum ſine ſuo diſcrimine concurrisſe. Facturum ſe Caeſari ac Romanis, quotiens vellent, pugnae copiam oſtenſurumque[12]), quid indomiti Germani, inter arma geniti et nutriti, humi ad im-

1) Quando
2) et
3) quod
4) fuerat
5) temeraret — L. *temperaret.* G.
6) cod. hoc
7) ergo
8) belli
9) Quid
10) miſerrime — Pato *minime.* G.
11) cod. Sin in
12) oſtenſurum

brem et ad solem iacere soliti, qui iam multis annis sub tecto non fuerint, contra omnem gentem bello
10 valeant. His intentum Caesarem Aeduorum ac[1]) Treverorum[2]) uno tempore legationes exciverunt[3]). Aedui fines suos vastari novis populis e Germania nuper in Gallias[4]) transvectis querebantur. Treveri infinitam multitudinem Suevorum ad Rheni ripas duorum fratrum imperio pervenisse nunciabant, transitumque
11 moliri. His rumoribus Caesar experrectus, ne coniungendi copias daret hostibus spatium, expeditissime dispositis, quae in rem erant, festinanti agmine in Ariovistum proficiscitur. Iam tridui iter exegerat, dum[5]) egressum illum finibus ad nobile[6]) Sequanorum oppidum Vesuncionem occupandum ingenti cum exercitu properare comperit. Quod summo sibi studio prohibendum ratus (erat enim[7]) locus et fluminis ambitu et, ubi flumen eum deserit, montana arce validissimus, insuper et rerum copia bellis aptissimus) flectit iter et noctes diebus interserens maximis itineribus Vesuncionem ante regis adventum pervenit oppidumque[8]) in-
12 tregressus praesidiis opportunis firmat. Hic vero exercitum Romanum incredibilis rumor tremorque pervaserat[9]), initium trahens a quibusdam, qui, ut fit, Caesarem nonnisi amicitiae iure prosecuti bellorumque[10]) inexperti atque ideo ad omnia trepidantes Gallos praecipue mercatores de statu hostium assidue inquirebant auditaque mole corporum ac virtute et experientia Germanorum, quotiensсunque[11]) cum his Gallorum exercitus concurrissent, conspectum eorum tolerare nequivisse, ingentem formidinem mente con-
13 ceperant territique alios terrebant. Iamque velut contagione quadam totis castris effuso metu alii simulatis

1) et
2) Trevirorum— et ita in seqq.
3) advenerunt
4) cod. Galeas
5) L. *cum*. G.
6) cod. nobilem
7) ratus erat, cum lo.
8) opidum
9) persuaserat—L. *pervaserat.* G.
10) belloque
11) quotiensque—cod. quoconque

cauſis neceſſariae profectionis miſſionem flagitabant, alios
pudor ſolus continebat, ſed triſtitia oris et interdum
lacrimis metum ſecordiamque [1]) teſtantibus. Et iam
vulgi trepidatio ab inertibus [2]) ad egregios viros ſer-
pens centurionum quoque et militum fortiſſimos ani-
mos attigerat, et quos fateri metum verecundia non
ſinebat, non ſe hoſtem formidare, ſed anguſtias ſilve-
ſtrium locorum perplexumque dumis [3]) iter et diffi-
cultates [4]) commeatuum [5]) dicebant. Haec cum ad Cae- 14
ſarem [6]) relata eſſent, non ignarus, quantum in ani-
mis hominum falſa etiam poſſit opinio, quampri-
mum hos terrores excutere inſtituit, priuſquam in
conſternationem peſtiferam coaleſcant, praecipue quia [7])
illud inter cetera ferebatur, obtorpuiſſe [8]) adeo omnes
metu, ut, ſi forte in aciem vellet [9]) educere, neque
ſignifer neque miles [10]) imperia excepturus ſit. Con- 15
vocatis ergo ad concionem caſtris orationem habuit
plenam animoſis exhortationibus acerrimiſque repre-
henſionibus, quod temerarie ac ſuperbe conſiliis ſe
ſuis ingererent. Non enim militum eſſe, ſed ducis,
meditari et providere, quibus viis exercitum ducat,
quibus artibus regat; quae quoniam ſibi proviſa ſint
omnia, fruſtra eos vanis [11]) ac ridiculis [12]) terroribus
quati. Non milites ducem ducere, ſed ſequi oportere,
qua iuſſi ſint. Fidere quidem ſe non commiſſurum
Arioviſtum, ut ex [13]) amico hoſtis fiat populi Romani:
eſto autem, male ſana mens praecipitem oblitumque
ſui ageret, non ſe tamen intelligere, cur hos tantos [14])
ſibi fingerent [15]) pavores aut de ſui ducis [16]) providen-

1) concordiamque — F. *vecordiamque*. G.
2) inhabitibus — cod. inhertibus — F. *inhabilibus*. G.
3) durius
4) difficultatem
5) cod. meatuum
6) ad Caeſarem cum
7) praecipueque
8) cod. obtorcuiſſe
9) velit
10) cod. miles in
11) cod. variis
12) cod. *ridiculis* et ſuper *is* int. verſ. *oſis* habet.
13) *om.* — L. *ut ex amico*. G.
14) cod. tantum
15) cod. fingerint
16) *om.*

tia aut de propria virtute diffiderent aut minus de se sperarent, tali[1]) viro et certe nobili saltem ac Romano[2]), quam[3]) de Gaio Mario[4]), rustico Arpinate, sperassent patres eorum, qui Teutonicos[5]) ac Cimbros duobus cruentissimis et post hominum memoriam maximis proeliis delesset[6]). Neque vero desperandum vinci posse Germanos, qui, ut Romanae de eis victoriae tacerentur[7]), saepe ab ipsis Helvetiis, nunc Romano subditis imperio, victi essent; et, si quando contrarium evenisset, non id[8]) militum virtute, sed Ariovisti consilio gestum esse, qui cum se suumque exercitum multos menses locis[9]) palustribus tenuisset, iam de proelio desperantes ac dispersos aggressus inopino fudisset incursu. Proinde nil sibi ac suis ad victoriam deesse, Romana modo constantia non desit. Nam qui degeneris causas metus in frumenti penuriam vertant, rursus arroganter facere, qui se curis sui ducis immisceant. Sibi utique iam provisum, quibus a populis abunde[10]) frumenta suppeditentur; et praeterea iam in campis frumenta maturescere. Denique nec famem[11]) nec errorem viae, quam praetendant quidam, nec omnino aliquid obstare, tantum non obstet ignavia, minime[12]) Romanum malum. Quod vero signa illos non secuturos audierit, non credere[13]); non id enim, nisi vel adversa fortuna, quae longe ad eum diem abesset ab eorum signis, vel avaritia seu[14]) scelere aliquo solere contingere, quae de illis suspicari nullo modo posit. Experturum tamen se quamprimum, quod alioquin dilaturus[15]) fuerit[16]), an Romanis metus in mentibus, nova pestis, an virtus solita

1) Suspecta verba: *tali viro et certe nobili saltem ac.* G.
2) *om.*
3) quod
4) Marco — L. *Mario.* G.
5) Theionicos—L. *Teutonicos.* G.
6) delessent
7) tacerent
8) *om.*
9) *om.*
10) *om.*
11) famam — L. *famem.* G.
12) mime — L. *minime.* G.
13) cedere — L. *credere.* G.
14) vel
15) delaturus—L. *dilaturus.* G.
16) cod. sit

pudorque plus posſint. Edicere igitur iam hinc ſe,
nocte[1]) proxima vaſa colligant caſtraque moveant, id-
que illos ſe ſperare facturos alacriter atque enixe. Si
ſpes eum falleret, nec euntem in bellum quiſquam
alius ſequeretur, iturum ſe tamen ſola cum decima
legione, de cuius fide nulla ſibi eſſet haeſitatio, et hanc
ſibi praetoriam cohortem fore. Mirum unius viri vir- 16
tus ac facundia quantum[2]) ſaepe[3]) poſſit in plurimos[4]),
quanta his horumque ſimilibus et quam repentina mu-
tatio animorum, quantus ex algenti[5]) metu fervor
audaciae, quanta totis caſtris alacritas. Nominatim de-
cima legio per tribunos ſibi gratias egit, tali ſui ducis
honeſtata iudicio. Reliquae omnes imperatori offenſo
verbis ac rebus ſatisfacere ſtuduerunt, ad bellum et
imperia cuncta promptisſimae. Caeſar per Divitiacum, 17
cui plurimum fidebat, itinere praeparato nocte caſtra
movit, ut, quod iratus edixerat, placatus impleret,
et ambitis quinquaginta paſſuum milibus, qua[6]) pla-
nius pergeretur, continuo itinere dierum ſeptem hoſti
tam proximus factus, ut inter amborum caſtra non-
niſi quatuor et viginti milia paſſuum intereſſent, con-
ſtitit. Quod ubi Arioviſtus agnovit, ſeu animi mu- 18
tatione aliqua ſeu metu forſitan[7]) (accidit enim non-
nunquam in bello, ut pars una vehementer alteram
timens non minus ab altera timeatur) ceterum qua-
cunque motus ex cauſa legatos miſit ad Caeſarem,
colloquio ſe paratum offerens, quod vicinitas[8]) ſibi fa-
cilius feciſſet ac tutius. Non recuſavit Caeſar neque 19
deſpexit oblationem neque aliter, quam in optimam
partem[9]), interpretatus est, ad mentem ſcilicet[10]) ſa-
niorem rediiſſe ſuiſque et[11]) rei publicae beneficiis ob-

1) ut nocte
2) cod. tantum
3) cod. ſe
4) poſcit in perplurimos — L. *posſit inter plurimos*. G.
5) cod. ingenti
6) L. *quo*. G.
7) cod. forsſitam — et ita fere ubique.
8) pervicinitas — L. *vicinitas*. G.
9) partem optimam
10) ſe
11) cod. *om*.

ſtrictum coactumque petitionis aequitate cuncta deliberantem coepta duritie deſtiturum[1]). Colloquio dies quintus conſtituitur. Oravit tamen Arioviſtus, ne quos ſecum pedites Caeſar adduceret: alioquin non ſe ad diem colloquii venturum; timere ſe enim[2]) ab illis inſidias. Noluit Caeſar hac de cauſa rem, quam putabat utilem, impediri, ſed decimam legionem, dum ad colloquium iret, Gallorum, qui in caſtris erant, equis impoſuit, ut equitum ſpecie[3]) falleret pedites metuentem et ipse, ſi res poſceret, fidiſſimo omnium praeſidio uti poſſet. Qua in re iocatum unum ex peditibus non ineleganter[4]) accepimus: Plus, inquit, Caeſar praeſtat, quam promiſit. Dixit enim ſe decimam legionem loco cohortis praetoriae habiturum: ecce[5]) equites nos facit. Erat exiguus tumulus planitiei ingentis in medio, locus apertus[6]), ab utriſque caſtris aequo ſpatio ſemotus. Legio Caeſaris equis impoſita ducentis paſſibus, pari itidem intervallo Arioviſti equitatus abſtiterat[7]). Orationis Caeſareae prima pars fuit commemoratio beneficiorum ſenatus erga illum, quod regem eum, quod amicum dixiſſet, quod ampliſſimis muneribus honoraſſet, quae eo gratiora eſſe debuerint, quo et in alios rariora et in ipsum gratis abſque ipsius collata eſſent meritis et abſque notitia; idque ſibi cum ſenatus eximia liberalitate[8]), tum[9]) ipsius Caeſaris efficaci opera contigiſſe; ſecunda pars de Aeduorum cum Romanis antiqua neceſſitudine, propter quam nullo[10]) modo poſſent ſalva honeſtate deſtitui, praeſertim cum et[11]) ante Romanam quoque amicitiam totius Galliae principatum ſine lite poſſederint; ſolere autem Romanos amicorum fortunas non tantum defendere, ſed augere; Aeduos ergo, floren-

1) deſiturum
2) enim ſe
3) cod. ſpe
4) cod. eleganter
5) Eccue — L. *Ecce*. G.
6) apparatus
7) aſtiterat
8) cod. libertate
9) cum tamen — cod. tamen — Videtur *tamen* delendum. G.
10) non
11) *om.*

tisſimo in ſtatu ſuo Romanam amicitiam conſecutos,
ſub eadem poſtea principatum ſervitio, proſperitatem
calamitatibus permutasſe qua fronte quove animo to-
lerari posſe? Finis fuit, ut peteret eadem ipsa, quae
legatorum ore petierat: bello in Aeduos atque iniuriis
abſtineret, obſides redderet, Germanos ſi emittere[1])
forſitan non posſet, at[2]) ſaltem ne alios in Gallias
tranſportaret. Barbarus ad ingenium reverſus ple- 21
num[3]) ſuperbiae iactantiaeque reſponſum reddidit, et
primo quidem virtutes ipse et res ſuas multis laudi-
bus[4]) extulit. Quod ad tranſitum in Gallias attineret,
tranſisſe quidem ſe[5]) non ſponte, ſed coactum preci-
bus Gallorum. Et noli, inquit, o Caeſar, opinari
ſine magna praemiorum ſpe et promisſis ingentibus
me propinquos et patriam dimiſisſe[6])! Habeo ego ſe-
des in Gallia, habeo et obſides et tributa. Nihil ho-
rum vi, ſed Gallorum omnia voluntate, praeter tri-
buta, quae iure belli victis impoſui, quod non ego
quidem[7]) illis, ſed ipsi primum intulerunt. Omnes
enim[8]) ſimul Galliae populi in[9]) me arma movere[10]),
quos ego omnes[11]) uno proelio vici. Si[12]) deceptos
ſe vel inſidiis circumventos dicant, non recuſo pugnare
iterum certamque victoriam in ambigua fortunae lan-
ce[13]) reponere: ſin pacem bello praeferunt, cur non
tributa perſolvant, quae pro pace convenerint et hac-
tenus ſine contradictione perſolverint[14])? Quod de 22
multitudine Germanorum dicis, hanc[15]) in Gallias non
cuiuſquam iniuriae, ſed meae deſenſionis gratia tra-
duco; idque vel hine patet, quod rogatus veni bel-
lumque non intuli, ſed repuli. Amicitiam ſane po-

1) Sc. e Gallia
2) cod. ac
3) plenae — L. *plenum*. G.
4) *om.*
5) *om.*
6) reliquisſe
7) quidem bellum
8) *om.*
9) cod. contra
10) cod. moverunt
11) cod. *om.*
12) cod. ſed
13) cod. *late* et in marg. a m. pr. l'. *rate* l'. *lite*
14) perſolverunt.
15) cod. ac

puli Romani, ut decori praeſidioque[1]) mihi[2]) eſſet, appetii: ſi in[3]) contrarium verſerit, cupidius etiam illam abiciam[4]), quam aſſumpſi. Verget[5]) autem in contrarium, ſi mihi ius meum longo uſu praeſcriptum, ſedes[6]), obſides ac tributa ſubtrahitis. Adde, quod prius ego, quam tu, in Gallias veni, ut mirer, quid tibi negotii in provincia mea ſit. Sunt, ut vobis, ſic et mihi fines quidam[7]), et ſicut[8]) inique agerem veſtros irrumpendo, ſic iniuſte vos[9]) noſtros[10]) fines irrumpitis. Sed enim Romanorum fratres Aeduos dicis. Non ſum adeo[11]) rudis nec[12]) barbarus, ut ignorem neque vos veſtris in bellis Aeduorum ope neque illos in ſuis veſtro[13]) uſos auxilio. Quid ſupereſt aliud ſuſpicari[14]), niſi te gentis externae nihil ad vos pertinentis fraternitate ſimulata ad mei ſolius excidium in Gallias exercitum adduxiſſe? quem niſi abiens mature deduxeris, non pro amico, ſed pro hoſte mihi[15]) te futurum ſcito; et, ſi proelio congredimur teque forte ego[16]) victor occidero, unum dicam, quod[17]), ut reor, neſcis: non me ſolum infeſto hoſte liberavero, ſed multorum quoque principum Romanorum gratiam[18]) hac una mihi caede quaeſiero, qui nil magis, quam te perditum, optant; idque mihi per nuncios intimarunt, ut intelligas, quam[19]) carus[20]) patriae etiam[21]) tuae ſis. Sin abieris Galliamque mihi vacuam[22]) expeditamque reliqueris[23]), magno ego te praemio proſequar abeuntem: nominatim quaecunque geri bella

1) et praeſidio
2) cod. nichil
3) mihi — L. *in contrarium verterit.* G.
4) abiiciam
5) vergit
6) cod. ſedem
7) quidem — L. *quidam.* G.
8) cod. ſi quid
9) *om.*
10) cod. *om.*
11) cod. ideo
12) ac
13) *om.* — L. *neque illos in ſuis veſtro uſos auxilio.* G.
14) cod. ſuſpicari ſupplicari (priore deleto)
15) *om.*
16) ego forte
17) quid — L. *quod.* G.
18) gratiam Romanorum
19) qui — F. *quam charus.* G.
20) charus
21) *om.*
22) natura — F. *vacuam.* G.
23) cod. relinqueris

volueris, ego illa ceu[1]) ſemel pro omnibus ſtipendio
accepto ſine ullo tuo diſcrimine ac labore conficiam.
Adverſus haec multa Caeſar disſeruit, cur coeptis ab- 23
ſiſtere nullo modo posſet; neque enim esſe[2]) ſui aut
Romani moris ſocios atque amicos bene meritos in ſua
adverſitate deſerere; Galliam ſane non tam Arioviſti
esſe, quam Romanorum, qui ante eum per Quintum
Fabium Maximum hunc ultimum Ruthenos et Alver-
nos[3]), Gallorum populos, domuisſent primique armis
posſesſionem Galliae apprehendisſent; hoc[4]) inter
utramque victoriam interesſe, quod libertatem, quam
Arioviſtus victis abſtulerit, Romani reliquisſent eam-
que illis[5]) in perpetuum ſalvam vellent; ita enim ſe-
natum cenſuisſe, ut Galli in libertate[6]) viverent et ſuis
legibus uterentur, atque ideo Romanorum in Gallia
tum[7]) antiquius tum[8]) iuſtius imperium esſe, quam
illius; quodſi quis forte huic ſenatus iudicio obſtite-
rit[9]), eam ſat iuſtam cauſam esſe bellorum. Haec di- 24
centi et plura etiam nunc dicturo Caeſari nunciatur
equitatum Arioviſti propius admotum iam tela iactare
et in eo rem esſe, ut proelium incohetur[10]). Itaque
Caeſar inexpleto ſermone digreditur et reverſus ad
ſuos imperat, ne quid omnino misſilium in adverſos[11])
iactarent[12]). Nam etſi legionis, quam praeſidio ſibi
delegerat, adverſus praeſentem hoſtium equitatum tu-
tum ſatis esſe certamen intelligeret, timuit[13]) tamen,
ut erat famae ſtudioſisſimus, ne forte ſermo vulgaris,
ſaepe culpam a nocentibus ad inſontes vertere ſolitus,
ſibi apud gentes imponeret, quod hoſtem colloquio
circumvenire voluisſet. Ceterum ubi in caſtra est re- 25
ditum cognitumque, qua ſuperbia Arioviſtus Gallia

1) ſeu
2) *om.*
3) L. *Arvernos.* G.
4) haec
5) eis
6) cod. libertatem
7) tamen — F. *tum antiq. tum iuſt.* G.
8) tamen
9) abſtiterit — F. *obſtiterit.* G.
10) inchoetur
11) adverſarios
12) iacerent
13) timens

quaſi ſua Romanis interdiceret[1]), quove[2]) impetu ſui iactis in Romanos telis colloquium pervertisſent[3]), mirum in modum crevere animi cunctorum[4]) ardorque pugnandi. Post biduum nutante, quantum intelligi datur, animo miſit iterum Arioviſtus ad Caeſarem, velle ſe de rebus agi coeptis nec perfectis ſecum, ſi ei placeat[5]), latius agere; alioquin ex[6]) ſuis aliquos ad ſe mitti petiit, cum quibus, ut cum Caeſare, loqui posſet.
26 Non cenſuit Caeſar rem[7]) pacificam furori iterum barbarico[8]) committendam, ne quis forte ſubitus motus inter verba conſurgeret, unde ſibi aliqua conflari posſet infamia. Rurſus et legatos mitti periculoſisſimum iudicabat fidoſque[9]) homines (namque alios non miſisſet) barbaris obici[10]) ratione modeſtiaque carentibus. Conſilium tandem cepit, ut Gaio Valerio Procillo, Gallicae originis, ſed Romanae virtutis adoleſcenti et Romano civi, legationis huiuſce[11]) munus imponeret et propter eximiam erga imperatorem fidem et propter linguae Gallicae[12]) notitiam, quam ipſe etiam Arioviſtus diu Gallis[13]) incumbendo didicerat. Addidit ei collegam Marcum[14]) Metium, Arioviſti ipſius hoſpitem, quod in hos duos et originis et hoſpitii iure minime ſaeviturus barbarus videretur.
27 Sed[15]) neque illis hoſpitium neque origo neque ius gentium valuit. Illico enim ut ad ſe venientes[16]) vidit, audiente exercitu quaſi rabidus exclamavit: Et qualiter[17]) et quomodo, inquit, huc[18]) ve-

1) introdiceret — L. *quaſi ſua Romanis interdiceret.* G.

2) quo non — F. *et quo non impetu.* G. quonam Lem.

3) cod. praevertisſent

4) amicorum — F. *Romanorum.* G.

5) cod. placet

6) e

7) Caeſarem — Graevius ſtellulam praepoſuit. — *Caeſar rem* Oudendorpii manus in margine, Lemairius in contextu poſuit.

8) barbarico iterum — cod. iterum barbaro

9) fideſque — F. *fidoſque.* G.

10) obiici

11) heroe — F. *huiuſce.* G.

12) cod. *om.*

13) Gallis

14) M.

15) Sic

16) ven. illos

17) haec duo *om.*

18) cod. *om.*

niſtis? an explorandi gratia? an quid rei est vobis in caſtris meis? Parantes cauſam ſui adventus expromere[1]) loqui vetuit et in vincula concluſit. Hoc facto ſtatim inde diſcesſit et ſex milia pasſuum prope Caeſarem caſtra metatus[2]) est, eumque ipsum[3]) locum die proximo mutavit et dimisſis[4]) a tergo Romanorum caſtris[5]) ad duo milia pasſuum ab altera parte conſedit, quo ſcilicet commeatus inde venturos ad Caeſarem impediret. Caeſar autem cotidie[6]) inſtructam aciem 28
caſtris educens pugnae copiam hoſtibus faciebat. Arioviſtus ſe caſtris asſidue continebat; ſex tamen equitum milia et totidem expeditisſimorum peditum mittebat[7]), qui dietim[8]) levibus proeliis Romanos incesſerent. Id vero cum diebus quinque continuis actum esſet, cognito Caeſar hoſtium propoſito non diutius tulit ſe[9]) commeatibus intercludi, ſed caſtra hoſtium tranſcendens[10]) ad ſexcentos non amplius pasſus locum novis caſtris idoneum occupavit; et praeſagiens barbarum[11]) obſtiturum[12]) tres acies ordinaverat, quarum duae in hoſtem verſae et in proelium intentae[13]) esſent, tertia metandis caſtris incumberet. Quod Arioviſtus intelligens magna parte pedeſtris exercitus et omni equitatu[14]) immisſo turbare rem voluit nec valuit: ita devoti erant omnes ad imperium Caeſaris exequendum. Iam duo inter Romana caſtra coartatus[15]) hoſtis et 29
multis inſultibus laceſsitus caſtris tamen ſe pertinaciter[16]) tenebat. Quod cum Caeſar admirans ex capti-

1) *om.*
2) cod. mentatus
3) Cumque ipse — L. *eumque ipsum.* G.
4) *Dimittere* pro *relinquere* ſaepisſime utitur hic auctor. G.
5) caſtris Romanorum
6) quotidie
7) *om.* — cod. int. verſ. — Deest aliquod verbum. G. — emittebat Lem.
8) *quotidie* Oud. in marg. (explicationis cauſa) — *identidem* Lem.
9) cod. ſe tulit
10) cod. tranſcendero
11) cod. *barbarorum*, e correctione vero *barbaroros* habet.
12) cod. *obſtiturum*, e corr. *obſtituros*
13) cod. tentae
14) omnium equitatum — L. *omni equitatu.* G.
15) cod. coarctatus
16) pertinaciter ſe

vis inquireret, quid caufae esfet, quod Germani, bellacisfimi[1]) homines, fic bella metuerent, deprehendit eos fortibus muliercularum caftra fequentium abfterritos, ne ante novam lunam[2]) manum cum hofte confererent, eumque morem[3]) Germanorum pervetuftum
30 esfe, ut talibus fortilegiis[4]) regerentur. Caefar vero, cui nulla videretur gravior iactura, quam temporis, vix adhuc triduo expectato firmavit, quod ingenio non posfet, vi[5]) aperta hoftes in proelium elicere. Itaque fuis caftris duobus dimisfo gemino praefidio cum omnibus copiis caftra hoftium invadit. Videns Ariovistus trahi amplius rem[6]) non posfe plurimis ex populis Germanorum ingentem aciem inftruxit atque ita omnem exercitum rhedis[7]) et curribus circumclufit, ut nulla fugae fpes[8]) praefertim equitibus fuperesfet. Fuerunt et viris intermiftae[9]) fatiloquae, de quibus diximus, mulieres aliaeque viros fecutae, fletibus altis orantes, ne Romanis
31 ad fervitium traderentur. Concurrerunt autem tanto impetu Germani, ut confumpto mox fpatio, quod acies dirimebat, iactandi pila nulla occafio fuperesfet aut facultas. Proiectis ergo[10]) misfilibus res gladiis acta est, eventu aliquamdiu[11]) dubio. Fracta tandem pertinacia Germanorum omnes terga verterunt, et diruptis obicibus plauftrorum, quibus firmasfe aciem dux fperabat, usque ad Rheni ripam fuga perpetua fuit, cuius alveum nando quidam, alii parvis navigiis tranfierunt, quo ex numero ipse fuit Ariovistus, qui depofita, credo, fuperbiae fuae farcina, quae tanta erat, ut eam nec Germania caperet nec Gallia toleraret, cimba unica cafu in ripa citeriore amnis inventa folum[12]) in adverfam ripam fe proripuit. Reliqui pene

1) bellatisfimi — L. *bellacisfimi*. G.
2) cod. lunam novam
3) cumque muram — L. *eumque morem*. G.
4) *om.*
5) cod. via
6) ratione
7) cod. reddis (priori *d* iat. verf. fuperfcripta)
8) fpe
9) intermixtae
10) igitur
11) alioquamdiu
12) folus

omnes inſtante Romano equitatu fugae medio[1]) pe-
riere; in quibus duae Arioviſti coniuges, altera Sueva,
Norica altera, quarum primam domo digrediens edu-
xerat, ſecundam, dum in Galliis moram trahit[2]),
duxerat. Filiarum quoque altera caeſa fuit, capta al-
tera. G. Valerius, quem ab Arioviſto captum me- 32
moravimus, in ipſum Caeſarem hoſtem inſequentem,
dum tribus catenis vinctus traheretur, incidit, quo
nil laetius in tota illa victoria Caeſar vidit. Summa
ſibi laetitia ac voluptas fuit virum talem tamque[3]) ei
familiarem crudeliſſimis hoſtium manibus, quibus ipse
eum obiecerat, ereptum recepiſſe, neque de ſua pro-
ſperitate aliquid amici miseria diminutum. Ille vero
iam liber flebile ridiculum renarrabat[4]), coram ſe
fuiſſe de ſua ſalute ſortibus inquiſitum, an ſcilicet
ſtatim[5]) flammis exurendus esſet, an in tempus aliud[6])
differendus[7]), ſeque[8]) iactu ſortium dilatum beneficio
Caeſaris ſalvum esſe. Collega quoque eius reinven-
tus[9]) Metius et Caeſari praeſentatus auxit gaudium.
Hac victoria divulgata[10]) Suevi, qui ad Rhenum tran- 33
ſituri convenerant, retroces ſere effuſeque domus[11]) ſuas
ac trepide repetentes a finitimis magna ſtrage deleti ſunt,
magnoſque in Germania et in Gallia rerum motus
huius proelii eventus exciverat[12]). Caeſar autem, ae-
ſtate una duabus inclitus[13]) victoriis, in[14]) Sequanos
paulo ante, quam tempus exigeret, in hiberna per-
duxit exercitum, quibus Labienum praeficiens ipse
citeriorem in[15]) Galliam properavit.

1) F. *fugae in medio.* G. — Praepoſitione facile caremus. cf. XVII, 15.
2) traxit
3) cod. tanquam
4) narrabat
5) *om.*
6) cod. *om.*
7) cod. differendum
8) ſeque iam
9) cod. rei Numitus
10) dimulgata
11) domos
12) excierat
13) cod. inclitis
14) et — L. *in Sequanos.* G.
15) ipse Iuteriorem Gall. — L. *in citeriorem.* G.

CAPUT VI[1]).

Caesari cisalpina in Gallia demoranti et famae
vocibus et Labieni literis nunciatur Belgas, quos Gal-
lorum praecipuos esse monstravimus[2]), coniurasse
omnes adversus populum Romanum[3]), et iureiurando
et[4]) obsidibus coniuratione firmata. Rei huius causam
esse multiplicem: unam, quod timerent, ne statu supe-
rioris Galliae composito ad eos ex ordine veniretur[5]);
alteram, quod ad bellum Gallorum reliquorum consiliis
urgerentur. Quibus urgendi quoque causae erant va-
riae, quibusdam, ut nidificare Germanos in Galliis aegre
tulerant, sic ibidem Romanos hibernare et perpetuas
sedes eligere animo nihil aequiore ferentibus; aliis causa
erat sola vanitas et stultorum animis novandarum re-
rum semper innata cupiditas; erant, quibus abunde
opes affluerent ad conducendos homines et hac via in
populis praeeminentiam et quasi quaedam sibi regna
conflarent, quod Romanis imperantibus aequatisque re-
bus omnibus se, ut soliti erant, facere posse diffide-
2 rent[6]). Sane his rumoribus Caesar motus duas nunc
etiam legiones citeriore scribit in Gallia easque per
Quintum Pedium, legatum suum, ulteriorem in Gal-
liam transmittit; ipse mox sequitur et Senonibus proxi-
misque Belgarum curam inquirendi statum propositum-
que hostium imponit. Quibus haud[7]) dubie unanimi
assertione referentibus bellum grave contra Caesarem
parari, ire ad eos et periculis sese obvium ferre dispo-
3 suit. Confestim igitur[8]) motis castris quintodecimo die
Belgarum fines attigit. Insperato adventu moti Remi[9])

1) LIBER II.
2) cod. mostravimus
3) cod. R.
4) *om.* — L. *et obsidibus.* G.
5) venirentur — L. *venire-tur.* G.
6) differrent — F. *diffiderent.* G.
7) haut
8) ergo
9) Rhemi — et ita in seqq.

legatos ad cum principes civitatis duos mittunt, excu-
fantes innocentiam: non fe cum reliquis coniurasfe,
imo quidem Suesfiones, fratres ac proximos fuos a
furore publico retrahere voluisfe neque ullo ingenio
potuisfe; tantum[1]) enim esfe coniurationis impetum,
ut frenari nequeat[2]); coniurasfe autem Belgas omnes
et cum his Germanos, qui cis Rhenum habitarent; fe
a belli confiliis alienos; itaque deditionem et obfides et
oppida et frumentum et omne genus obfequii promptis
offerre animis. Cumque ex his iam in fidem receptis 4
quaereret fcrupulofe de viribus hoftium, comperit eos
antiquitus[3]) a Germanis originem ducere Rhenumque
olim transgresfos omnem faepe Galliam vexasfe popu-
losque[4]) fuis fedibus eiecisfe, auctis denique viribus et
Cimbros et Teutones[5]), gentis auctores, fuis finibus
arcuisfe[6]). Dum[7]) vero de numero deque excellentia 5
quaereret, deprehendit inter Belgas plurimum posfe
Bellonatos[8]): eos centum milia, in quibus esfent ele-
cta fexaginta milia hominum, armasfe belliquc totius
primas fibi partes expofcere; proximos esfe Suesfiones,
amplisfimos atque uberrimos agros incolere[9]); eos ha-
bere quinquaginta milia armatorum; totidem Nervios[10]),
omnium ferisfimos[11]); Atrebates[12]) autem quindecim
milia, Ambianos decem milia[13]), Morinos vigintiquin-
que milia, Menapios feptem milia, Caltes decem mi-
lia[14]), Catuanos[15]) decemnovem milia, reliquos ali-
quot populos, qui Germani esfent cis Rhenum, qua-
draginta milia; horûmque omnium et totius belli du-
cem confenfu publico delectum Galbam[16]) quendam,

1) tanto — L. *tantum*. G.
2) nequeant
3) cod. antiquam
4) populos
5) Theutones
6) circuisfe — F. *arcuisfe*. G.
7) cod. Unde
8) Bellionatos — F. *Bellovacos*. G.
9) L. *incolentes*. G.
10) cod. Nernios—et ita in feqq.
11) ferocisfimos
12) Attrebates
13) haec tria cod. *om.*
14) haec fex cod. *om.* — L. *Caletes*. G. (pro *Caltes*)
15) Graevius ftellulam praepofuit. „*Atuati* vel Aduati Dav. ad Caef. II, 5." Oud. mf.
16) Galbum — *Galba* dicitur Caefari. G.

Sueſſionum[1]) regem, prudentia clarum virum ac iu-
6 ſtitia. His compertis Caeſar Remos honorifica oratione
complexus ſenatum eorum ad ſe venire imperat et
principum filios obſides adducere; quae ad deſtinatum
diem obedientisſime adimpleta ſunt. Numero autem
motus Divitiacum Aeduum[2]) curioſius admonet, quan-
tum rei publicae ſalutique omnium expediat vires ho-
ſtium diſtrahi, ne tanta ſimul cum multitudine decer-
tandum esſet; id autem nullo modo fieri posſe me-
lius[3]), quam ſi Aedui ſumma vi Bellonatorum[4]) fines
irrumpant atque omnia populentur. Sic inſtructum
7 oratumque illum in patriam ſuam[5]) mittit. Ceterum
digresſo illo Belgarum copias contractas appropinquare
et a Remis et a ſuis exploratoribus intellexit. Illico[6])
igitur Axonam[7]) amnem per Remorum fines ultimos
decurrentem tranſiit[8]) ibique[9]) tuto et opportuno loco
caſtra communiit[10]), flumine unum caſtrorum latus
ambiente tutumque iter et Remorum et urbium aliarum
8 venturis commeatibus exhibente[11]). Caſtris omni ſol-
licitudine ingenioque[12]) firmatis et praeſidio ponti[13]),
qui fluminis ripas coniungebat, impoſito et trans pon-
tem Titurio Sabino legato cum ſex cohortibus ad cu-
ſtodiam misſo nova Caeſaris animum ſerit cura. Nempe
Bibracem[14]), oppidum Remorum nonniſi octo milibus
pasſuum ſemotum a Romanis caſtris, Belgas tantis vi-
ribus oppugnare nunciatum est, ut prae multitudine
lapides ac tela iactantium nec defendi oppidum nec in
muris conſiſti posſit[15]); denique iam murum dirui, iam
portas incendi, nec dubium, quin iam dudum oppu-

1) Sueſſionem — *Sueſſionum* ſic vocat Caeſar. G.
2) Heduum — et ita in ſeqq.
3) melius fieri posſe
4) Bellovacorum
5) cod. a m. ſec. int. verſ.
6) Ilico
7) Maronem — L. *Axonam*. G. „ut Voſſ. Matronam ut erret Celſus." Oud. mſ. — Matronam Lem.
8) tranſit
9) Ubique — F. *ibique*. G.
10) communit
11) adhibente
12) ingenieque — L. *ingenioque*. G.
13) cod. pontis (*s* a m. ſec., ut videtur, addita)
14) Bracem — cod. Bibiacem — L. *Bibracem*. G.
15) cod. posſet

gnatio consummata esset, nisi diremptrix[1]) proeliorum
nox intervenisset, nec sustineri posse amplius, ni[2]) con-
festim laborantibus succurratur. Haec cum Iocius[3]), Re- 9
morum nobilissimus et populo acceptissimus, unus ex his
duobus, qui ad Caesarem legati cum deditione[4]) urbis ad-
venerant, tum vero oppidi praefectus, nocte denuntiasset,
statim, quia moram necessitas ultima non ferebat, per me-
dias tenebras his eisdem, qui a Iocio[5]) missi erant, ducibus
Numidas Caesar et Cretenses sagittarios et funditores[6])
Belearicos intra oppidum destinavit; quorum adventus
oppidanis spem defensionis attulit, Belgis expugnatio-
nis abstulit. Manc igitur agris circa oppidum vastatis
atque incensis aedificiis oppugnatione omissa in Caesa-
rem tota belli mole vertuntur[7]); iamque ad duo milia
passuum iuxta erant; quorum castra plus, quam octo
milia, occupabant, quantum e flammis fumoque intel-
ligere erat. Itaque Caesar et numero motus, ut dixi, 10
et virtutis fama[8]), prudens[9]) simul ac magnanimus[10]),
et differre proelium decrevit et assiduis congressibus,
quid hostibus virium, quid suis animorum esset, ex-
periri. Postquam abunde esse perpendit, statuit fortu-
nam proelii tentare, fossa tamen circumducta, ne forte
ea, quam solam verebatur, multitudine circumiri[11])
quiret, nec nisi in faciem pugnaretur. Et duas quidem
legiones nuperrime scriptas, de[12]) quibus nondum ex-
pertis in acie forte non fideret, ad castrorum posuit
tutelam, ut tamen, si res posceret, auxilio egentibus
subvenirent: ipse cum reliquis copiis ante castra aciem
instruxit[13]). Idem hostes ab adverso iam fecerant.
Unum erat, quod proelium moraretur, quod scilicet
inter duos exercitus exigua palus erat. Hanc ut hostes

1) direptrix — nec aliter cod. — L. *diremptrix*. G.
2) nisi
3) Iocius
4) dedicatione — L. *deditione*. G.
5) a Iccio — ab Iccio Lem.
6) fundatores
7) utuntur — L. *vertuntur*. G.
8) fama virtutis
9) *om.*
10) L. *magnanimitatis*. G.
11) circuiri
12) ut de
13) instruit

tranſirent, utraque partium expectabat, ut prius ingresſos iniquis locis invaderent. Sed, quod utraque pars ſperabat, utraque differebat, quo temeritas prius ab hoſtibus
11 inciperet. Dum tamen [1]) interea equites invicem miſcerentur, esſetque illo in congresſu ſuperior equitatus Romanus, eum [2]) Caeſar in caſtra proelio proſperiore reducere contentus fuit. Hoſtes, ubi intellexerunt fruſtra ſe paludis tranſitum expectare, flumen vadere [3]) niſi [4]) ſunt, ut, ſi posſent, caſtellum a Titurio inſesſum [5]) caperent pontemque confringerent, ſi [6]) minus, vicina arva vaſtarent, Romanis utilia, eaque parte venturos
12 interciperent commeatus. Certior de eis [7]) Caeſar a Titurio effectus equitatum levemque armaturam ad praeſidium loci ducit, ibique duriſsimo Marte concurſum est, dum Romani primos hoſtes in tranſitu fluminis occupatos e ripa deicerent [8]) caederentque et proximos animoſius, quam conſultius, per priorum cadavera tranſeuntes denſa misſilium nube comprimerent arcerentque [9]) et, ſi qui [10]) forte tranſisſent, in aperto inventos ac praeventos [11]) occiderent. Sic repulſi undique et frumenti inſuper [12]) inopia laborantes communi conſilio decreverunt operae pretium fore, ut gens quaelibet patriam in ſuam [13]) rediret et, cui Romani primum arma intulisſent, eo omnes accurrerent ſibique invicem opem ferrent et ſuis frugibus alerentur
13 et ſuis in finibus potisſimum dimicarent. Accesſit ad alias diſcedendi cauſas, quod Divitiacum, cui hoc Caeſarem imperasſe ſupra retuli, Bellonatorum [14]) terris obequitare perceperant et ferre ſuis auxilium utilius extimabant, quam procul domo cum Romanis arma conſerre. Abeuntes nocte nullo ordine magniſque cla-

1) Dum tum—F. *Cum tamen.* G.
2) quem
3) F. *vadare.* G.
4) cod. misſi
5) incesſum — L. *inſesſum.* G.
6) F. *ſin.* G.
7) cod. viis
8) deiicerent
9) arcenteſque — L. *arcerentque.* G.
10) *om.*
11) cod. perventos
12) *om.*
13) in ſuam patriam
14) Bellovacorum

moribus Caefarem exciverunt; ibant autem non, ut [1])
ire, fed ut fugere viderentur; itaque veritus infidias,
ut qui profectionis caufam idoneam [2]) non videret, fuos
in caftris nullo tenuit tumultu. Ubi rem omnem, ficut 14
erat, exploratorum fides et lux fuperveniens patefecit,
equitatum Romanum hoftium veftigiis inftare et novis-
fimos retardare imperat, trefque hine legiones fubfe-
qui. Equitatui Quintum Pedium et Lucium Arunculeium [3]) Cottam [4]), legionibus Titum Labienum prae-
ficit, qui impigerrime profecti et nocturna fuga fesfos
ac difperfos asfecuti maximam ex his ftragem edidere,
dum refiftunt ultimi cogente periculo, primi autem tu-
multu eminus audito, quafi res ad fe minime pertine-
ret, fuga fibi quifque confuleret. Ita his urgentibus,
illis autem vel vane refiftentibus vel plane recedenti-
bus [5]) fparfa [6]) quidem, fed [7]), quam longa dies, tam
longa fuit etiam hominum caedes; fero autem Romani
in caftra fesfi, ut auguror, et ieiuni fui ducis imperio
rediere. Triduum illie egit Caefar. Ubi hoftes fuga 15
evanuisfe cognovit, Suesfionum fines Remis proximos [8])
ingresfus Noviodunum [9]) oppidum aggreditur, quod in-
defenfum fama vulgaverat. Et fic erat; fed nocte
Suesfiones introgresfi defenfionem apparant. At [10]) dum
vineas admoveri muris cernerent, turres et machinas,
quales nec viderant quidem unquam nec audierant,
ftupefacti oppugnatione non tolerata [11]) nuncios oppi-
dum feque et [12]) fua dedentes ad Caefarem transmi-
ferunt [13]) ac datis obfidibus nobilisfimis gentis [14]), inter
quos duo filii regis [15]) erant, traditifque armis omni-

1) cod. ut non
2) idoneam caufam
3) Arunculeum
4) Coctam — L. *Lucium Arunculeium Cottam.* G.
5) reddentibus — Graevius ftellulam praepofuit — fe reddentibus Lem.
6) ipsa — et ita Lem. dedit.
7) *om.* Lem.
8) proximis
9) Nomodimum — L. *Noviodunum.* G.
10) Et
11) expectata
12) *om.*
13) transmittunt
14) cod. gentibus
15) ita cod., fed int. verf. a m. f. *Galbae* habet.

buſ in Romanam fidem Remorum precibus ſunt re-
16 cepti. Hinc in Bellonatos[1]) itum est[2]). Qui cum ſe in oppidum munitum ac validum contuliſſent, cui Bratuſpantium[3]) nomen erat, exercitu[4]) propinquante omnes publico de conſilio maiores natu obviam egreſſi manibus tenſis ad Caeſarem alta voce ſe in fidem eius[5]) committere[6]) neque contra Romanos arma movendi animum habere teſtati ſunt; cumque exercitus oppidum propius acceſſiſſet, idem de muris faciebant clamabantque mulieres ac pueri. Motum Caeſarem ſpectaculo Divitiacus Aeduus in hanc ſententiam allocutus
17 est: Semper Bellonatos[7]) ſervaſſe fidem et amicitiam Aeduorum; nunc falſis conſiliis agitatos a ſuis primoribus, qui dicerent Aeduos turpi ſervitio oppreſſos[8]) a Caeſare digna et indigna pati, execratos patientiam amicorum Romanumque recuſantes imperium conſurrexiſſe cum ceteris[9]) et furori publico ſubſcripsiſſe[10]); tandem fraude recognita et[11]) Bellonatos[12]) ad miſericordiam Caeſaris confugere, et perfidos conſultores recogitantes, quid mali ſuis civibus invexerint, meritum ſupplicium metuentes in Britanniam profugiſſe; orare non eos modo, qui erraveraut[13]), ſed ſe quoque ſuo ſimul atque Aeduorum nomine, ut eis indulgeat; id[14]) enim et ipsius Caeſaris et Aeduorum ad gloriam pertinere, ſi et eum tam miti eſſe animo, et apud eum
18 Aeduos tantum poſſe innotuerit. Annuit Caeſar ſeque et Divitiaci et Aeduorum gratia Bellonatos[15]) recipere eoſque ſe incolumes ſervaturum[16]) bona fide profeſſus est, traditis tamen armis omnibus ac ſexcentis obſidi-

1) Bellovacos
2) *om.*
3) Bracuſpantium — *Bratuſpantium* legitur in Caeſare. G.
4) cod. exercitui
5) L. *ſe in fidem eius ſe committere.* G.
6) cod. cummittere
7) Bellovacos
8) cod. preſſos
9) cod. haec duo *om.*
10) furore publico ſcripsiſſe — F. *furori publico conſenſiſſe* aut *ſubſcripsiſſe.* G.
11) cod. *om.*
12) Bellovacos
13) erraverunt
14) cod. idque
15) Bellovacos
16) cod. *om.*

bus, quorum tantum numerum ut peteret, urbis fuadebat ac populi magnitudo. Inde Ambiani fines eorum ingresso Caefari ftatim fe[1]) fuaque omnia dedidere[2]).

CAPUT VII.

Nervii reftabant, ferox genus et mercatoribus adverfum, his praefertim, qui delicias aut vina conveherent, opinione infita, enervari rebus mollibus animos et a belli ftudiis clanguere ac lentefcere; viri acres, quibus ceteros a patria virtute degenerantes, qui fe Caefari tam facile tradidisfent, irridere magis et arguere, quam imitari, mens esfet, aut legatos mittere aut ullam conditionem pacis vel fummis auribus audire. Hi quidem et cum eis Atrebates[3]) ac[4]) Viromandui[5]) trans fluvium Sabin[6]) coniunctis copiis Caefarem expectabant. Aduatuci[7]) quoque (fic enim fcriptum invenio) five, ut reor, Aduaci[8]), ut cis fe coniungerent, properabant. Caefar exploratores ac deinde centurio- 2
nes militiae peritos ad locum caftris idoneum occupandum miferat. Erant tamen in Romano exercitu Galli quidam ex dediticiis[9]), qui contra fidem facramenti mores et confilia Romanorum Nerviis aperirent et feu rerum ignorantia feu[10]) naturali confuetudine mentiendi addendique femper rebus aliquid[11]) fpem facerent[12]), fi fortiter[13]) incompofitos aggrederentur[14]), facile Roma-

1) cod. *om.*
2) cod. dedire
3) cod. Attrebates
4) cod. *om.*
5) cod. Normandui — *Veromandui* Caefari dicuntur. G. „In MSS. etiam *Virom.* V. Ed. meae p. 106, 116.“ Oud. mf.
6) cod. Sabim
7) *Advatici* in Caefare dicuntur. G. — Sed aliter in MSS. Oud. mf.
8) cod. Adriaci (-*ri*-e corr.)
9) cod. dediciis
10) *om.* — L. *feu naturali confuetudine.* G.
11) cod. aliquibus
12) fecerant
13) forte
14) aggredirentur

nas acies posſe turbari. Et Nervii quidem[1]) intra ſilvarum latebras ſe tenebant, nunc in apertum erumpentes, nunc vicisſim ſe in ſilvam retrahentes, Romanis propter imperitiam locorum inſequi non audenti-
3 bus. Iam Romani exercitus pars maxima ad metandum caſtra procesſerat[2]); proxima impedimenta medium de more locum occupabant; duae legiones ad eorum cuſtodiam ſequebantur. In hos Nervii omnes, ut a proditoribus docti erant, praecipiti impetu irruerunt atque inde[3]) praeter ſpem repulſi pari velocitate converſi ad eos, qui occupati in opere[4]) erant, miram perturbationem Romanis iniecerunt[5]), ita ut Caeſar cura multiplici diſtractus, variarum rerum cui primum occurreret in tanta temporis brevitate, pene[6]) parumper[7]) haeſitaverit[8]). Uni enim ſimul haec omnia exequenda erant: explicandum vexillum, ſolemne apud Romanos indicium incohandi[9]) proelii, ad idem quoque dandum tuba ſignum, milites ab opere caſtrorum ad opus armorum retrahendi, qui petendi[10]) valli cauſa longiuſcule[11]) abiisſent, evocandi, ordinandae[12]) acies, firmandi oratione ducis animi; quibus nedum omnibus, ſed nec ſingulis quidem hinc temporis anguſtia, hinc hoſtium inſtantia ſpatium dabat. Sed experientia militum Romanorum, quibus novi[13]) nihil accidere poterat, per ſe ipsam ſine cuiuſquam quoque ducis imperio pompta erat caſibus cunctis occurrere. Praeterea Caeſar ipse ſingulis[14]) legionibus ſingulos praefecerat legatos (vetuerat[15]) vel minimum[16]) digredi), quorum quiſque dux magnus haberetur, niſi ſub

1) quidam
2) praecesſerat
3) cod. idem
4) in opere occupati
5) cod. iniecerant
6) *om.*
7) cod. parum perhaeſ. (deleta *per*)
8) haeſitaret
9) inchoandi
10) cod. pendi
11) longius illum — L. (*longius*) *illim abiisſent.* G. — longius illino Lem.
12) cod. ordinanda — Sed cf. XXI, 26. 27. XXIIII, 18. 31. XXV, 14. et huius cap. §. 5.
13) cod. non
14) cunctis
15) cod. vetuarat
16) nummum — cod. minium — in marg. ab alia, ſed non minus

maximo militasſet. Horum et ducum virtus et mili- 4
tum egregie primum hoſtium [1]) impetum ſuſtinuit re-
pulitque. Caeſar quoque [2]) pro tempore nulli rei de-
erat et milites hortabatur, praeſertim praedilectae ſibi
legionis decimae. Sed exhortatio Caeſarea [3]) brevis
erat, virtutis ut priſtinae meminisſent neve inſolita re-
rum ſpecie turbarentur; et quoniam differri res amplius
non valebat, ſignum pugnae tuba dedit. Et tam nihil
ſpatii [4]) fuit, ut ne dicam conſuetae ſolemnitates proe-
liorum omitterentur, ſed vix galeas induendi licentia
ſuperesſet. Nullus fuit acierum ordo, nulla ars mili- 5
tiae: fortuna, quae primas ſolet, omnes ſibi [5]) pugnae
tumultuariae partes uſurpaverat. Qui ab opere ad proe-
lium redibant, quae caſu quiſque [6]) ſigna conſpexerat,
illis ſe confeſtim applicabat atque illa ſequebatur, ne
ſuum proprium inquirendo confuſis omnibus tempus
amitteret [7]): omne, quod in hoſtes iret [8]), ſuum ſignum
extimabat [9]). Ancipiti ac [10]) terribili Marte pugnatum
est [11]); ſed per medias difficultates atque pericula Ro-
mana virtus erupit. Et quoniam [12]) per gentes diviſus
erat hoſtium exercitus, nona ſimul ac decima legio
feſſos labore victoſque vulneribus fregit Atrebates [13]),
octava vero et undecima Viromanduos [14]) cum duce
ſuo, Buduognato [15]) quodam, qui ſummi apud eos loci
erat. Cum Nerviis obſtinatius certamen fuit, uſque 6
adeo, ut pene in dubio fuerit Romana fortuna, et Tre-
veri equites, opinatisſimae virtutis inter omnes Gallos,
qui auxilio Romanis advenerant, diſperſas legiones et

vetuſta manu: l' minimum — F. legatos, *quos vetuerat vel minimum digredi*, aut forte haec verba delenda ſunt. G.

1) cod. *om.*
2) cod. Caeſarque
3) neceſſario
4) cod. ſpatio
5) cod. ibi
6) cod. quisne
7) cod. admitteret
8) cod. erat
9) cod. dabat — int. verſ. a m. pr. extimabat
10) et
11) *om.*
12) quum
13) cod. Attrebates
14) cod. vi Romanduos
15) Buduognaco — *Boduognato* Caeſari. G.

referta hoſtibus caſtra atque omnia circum turbata
cernentes actum de Romanis rati fugerent[1]) victoſque
7 illos ac deletos ſuae patriae nunciarent. Caeſar, cum[2])
ubique ſemper magnus, tum magnis[3]) periculis permaximus,
ubi ſigniferos interfectos, centuriones aut[4])
caeſos aut ſaucios interque alios P.[5]) Sextium Baculum[6]),
fortisſimum virum, multis debilitatum vulneribus
et iam pedibus ſuis inſiſtere non valentem vidit,
aliorum quosdam ſegniter pugnantes tela tantum hoſtium
vitare, quosdam[7]) ſenſim cedere, quosdam proelio
excedere, hoſtes inſtare ac premere et nihil omnino
reſpiramenti ſuis dare, denique in extremo rem poſitam
intellexit nilque iam praeſidii ſupereſſe, quo vel
perdita reſtauraret vel ruinae occurreret imminenti[8]),
auxilium, quod aliunde non poterat, a ſe ipſo exigendum
cogitans[9]), quod ipſe tum forte ſine clipeo esſet,
militi lentius[10]) dimicanti ſcutum abſtulit et in primam
aciem provectus magna voce centuriones proximos ſuo
quemque nomine increpans atque appellans, ceteros
generali exhortatione ſollicitans nec praeire, ſed ſe ſequi,
iubens redintegrare[11]) pugnam iam languentem
8 hinc amore ducis, hinc pudore compulit. Crederes
unius animi robur atque ardorem in omnes ſubita inſpiratione
diffuſum; tantumque vox ducis et exemplum
valuit, ut legionibus ſparſis in ictu oculi recollectis,
quaſi tunc inciperent[12]), ſervide omnes fortiterque
pugnarent; et qui in fugam verti coeperant[13]) et qui
vulneribus tardabantur ſimul in hoſtes vultu atque animis
verſi mutationem rerum[14]) adeo repentinam peperere,
ut vix credi posſet exercitus illos esſe, qui
paulo ante conflixerant. Nervii, modo victores, victi

1) cod. fugerent rapti (littera *p* deleta)
2) tamen
3) magnis etiam
4) autem
5) Pub.
6) cod. Baculium
7) haec ſeptem cod. *om.*
8) *om.*
9) cogitans exigendum
10) cod. lentius militi
11) reintegrare
12) haec undecim *om.* — Deest *valuit, ut* aut ſimile quid. G.
13) coeperunt
14) cod. *om.*

illico deletique ſunt, non inulti [1]) tamen nec, ut di-
ctu, ſic et factu facile; nempe ſuorum cadaveribus in-
ſiſtentes factoque ex iis [2]) cumulo [3]), ut quaſi de loco
altiore pugnarent, uſque ad mortem forte propoſitum
tenuerunt. Fregit tamen eorum pertinaciam Romana
perſeverantia. Sic nutantem labentemque fortunam
publicam unius viri virtus felicitaſque ſuſtinuit. Senes 9
ac feminae puerique, quos cum fortunis ſuis omnibus
Nervii in proelium exeuntes in paludibus procul ab-
diderant, audita ſuorum clade ut nihil uſquam clau-
ſum victis, ſic victoribus nihil impervium [4]) opinantes
communi omnium ſuperſtitum conſilio per legatos ſeſe
Caeſari dediderunt [5]), et ut publicae profeſſione miſe-
riae facilius victoris miſericordiam impetrarent, popu-
lum Nerviorum a ſexaginta milibus ad quingentos, ſe-
natum a ſexcentis ad tres rediiſſe [6]) memorabant. Mi-
ſertus est Caeſar fortiſſimae gentis et reliquias [7]) libe-
ras ſuis uti legibus ſanxit praecepitque finitimis, ne
quis eorum calamitatibus inſultaret. Aduaci [8]), qui, ut 10
diximus, opem Nerviis ferebant, audito proelii huius
eventu ſuam in patriam redire ſeque omnes unum
forte ac munitum in oppidum [9]) abdidere. Ibi eos
Caeſar obſidione concluſit. Qui machinas procul in-
tuiti [10]) irridebant [11]) quaerebantque de muro, quibus
illas viribus moturi, quibus manibus laturi eſſent, tan-
tillae praeſertim homines ſtaturae. Solent enim prae
ſuorum mole corporum gentes arctoae [12]) Romanam
ſpernere mediocritatem. Postquam [13]) admoveri muris
machinas conſpexerunt [14]), inſueto et nunquam alias

1) multi — nec aliter cod.
2) cod. hiis
3) F. *tumulo*. G.
4) imperium — cod. in pervium — L. *impervium*. G.
5) dederunt — L. *dediderunt*. G.
6) rediſſe
7) reliquas — L. *reliquias*. G.
8) cod. Adriaci
9) omnes in ferte unum ac munitum opidum — F. *forte unum*. G.
10) intuitu — cod. intuytu — F. *intuiti*. G.
11) cod. recidebant
12) Arthoae — nec aliter cod. — L. *Arctoae*. G.
13) post — L. *postquam*. G.
14) aſpexerunt

viſo ſpectaculo ſtupefacti legatos ad Caeſarem deſtina-
runt, quorum unus in hanc ſententiam verba fecit:
11 Credimus, o Romani, vos non ſine coeleſti auxilio
proeliari, qui haec hominibus[1]) impoſſibilia tam mi-
rabili[2]) facilitate perficitis. Quamobrem reſiſtere vo-
bis non est noſtri propoſiti, ſed in poteſtatem veſtram
nos et noſtra committimus. Unum hoc expoſcimus,
ſi tanta est clementia tua, Caeſar, quantam[3]) fama
loquitur, ſi ſalutem nobis tribuis, ut arma non aufe-
ras. Vicini enim noſtri omnes fere nos[4]) oderunt no-
biſque invident, a quibus nos amiſſis[5]) armis prote-
gere nequeamus. Alioquin optabilius nobis[6]) est, quic-
quid libuerit, a vobis, talibus viris, pati, quam ſup-
pliciis ad necem dedi[7]) ab iis[8]), quibus imperare con-
12 fuevimus. Ad haec Caeſar Servaſſem, inquit, vos li-
bentius, ſi vos dediſſetis ante, quam muris machinas
admoverem; ſed et nunc ſervabo magiſque in vobis
naturam moremque meum, quam meritum veſtrum,
ſequar, ita tamen, ut ſine armorum traditione dedi-
tio non procedat. Nam quod de odio vicinorum dici-
tis, curandum mihi linquite: ego indemnitati veſtrae
providebo, ut Nerviorum[9]) providi, iubendo finitimis,
ne vos laedant. Iuſſu meo, quam veſtris armis, eri-
13 tis tutiores. Hoc praecepto vis armorum ingens[10]) tra-
dita, ſed et magna pars retenta atque abdita, ut ab
iis, qui metu belli, non amore pacis agebantur; tra-
ditum quoque oppidum; et quietus ille dies fuit.
Nocte[11]) proxima Caeſar milites ſuos muris egredi
claudique portas iuſſerat, ne quid iniuriae cives a
militibus paterentur. Sed huic Caeſareae pietati ho-
ſtium fraus ac furor obiectus[12]) erat. Itaque barba-

1) omnibus
2) innumerabili—F. *mirabili*.G.
3) quanta
4) cod. fere nos omnes
5) cod. *om.*
6) *om.*
7) cod. dederi
8) cod. hiis — et ita ſemper
9) cod. Nern. *ego* int. verſ. a m. ſ.
10) cod. *om.*
11) cod. ut nocte
12) hoſt. fraus * obictus — hoſt. fraus obiectus Lem.

rica levitate[1]) mutato repente confilio rebellarunt neque victori oppidum abſtulisſe contenti caſtra etiam invaſere tanto impetu tantoque ardore non modo contra Romanam virtutem, ſed contra iniquitatem etiam locorum, ut facile appareret[2]) deſperantes de ſalute pugnare. Eo congresſu ex illis ad quatuor milia ce- 14
cidere, ceteris intra oppidum compulſis, ſic omni penitus ſpe abiecta, ut die proximo[3]) frangentibus portas Romanis nullus obſtiterit. Captum oppidum venditique[4]) omnes; quorum turbam quinquaginta trium milium numerum impleſſe compertum fuit. Per eos- 15
dem dies a legato Caeſaris P. Crasſo, quem modo[5]) ad Venetos alioſque quamplures populos, qui extremum accolunt oceanum, praemiſerat, nunciatur omnes illas gentes ſponte ſub Romanum imperium veniſſe. Iamque[6]) ad barbaros, qui trans Rhenum habitant, Romanae Caeſareaeque virtutis et clementiae fama pervenerat adeoque[7]) percrebuerat, ut omnes ultro ad Caeſarem legatos mitterent[8]), qui ſe et daturos obſides et iusſa facturos ſponderent[9]); quos ad ſe redire initio ſecuturae[10]) aeſtatis imperavit, cum ipse ſcilicet ex Italia rediisſet, quo[11]) deductis in Carnutes[12]) ac Turones[13]) in hiberna legionibus feſtinabat, praemisſis Romam literis de rebus a ſe geſtis, quarum merito quindecim dierum ſupplicatio est indicta, quem honorem ante eum ducum nullus habuerat.

1) lenitate — L. *levitate*. G.
2) apparet
3) proxima
4) venditque — L. *venditique*. G.
5) cod. *om.*
6) Iam
7) adeo — F. *adeoque*. G.
8) cod. ad Caeſarem ultro mitterent legatos
9) ſponderunt — cod. ſpoponderent — L. *ſpoponderunt*. G.
10) red. inconſecuturae — F. *initio ſecuturae*. G.
11) quae — L. *quo*. G.
12) Carmites — L. *in Carnutes*. G.
13) cod. Tyrones

CAPUT VIII[1]).

Digreſſo Caeſare ex Galliis Sergius Galba, quem legatum in Sedunos aliaſque urbes proximas cum parte equitatus et duodecima legione dimiſerat, Sedunorum aliorumque dolentium filios ſuos obſidum nomine ſibi eripi et[2]) Romanos publicae utilitatis obtentu[3]), vere[4]) autem dominandi libidine, illis in regionibus conſediſſe aegro[5]) animo ferentium eorumque paucitatem[6]) contemnentium inſperatis[7]) inſidiis circumventus adeo in anguſto fuit, ut conſilium ipſe ſuique omnes caperent erumpendi ſeque fugae praeſidio ſalvandi. Quo tamen conſilio non reiecto, ſed dilato, elegerunt armis potius experiri, quam fuga, ſi
2 qua eſſet ad ſalutem via. Cum vero hoſtes caſtra invaſiſſent et multitudine freti feſſis integros ſubmittendo, quod apud Romanos non modo feſſis, ſed ne vulneratis quidem fieri poterat, quibus nedum requieſcere, ſed nec[8]) loco arrepto vel parumper cedere liceret, uſque adeo eos attriviſſent[9]), ut oppugnatione ſex continuis horis[10]) ſine intermiſſione protracta[11]) res Romana iam ad deſperationem ultimam ſpectaret, nec tam pro ſalute amplius, quam pro ultione, reſiſterent, ne inulti perirent, P. Sextius Baculus, centurio primi pili[12]), quem in congreſſu Nerviorum multis afflictum vulneribus memoravi, ſimulque Gaius Voluſenus, tribunus militum, conſultiſſimi duo fortiſſimique viri, praepropere[13]) Galbam adeunt et Una eſt,

1) LIBER III.
2) cod. *om.*
3) contentu — F. *obtentu.* G.
4) cod. non
5) cod. aegre
6) *om.* — L. *paucitatem contemnentium.* G.
7) inſuperatis — F. *inſperatis.* G.
8) ne — cod. ne a (deleta *a*) — Scripsi *nec* i. e. ne quidem. cf. XXIIII, 43. et XXI, 38.
9) cod. atreviſſent
10) cod. diebus
11) portenta — L. *protenta.* G.
12) *om.*
13) propere — cod. praeprope

inquiunt, ſpes ſalutis, ſi conſilium, quod primum
ſumpsimus [1]), vel últimum exequamur. Nam quid
hic agimus laborantes? Longe iſti nos numero antece-
dunt. Quin [2]) in hos barbaros violenter irrumpimus
et nil tale cogitantes aggredimur? Aderit pio forſitan
fortuna conatui. Alioquin, niſi impetu vincimus, pu-
gna vincemur ordinaria. Acquievit fidis Galba conſi- 3
liis, et erant, qui [3]) merito crederentur [4]). Mox edo-
ctis centurionibus ac tribunis, quid [5]) facto opus esſet,
militibus edicitur, ut reſpirent neque aliud quicquam
rei [6]) agant, quam tela hoſtium ſuſtinere, intentique
interim ſignum eruptionis expectent. Vix brevi hora
laborioſae tradita quieti dato ſigno, quod convenerat,
ſubito praeter ſpem caſtrorum portis erumpitur tantis
animis, ut ſtupentes barbari ferre impetum non pos-
ſent, et dicto citius pugnae ſtatus mutaretur, ut, qui
modo invadebant, invaderentur et, qui invadebantur,
invaderent, quique in caſtris clauſi oppugnatione ter-
ribili ad captivitatem et ſupplicium petebantur, in
medios hoſtes invecti [7]) ferro obvia [8]) cuncta proſter-
nerent, ita ut ex triginta [9]) milibus barbarorum,
qui [10]) legionem unam [11]) circumſtiterant [12]), brevi tem-
poris in ſpatio plus quam decem milia caeſa esſent:
reliquos morti non virtus, ſed fuga, praeripuit. Sic
virorum fortium prudentiumque conſilia proſperis
proſequitur fortuna ſuccesſibus. His actis Romani vi- 4
ctores ſeſe in caſtra recipiunt. Sed Galba [13]), memor
ſe illis in locis a Caeſare dimisſum non, ut bellum
gereret, ſed ut iter [14]) illud ex Galliis per Alpes ad
Italiam difficile ac mercatoribus oneroſum et pene ob-

1) cod. ſuſcimus — e corr. a m. ſ. ſupſcimus
2) Cum — F. *Quin.* G.
3) quibus
4) credentur — F. *crederetur.* G.
5) quod
6) *om.*
7) cod. iniecti
8) cod. obviam
9) cod. trigenta
10) cod. qui in (*qui* in m. a m. pr.)
11) cod. *om.*
12) cum ſteterant — F. *circum.* G.
13) Galbam
14) inter — L. *iter.* G.

ſtruſum[1]) perplexumque portoriis periculoſumque latrunculis patefaceret ſuaque tutum redderet praeſentia, inſuper victor licet, nolens tamen rem ſaepius fortunae[2]) committere et rurſus extrema tentare, inde ſtatim nullo obſtante in Allobroges, Romanam provinciam[3]), est reverſus atque illic[4]) tranquillius[5]) hi-
5 bernavit. Alia ſubinde belli materia per ducis abſentiam orta erat. Publius Craſſus, egregius adoleſcens[6]), cum ſeptima legione dimisſus a Caeſare ſecus oceanum hibernarat[7]). Is frumenti praecavens inopiam ad ſingulas gentes[8]) finitimas legatos ſingulos, ad Venetos[9]) vero geminos deſtinavit, quod gens illa esſet omnium eius regionis potentisſima, cuius hodie, quod ſciam (ſic tranſeunt res humanae) ne nomen quidem aut veſtigium ullum extat[10]). Illi autem, cogitantes hoc fortasſis modo ſeſe obſides, quos Romanis non ſponte dederant[11]), recuperaturos, legatos detinuerunt ac vinculis[12]) aſtrinxerunt. Hoc exemplo freti populi vicini[13]), ut quibus levia mobiliaque ſunt ingenia, legatos etiam ad ſe misſos redire ad ſuos pari propoſito
6 vetuere. Dumque[14]) haec adverſus Romanos in Galliis contra fidem contraque ius gentium agerentur, Caeſar nihil inde ſollicitus, quod pacata omnia extimaret, in Illyricum iam profectus erat, ut is[15]), qui terras incognitas ac remotas videndi infinita cupidine traheretur. Erat autem Illyricum provinciae ſuae pars lege ſibi Vatinia[16]) ſuperaddita, cuius latisſimi fines ſunt:

1) F. *obſtructum*. G. minime. Ep. rer. fam. L. IIII. ep. 6. p. 631: iisdem mox tramitibus obſtruſis. ſen. L. I. ep. 2. p. 738: bello obſtruſa omnia repperi.

2) fortunae ſaepius

3) *om.* — F. *coloniam in Romanam*. G.

4) ibi

5) tranquillus

6) et adoleſcens — Dele *et*. G.

7) hibernavit

8) haec quinque *om.* — Cum aliquid deſit, ſic reſtitui poteſt ex Caeſare: *inopia ad finitimos*. G. „*cauſa ad civitates* Voſſ. ad Caeſ. III, 8.“ Oud. mſ.

9) Venetes

10) cod. eſtat

11) cod. dederunt

12) cod. vinctis

13) vicia — L. *vicini*. G.

14) Dum

15) erat et his — F. *ut is*. G.

16) Natuna — cod. uacinia — L. *Vatinia*. G.

hinc Italia ſuperiorque Germania, inde Macedonia et
Thracia[1]) et Epirus; hinc ſinus Adriacus[2]), inde maxi-
mus noſtri orbis amnium Danubius. Sane[3]) hac re- 7
bellione Craſſi literis nunciata remandavit Caeſar, ut
in Ligere[4]), praeclaro amne Galliarum, qui nomen
et aquas in oceanum fert, claſſem navium longarum,
quantam[5]) potest, extruat[6]), gubernatores ac remiges
ex provincia conquirat, ut ipse, cum venerit[7]), his
copiis ad hoſtes oceanum accolentes ſecundo alveo de-
ſcendat. Et idem ipse illico, ut coeli Alpiumque con-
ditio hominibus ullo modo permeabile iter fecit, di-
miſſo Illyrico feſtinantiſſime remeavit in Gallias. Cum
enim haud[8]) dubie[9]) cunctos homines[10]) omni[11]) bel-
lica virtute ſuperaverit[12]), et alios et ſe ipsum ſua illa
incredibili celeritate tranſcendit, quae ſaepe multis in
locis cognita effecit, ut quantolibet abſentem ſpatio
ſemper hoſtes[13]) et praeſentem et imminentem cervici-
bus cogitarent. Nemo unquam expeditior agiliorque
non dicam imperator, ſed viator, fuit. Caeſare igitur 8
reverſo Veneti[14]) Gallique alii, factum ſuum reputan-
tes, qui legatos gentis potentiſſimae barbarica imma-
nitate violaſſent, non ad veniam petendam, ſed ad
vim inferendam ſeſe apparant viciſſimque ſe populi
in bellum alter alterum cohortantur[15]). Neque ſolum
a proximis contrahunt auxilia, ſed etiam a Britannis,
qui oceani aeſtu ſemoti[16]) non magno tamen[17]) inter-
vallo contra illam plagam habitant. Et haec faciunt
non tam armis, quam locis fidentes imperviis[18]) atque

1) Trachea — cod. Tracia — L. *Thracia;* aut, ut poſteriores ſcripſerunt, *Trachia;* ſic *Trachum* pro *Thracum* in inſcriptionibus antiquis. G. — correxi ſecundum XXI, 31.

2) Adriaticus

3) cod. *Sed* e corr.

4) Ligeri — cod. Liggere

5) quantum

6) cod. eſtruat

7) veniat

8) cod. *haut* a m. pr.

9) dubio

10) honores

11) omnium

12) ſuperavit

13) *om.*

14) Venetii

15) coartantur — L. *cohortantur.* G.

16) ſemotu — L. *ſemoti.* G.

17) *om.*

18) *Inperviis* ſic reſcripsi, cum in codice eſſet *ī piciis.* G.

paluſtribus, ubi nec expeditus pedum uſus esſet nec
navium aut equorum, et, ut navigari posſit[1]), ſen-
tientes ſe navibus abundare, quibus egeant Romani.
Dabat inſuper animos aeſtus ille reciprocus, qui alter-
nis[2]) motibus litus[3]) quatit tegitque et enudat[4]), Ocea-
ni incolis notus exteriſque terribilis, navium praeterea
ſnarum robur et armamenta pro qualitate fluctuum
ac[5]) ventorum, quibus agitandae erant ac pulſandae,
propter quae[6]) maris hoſtiumque violentiae perferen-
9 dae multo Romanis navibus aptiores viderentur. Ha-
rum omnium difficultatum nulla Caeſarem latebat:
magna tamen laceſsitus iniuria veritusque, ne, ſi iſta
disſimulasſet, reliquae nationes, ut ſunt animi in ſuper-
biam ac perfidiam proni, inultae[7]) rebellionis exempla
ſequerentur, hoc ſibi nullatenus negligendum[8]) exti-
mabat, ſciens, quam[9]) naturaliter hominibus inſitum
libertatem amare et odisſe ſervitutem, ante alios Gallis
ingenitam levitatem, ut de facili mobiles atque ad ſubita
bella volubiles esſent. Iam per extrema Galliarum prae-
ſagia novitatum variarum multa conceperat. Itaque[10])
ne, ut ſit, motus alii ſuper alios orirentur, esſetque[11])
ubilibet, qui cohortibus[12]) occurreret[13]), per diverſa
10 terrarum diviſit exercitum: Titum Labienum[14]) cum
equitatu magno miſit in Treveros; huic iusſit, ut et
Remis et[15]) amicis aliis in obſequio conſervandis et
Germanis Rheni tranſitu cohercendis[16]) intenderet. Pu-
blium Crasſum cum parte etiam equitatus et duodecim
legionariis cohortibus miſit in Aquitaniam, cui iniunxit,
ut curaret, ne qua inde[17]) in Venetos aut alias Gallia-

1) posſet
2) alterius — F. *alternis*. G.
3) littus motibus
4) nudat
5) et
6) propterque — F. *propterea maris aeſtuumque violentiae*. G.
7) cod. inulta (in fine aliquid deletum est.)
8) negligendi — F. *negligendum*. G.
9) ſcienſque
10) cod. Ita a m. pr. (*que* int. verſ. a m. ſ. habet.)
11) esſentque
12) cohortis — L. *coortis*. G.
13) occurrerent
14) cod. Labinum(-*e*-int. verſ. a m. ſ. habet.)
15) cod. *om.*
16) L. *arcendis*. G.
17) cod. *om.*

rum partes auxilia mitterentur. Titurium[1]) Sabinum
cum tribus legionibus[2]) in Ulnellos[3]) vicinaſque gentes
miſit, quibus omni[4]) ſtudio continendis ut inſiſteret[5]),
imperavit. Decimum[6]) Brutum adoleſcentem claſsibus
praepoſuit[7]), et illi, quae ſe iubente in Ligeri[8]) facta
erat, et illi, quam ſuo quoque inſsu venturam ex Pi-
ctonibus Santoniſque[9]) et ceteris tractus illius officioſis
gentibus expectabat; huic praecepit, ut ad primum
expectatae[10]) claſsis adventum curſum agat in Venetos.
Ipse ad eos cum reliquis legionibus terreſtri praeces-
ſit itinere multiſque paſsim oppidis expugnatis, quae
inexpugnabilia videbantur, coeptis inſtabat alacriter ſpe-
rans pedetentim rem conficere. At Veneti viarum[11]) 11
uſu ac peritia et navium abundanti copia impoſitis in
eas[12]) fortunis ſuis coniugibuſque et filiis, cum prohi-
beri[13]) fuga nullo modo poſsent[14]), liberi[15]) atque[16])
incolumes abibant in oppida alia atque alia, quo Romani
locorum ignorantia et navium penuria non poterant ſe
qui, ibique[17]) ſe iterum atque iterum defendebant, re
ſque in longum ibat et in irritum deſinebat, nec belli finis
ullus oſtendebatur, eoque magis, quo Romanae naves
aliter fabrefactae oceanique fluctibus impares tempeſta-
tibus inſolitis tardabantur[18]). Itaque[19]) rem Caeſar 12
intelligens inefficaci labore praetermiſso claſsem expe-
ctare duxit honeſtius, quoniam[20]) res non vanis[21]) nec
ſe dignis ſubterfugiis, ſed uno[22]) videbatur tranſigenda
certamine. Has inter curas expectata claſsis affuit alto
veniens oceano, quam cernentes Veneti ſuis litoribus

1) Titurum — L. *Titurium*. G.
2) *om.*
3) Iurellos — L. *Unellos*. G.
4) omnium — L. *omni*. G.
5) cod. reſiſteret
6) Decurium — L. *Decimum*. G.
7) propoſuit — L. *praepoſuit*. G.
8) haec duo cod. *om.*
9) Sanctoniſque
10) expectare — F. *expectatae*. G.
11) virium
12) cod. ea
13) inhiberi
14) poſſet
15) et liberi — cod. *om.*
16) et
17) Ibi
18) tradebantur
19) Ita
20) quam praeſente — L. *qua* (*praeſente*). G.
21) vauius — L. *vanis*. G.
22) cod. ymo

propinquantem cum ducentis viginti munitisſimis[1]) navibus illi obviam exiere. Eratque Romanae pugnae ratio difficillima, quod et fortiores esſent et maiores barbarorum naves et turribus altioribus[2]) praeeminebant[3]), unde ex alto pugnantibus illis quaſi iniquis proclium in locis ageretur. Vela quoque et mali et antennae immenſa mole praeſtabant, qui[4]) ſe Romanas naves facile oppresſuros confidebant, et fecisſent, ſi
13 naves navibus concurrisſent. Sed omnia vincit ingenium et virtus. Erant Romanis falces inauditae[5]) magnitudinis, quas cum[6]) artificioſo quodam impulſu rudentibus hoſtium iniecisſent, navigio in adverſum remis[7]) acto et rudentes velut cultri acie tonſorii[8]) ſcindebantur et antennae ſimul ac ſuperba ruebant armamenta fiebantque ſuarum impedimenta navium, quarum fuerant ornamenta ac praeſidia; reſtabatque non navium[9]), ſed virorum pugna[10]), in qua longe ſuperior erat acies Romana; et virtutem inſitam ſpectator eximius excitabat[11]). Cuncta enim in conſpectu Caeſaris agebantur et exercitus circumfuſi, qui litoribus proximos occuparat[12]) colles, in quo bellicarum rerum multi magnique erant iudices, noti omnes bellantium et amici, quorum ſub oculis nec virtus[13]) nec ignavia esſe posſet occulta. Et ſuapte[14]) igitur[15]) natura[16]) viri fortes et his acti ſtimulis ſtrenuisſime rem gerebant, ſic ut brevi fracta hoſtes pertinacia ſpem ſalutis fugae ventiſque committerent. Quibus cum vela credidisſent, quaſi Romanos veriti[17]) ſubito ſiluerunt,

1) minutisſimis
2) *om.*
3) praeminebant — L. *praeeminebant.* G.
4) i. e. quo modo, ſi lectio ſana est.
5) inaudito — L. *inauditae.* G.
6) *om.* — L. *quas cum.* G.
7) remis in adverſo
8) velut culta acie conſorcii — cod. — tonsſorei) — F. *velut cultri acie tonſorii.* G.
9) haec octo (*quarum* etc.) *om.*
10) L. *pugnam, in qua longe ſuperior erat acies Romana, et virtutem.* G. (fruſtra)
11) expectabat
12) occupavit
13) vir — L. *virtus.* G.
14) ſua parte
15) ergo
16) *om.*
17) verti — L. *veriti.* G.

et ſtagnanto freto deſtitutis, quas vehebant, navibus
iners [1]) coeli mariſque tranquillitas conſecuta est, ſic ut
immobiles languentibus vadis ſtarent. Asſecuti Romani,
cum [2]) hora diei quarta esſet, uſque ad occaſum ſolis
incendere ac ferire nunquam vel [3]) momento temporis
deſtiterunt, omnibuſque fere vel exuſtis vel oppresſis
paucae [4]) beneficio vicinae noctis elapsae sunt. Hoc proe- 14
lio non modo flos iuvenum Venetorum, ſed provectae
etiam aetatis conſilium ac virtus [5]) intercidit. Perditis
ergo viris ac navibus et omni [6]) inſuper ſpe amisſa ſe
ſuaque Romanorum poteſtati atque arbitrio commiſere.
Hos Caeſar contra ſuum [7]) morem tractavit immitius [8]),
ut barbaros a violandis legatis exemplo ſupplicii de-
terreret: ſenatum [9]) morte, populum [10]) ſervitute, poe-
na bonis animis graviore, multavit. Sic cum Venetis
debellatum; qua victoria non ipsi tantummodo ſubacti,
ſed maritima ora omnis ad obſequium redacta erat.
Ecce autem alia ex aliis bella conſurgunt. Titurius 15
Sabinus insſu Caeſaris in [11]) Ulnellorum [12]) fines intro-
ierat [13]), apud [14]) quos tunc ſummae rerum praeerat [15])
Viridonix [16]). Multae in circuitu civitates a Romanis
defecerant, quarum aliquae ſenatum ſuum [17]), quod
neque defectioni [18]) neque bello conſentiebat [19]), interſe-
cerant. Latronum quoque manus ingens partim bello,
partim praeda eliciente [20]) dimiſſo agriculturae ſtudio
ſeſe iſtis adiunxerant, e [21]) quibus omnibus magnus
exercitus iam in armis erat. Sabinus, locum caſtris
aptisſimum nactus [22]), intra vallum ſuos lacesſitus ſaepe

1) mira
2) cum iam
3) ullo
4) pauco — L. *paucae*. G.
5) fructus
6) omnium
7) *om.*
8) inimicius
9) ſenatum ergo
10) cod. ac populum (*ac* e corr.)
11) *om.*
12) Unellorum
13) cod. introirat
14) cod. aput
15) *om.* — Deest *praeerat*. Dein lege *Viridovix*. G.
16) cod. Viridonis
17) *om.*
18) defectio — L. *defectioni*. G.
19) conſentiebant
20) illiciente
21) *om.*
22) cod. tractus (in m. ab alia manu *metatus*)

licet ab hoſtibus continebat, ut iam non hoſtium modo, ſed ſuorum in contemptum paulatim incidisſet.
16 Ipse vero non id metu[1]) alio ſaciebat, niſi quod abſente[2]) Caeſare tanta cum multitudine congredi, quiſquis exitus ſequeretur, ne temeritati tribui posſet potius, quam virtuti, anxius ſuſpenſuſque erat animo. Ubi ſe ſperni autem intellexit, pugnare tandem, ſed inprimis[3]) contemptum huiuſcemodi, quantum posſet, exaggerare[4]) diſpoſuit. Itaque Gallum quendam, ſibi perſamiliarem[5]) verſutumque hominem, noctu hoſtium[6]) in caſtra transſugere iubet et, quid[7]) fieri velit, edocet. Paret ille et origine[8]) dictis aſtipulante[9]) fidem meritus coepit hoſtibus ſuadere, et animis credulis[10]) facile perſuaſit, primo quidem, Venetorum in finibus Caeſarem extremis periculis circumventum, deinde, in Romanis caſtris hinc ſama ducis, hinc hoſtium praeſentia tantum esſe formidinis, ut de nocturna agitent fuga, qua et Caeſarem adeant ducique indigo[11])
17 opem ferant et inſtantibus ſeſe malis eripiant[12]). Id cum publice creditum esſet (est enim[13]) non vanis modo, ſed omnibus, inſitum, ut, quod valde cupiunt, facile etiam credant), totis pasſim caſtris una omnium vox audiri, providendum modis omnibus, ne tam felix occaſio per ignaviam dilabatur. Exercitus inſtantia victi duces ſurori publico manus dant. Diſcurritur hac illac, et conſenſu ducum ſarmentis variaque materia ex agris collecta ad implendas foſſas et in caſtra penetrandum onuſti et curſu et ſarcinis defesſi[14]) omnes redeuntes grave opus ſupraque ſuas vires Romana caſtra ad laboris cumulum in alto impoſita[15]) invadunt, haud du-

1) motu
2) cod. abesſente (-*es*-deletis)
3) f. in praeſens — cf. II, 12.
4) aggregare
5) familiarem
6) *om.*
7) quod
8) cod. originem (-*m* punctis deleta)
9) cod. obſtipulante
10) crudelis — *L. credulis*. G.
11) *om.*
12) cod. arripiant
13) etenim
14) cod. defensſi
15) poſita

bii, Romanos praeter fugam aut deditionem nihil au-
ſuros. Sed[1]) feſellit gentem credulam vana[2]) ſpes.
Nam Sabinus ſuis militibus valida exhortatione firma-
tis et pugnam vehementer optantibus erumpendi ſignum
dedit. Qui cum ſubito praeter ſpem hoſtium eru- 18
piſſent idque duabus ſimul portis, et virtute atque ex-
perientia bellandi et natura loci et laſſitudine hoſtium
adiuti, integri ipsi virium et quiete recreati, ſundunt
illos facile proſternuntque. Quo metu non modo, qui
evaſerant ex proelio, ſed vicini etiam, ſe Romanis de-
didere[3]); ſunt enim Galli iucundis bellis promptio-
res, quam adverſitatibus tolerandis. Et forte ita acci-
dit, ut una eademque[4]) die et Sabinus Caeſaris et Cae-
ſar Sabini victoriam audiret. Per hos ipsos dies Pu- 19
blius Craſſus in Aquitaniam miſſus a Caeſare, quamvis
adoleſcens, ſenilibus animum exercebat curis et ſecum
cogitans in his terris multa illis annis adverſa Romanis
accidiſſe multa ſibi utendum prudentia ſentiebat. Aſ-
ſumpta igitur primum ſollicitudine rei frumentariae
atque equitatus comparandi, quod eae gentes[5]) plu-
rimum eo genere virium pollere dicebantur, multis
equitibus[6]) et[7]) fortibus[8]) viris expreſſim Tho-
loſa ac Narbona, amicis urbibus, accerſitis, cum iam
virium ſatis eſſet, Sontiatum fines ingreditur. Illi au-
tem, non contenti hoſtem expectaſſe, progreſſi obviam
et Romanos[9]), hinc eorum paucitatem, hinc ducis ae-
tatem contemnentes, in itinere ſunt aggreſſi[10]). Spe[11])
autem in contrarium verſa equitatus eorum, cui unice
fidebant, Romano funditur equitatu, caeſiſque quam-
plurimis[12]) eodem impetu Craſſus oppidum hoſtium[13])
invadit multamque post reſiſtentiam datis ad extremum

1) *om.*
2) crudelam una — L. *credulam vana.* G.
3) cod. dedire
4) una et eadem
5) cod. quod egentes
6) cod. equitatibus
7) cod. *om.*
8) fortioribus
9) F. *cum Romanis.* G.
10) congreſſi
11) Saepe — L. *Spe.* G.
12) cod. quampluribus
13) hoſtium opidum

20 armis et obſidibus per deditionem cepit. Erant[1]) tunc in Gallia, qui nunc neque ibi neque alibi uſquam ſunt, homines tantae in amicitiis fidei tantaeque conſtantiae, ut cum iis, quorum ſe amicitiae devoviſſent[2]), omnem ſubire fortunam et[3]) ad ultimum etiam mori vellent neque post illos[4]) vitam ullam pati poſſent, quin, ſi mori aliter non daretur, mortem ſibi ipsi manu propria conſciſcerent[5]), mirum genus, multum his modernis, amicitias utilitate metientibus[6]), adverſum; neque quiſquam ex eo numero inventus a ſeculis ferebatur, qui hoc facere renuiſſet. Vulgo Soldurios[7])
21 vocitabant. Ex his ſibi ſexcentos Adiatarius[8]), princeps gentis, beneficiis et fide paraverat, cum quibus inter ipsam deditionem, quae illi utique non placebat, eruptionem in Romanos fecit, ita ut improvidos repentina ſpecie pene[9]) turbaverit: ſic devoti omnes morti in proelium ruebant. Reverſis[10]) tamen[11]) ad ſe militibus Romanis, cum aliquamdiu graviter pro hoſtium[12]) paucitate pugnatum eſſet, ſuo[13]) cum duce victi orantesque cum populo deditionem[14]) dux ac[15]) Soldurii
22 ſunt recepti. Dehinc Craſſus in ulteriora progrediens vicinarum gentium conſpirationibus magnis excipitur, ita ut etiam ab Hiſpanis oris[16]), quae proximiores bello erant, per legatos auxilia peterentur et duces eligerentur ex iis, qui ſub Quinto Sertorio[17]), rebelli[18]) quidem, ſed Romano duce, longo[19]) uſu militaris ſcientiae magiſterium adepti bella gerere prorſus Romano more didicerant, loca idonea capiendo[20]), caſtra com-

1) cod. Erat
2) devenisſent — F. *devoviſſent.* G.
3) cod. *om.*
4) eos
5) cod. conſtituerent
6) mentientibus — L. *metientibus.* G.
7) cod. Soldirios
8) Adiaterius — In Caeſ. libris dicitur *Adcantuanus.* G.
9) pene repentina ſpem — F. *ſpecies.* G.
10) Reverſus — F. *Reverſis.* G.
11) *om.*
12) hoſte — F. *hoſtium.* G.
13) cod. ſuoque
14) in deditionem
15) atque
16) horis — L. *oris.* G.
17) cod. Seſtorio
18) rebelle
19) haec duo (duce, longo) *om.*
20) capiendi — L. *capiendo.* G.

muniendo, commeatus hoſtium impediendo, acies in-
ſtruendo, praeſidia diſponendo, proelio ac receptui ca-
nendo omniaque[1]) ſuis horis ſuiſque[2]) ordinibus fa-
ciendo. Quae Craſſus cuncta conſpiciens cogitanſque, 23
quod erat, ſe propter ſuorum paucitatem non poſſe
diutius hoſtium conſiliis atque artibus obſtare, pugnae
fortunam experiri ſtatuit. Quam rem cum ad conſi-
lium reiecisſet idque ipsum omnibus viſum esſet, ma-
ne proximo in[3]) aciem eduxit, expectans, ut in
proelium hoſtes egrederentur. Illi vero, etſi de victo-
ria non diffiſi[4]), tutius tamen rati ſunt ſine proelio
vincere, quod per frumenti penuriam eventurum ſpe-
rabant, propter quam ſi Romani loco cederent[5]), il-
lorum[6]) tergis inſtare decreverant. Hac[7]) ſpe caſtris
ſe tenebant neque pro victoria obſidionis infamiam
recuſabant[8]). Romani hoſtium tarditatem non conſi- 24
lio imputantes, ſed pavori, et hortante duce et militibus
pugnae ſignum una voce poſcentibus ſigno dato caſtra
aggrediuntur. Quo in actu auxiliares, in quibus ad proe-
lium[9]) modicum ſpei erat, misſilibus ſuggerendis, foſ-
ſis implendis atque[10]) aggeribus convectandis[11]) multi-
plici opere occupati ſpeciem[12]) maioris exercitus exhi-
bebant; addebatque error hic animos Romanis atque
hoſtibus minuebat. Utrimque tamen pugnabatur aſper-
rime, dum eccc equites quidam Craſſo nunciant caſtra
hoſtium ab[13]) adverſa parte negligentius cuſtodiri. Is[14])
praefectos equitum eo mittit[15]). Illi autem his cohor-

1) omnia
2) et ſuis
3) *om.*
4) cod. defixi
5) crederent — L. *cederent*. G.
6) *om.*
7) ac — L. *hac*. G.
8) recubant — L. *recuſabant*. G.
9) haec duo cod. *om.*
10) *om.*
11) connectentibus — L. *convectendis*. G. — *connectendis* Lem. infelici ſuccesſu errorem corrigens, qui notam Graevii corrupit. Graevius haud dubie verum viderat: certe IIII, 23. et XV, 36. non offendit in verbo *convectare*, quo noſter praeterea uſus est Ep. rer. ſen. L. VIIII. ep. 1. p. 846: quia ſcilicet vinum Benuenſe convectat (ſc. Rhodanus).
12) ſpem — Lege *ſpeciem* e Caeſ. III, 25. Oud. mſ.
13) cod. *om.*
14) cod. his
15) eq. committit — L. *eo mittit*. G.

tibus, quae caſtrorum praeſidio ſubſederant[1]), a vulneribus et labore integris, longe[2]) a[3]) conſpectu hoſtium circumductis partem illam caſtrorum improviſi[4]) adeunt, et ante, quam ſentirentur, vallo disiecto mediis caſtris cum caede clamor exoritur. Territi hoſtes repentinis malis[5]) obmisſa[6]) partis alterius defenſione diffugiunt. Romanus illos[7]) equitatus locis campeſtribus[8]) asſecutus obtruncat, ita ut[9]) ex quinquaginta milibus Aquitania Cantabriaque[10]) collectis vix quarta pars proelio ſuperesſet[11]). Quo metu diffuſo pars maxima populorum circumſtantium ad deditionem venit, fecisſentque idem omnes, niſi inſtantis bru-
25 mae ſpes negotium diſtulisſet. Haec Caeſar per legatos ſuos agebat in Galliis[12]); ipse autem a Venetis in Menapios procesſerat[13]) extremoſque hominum Morinos, ut ait Maro, quod hae[14]) duae gentes nec legatos[15]) ad ſe miſerant et in armis erant. Et quamvis hiems[16]) adventaret, ſperans tamen modici temporis opus esſe rem aggreditur. Erat autem longe alia, quam crederetur, belli ratio[17]). Audientes enim[18]) maximas atque creberrimas victorias Romanorum non armis, ſed latebris, decreverant ſe tueri. Itaque ſe[19]) ſuaque[20]) omnia in paludibus ac ſilvis abdiderant, iuxta quas dum caſtra exercitus Romanus attolleret, illi ſubito quaſi ab inferis emergentes effuſos atque in operibus impeditos diverſis viis disſoniſque clamoribus
26 invadunt. Romani impigre opere intermisſo et armis[21])

1) ſubederant — L. *ſubſederant*. G.
2) cod. longo (e corr. - *o*)
3) cod. *om.*
4) inproviſo
5) malmis — L. *malis*. G.
6) omisſa
7) ille — L. *illos*. G.
8) conpeſtribus
9) *om.*
10) e Quitania Cantaberaque — L. *ex Aquitania et Cantabria*. G.
11) L. *ſuperfuit*. G.
12) haec duo *om.*
13) praecesſerat
14) cod. hee
15) haec duo *om.* — Deest *minime*. *Mittere* autem est legatos mittere. G.
16) *om.* — (cod. yhens) — Addo *hiems*. G.
17) ratio belli
18) etiam — et ita cod., quod ferendum non videbatur.
19) *om.*
20) ſua
21) *om.*

arreptis[1]) in illos impetum fecere eosque in silvas redegere[2]), paucis inter vepres perditis, multis hostium interfectis. Ex[3]) tunc Caesar silvestri materiae caedendae et in morem valli ad tutelam suorum circumducendae operam dabat, ne clandestinis eruptionibus premerentur. Sed iam hiems aderat et[4]) ingentibus ac perpetuis imbribus impedita res est vetitique milites sub pellibus agere. Victor ergo hominum, sed naturae cedens[5]), incensis ac vastatis finibus hostium cum exercitu in Aulercios[6]) Lexoniosque[7]) in hiberna concessit.

CAPUT VIIII.

His temporibus Germanorum turbae ingentes Rhenum metu pellente traiecerant[8]), fessae bellis assiduis atque importunitatibus et iniuriis Suevorum, quae gens maxima belloque potentissima omnium Germanorum et olim fuisse legitur et nunc esse dicitur. Quorum de moribus multa quidem a scriptoribus rerum memorata praetereo, quoniam[9]) apud eos et apud omnes[10]) fere homines mutati sunt mores, quaeque iacturarum pessima est, prope semper in deterius. Horum, ut sileam reliquos, illum saltem morem video mutatum: nempe vinum aetate Iulii Caesaris abhorrebant, quod[11]), ni fallor, hodie[12]) non abhorrent[13]). Hi vicinitatis atque adeo[14]) humanitatis impatientes omnes finitimos

1) Adde *armis*. G.
2) redigere — L. *redegere*. G.
3) Et
4) ac
5) cedent — L. *cedens*. G.
6) cod. Aulercios — *ci* punctis deleta et a m. s. *n* superscripta.
7) cod. Lexioniosque — L. *in Aulercos Lexoviosque*. G.
8) traiecerent — L. *traiecerunt*. G.
9) memorata. praeterea quum
10) haec tria cod. *om*.
11) Videtur addendum *nunc*. G.
12) *om*.
13) abhorrerent
14) *om*.

populos aut tributarios fibi effecerant aut prorfus ex-
pulerant. Itaque ad unam partem finium Suevorum
fuisfe traditur ingens atque incredibilis folitudo [1]), id-
que fibi tunc magnae gloriae afcribebant. Nunc etiam
per eorum fines et fufpectae multis in locis folitudi-
2 nes (expertus loquor) et ambiguum [2]) iter est. Hos igi-
tur Germanorum populos a Suevis pulfos cum in Galliis
confedisfe Caefar audiret, Gallorum veritus levitatem,
qui more frondium vento quolibet agitantur et merca-
tores et curfores more patrio [3]) manu prehendunt de-
tinentque et, unde veniant et quo pergant et quid
novi afferant, percunctantur [4]) reguntur que rumoribus
faepe [5]) etiam falfis et faepe his moti ea deliberant,
quorum mox poeniteat, haec [6]), inquam, veritus
Caefar, ne famae cuiufpiam flatibus moverentur et
a [7]) Romana fide defifterent, aeftate non expectata ad
exercitum venit et invenit vera fe timuisfe: misfos le-
gatos a Gallis ad Germanos, invitantes hortantefque, ut
a laeva Rheni, ubi fubftiterant, abfcederent feque infer-
rent in intima Galliarum; nihil eis defuturum omnium,
3 quae [8]) petisfent. Motus his Caefar, fed disfimulans,
Gallorum principibus ad colloquium evocatis benignis
orationibus leniit [9]) firmavitque [10]) animos atque edixit,
equitatum [11]) quem ex debito tenerentur [12]), ut paratum
in armis haberent; esfe enim fibi animum ad liberan-
das Gallias ab incurfu [13]) Germanico proficifci. Quic-
quid ille praeceperat, adimpletum est non obedienter
4 modo, fed libenter: ea est facilitas animorum. Dum
inftructis ergo paratifque omnibus iter arripuisfet iam-

1) folicitudo — (correxerunt Oud. et Lem.)

2) cod. in anbiguum

3) proprio

4) percontauiur — cod. praecuntantur

5) *om.*

6) hoc

7) *om.* — F. *et a R. f. defcifcerent*. G. — Lenis quidem mutatio; fed tamen ita nofter de ignor. ful p. 1037: fic a fuo defiftunt feu deerrant duce.

8) *om.* — Adde *quae*. G.

9) Adde *eos*. G.

10) Firmavit

11) equitum — L. *equitatum*. G.

12) Deest verbum *praeftare*, aut fimile. G. imo fupple *paratum habere*.

13) incurfo — L. *incurfu*. G.

que ad caſtra hoſtium paucorum dierum[1]) itinere propinquaret, legatos barbarorum obvios habuit, quorum primus in hanc ſententiam verba fecit: Neque Germani, inquit, o Caeſar, bellum inferunt Romanis neque, eis ſi Romani bellum inferant, recuſant. Mos est noſter a maioribus per manus nobis traditus bella moventibus obſtare, nullum ob hanc cauſam precari. Suevis ſolis nos impares confitemur, quibus ne ipsi quidem[2]) coelites pares[3]) ſint[4]). De reliquo mortales omnes vincere poſſe confidimus. Unum non humile[5]), ſed ut iuſtior cauſa noſtra ſit, dicimus, veniſſe nos in Gallias non ſponte, ſed coactos; profugos, domo pulſos, aliquo pergere neceſſe[6]) fuiſſe. Si Romani velint, poſſe eis[7]) amicos eſſe non inutiles. Ad id ſane duorum altero opus eſſe, ut aut terras eis, quas inhabitant[8]), largiantur aut poſſidere, quas armis quaeſierint, patiantur. Ad haec Caeſar inter multa reſpondens nullam eis[9]) poſſe ſecum amicitiam ait eſſe[10]), niſi quamprimum Galliae[11]) finibus emigrarent, neque ſatis ſe mirari poſſe, quaenam eſſet iſta ratio, ut, qui ſua defendere non valerent, invaderent aliena, quaſi ad iniuriam inferendam, quam ad defendendam iuſtitiam, fortiores, cum fortioribus viris vires addere ſoleat animoſque defenſio ſuſcepta iuſtitiae. Neque vero eſſe agros ullos in Gallia, qui tantae hominum multitudini aſſignari poſſint ſine iniuria poſſeſſorum. Eſſe autem apud ſe aliarum gentium legatos, inprimis Ubiorum[12]), amicorum populi Romani[13]), de Suevorum violentia conquerentes opemque poſcentes: poſſe eos cum illis habitare, donec utriſque conſultum ſit. Se Suevis[14]) imperaturum, ut ab eorum offenſionibus

1) cod. *om.*
2) *om.*
3) cod. impares
4) cod. ſunt
5) ut humilior
6) neceſſarium
7) cod. eos
8) ſ. inhabitent
9) illis
10) eſſe amicitiam ait
11) cod. Galliis
12) Vibiorum — L. *Ubiorum*, et ſic inferius *Ubiis* pro *Vibiis*. G.
13) cod. R.
14) l. *ſeſe Ubiis*. V. ad Caeſ. p. 178. Oud. mſ.

6 abſtineant. Legati ſe post triduum redituros reſponſumque ſuae gentis relaturos cum dixisſent, popoſcerunt, ne caſtra interim promoveret. Senſit fraudem Caeſar; equitatus enim partem magnam trans Moſam[1]) amnem frumentatum ab iis misſam ſenſerat, quam hoc[2]) ſpatio temporis expectabant. Itaque, quod peterent, ſe facturum negavit procesſitque, et cum iam nonniſi[3]) duodecim milia pasſuum diſtaret a barbaris, legati id[4]) ipsum poſcentes inſtantius occurrerunt, idque cum iterum negasſet, pecierunt, ut ad ſuos equites, qui praeibant, mandaret proelio abſtinere, donec ipsi legatos ad eos, quos in eadem conditione cum Suevis esſe diceret[5]), deſtinarent, ut foedere cum eisdem icto ſimul Caeſaris conſilio uterentur. Ad haec exploranda ac[6]) ſirmanda cum Ubiis[7]) triduo etiam opus esſe. Intellexit Caeſar hanc quoque[8]) petitionem eodem ſpectare, quo primam, reſpondit tamen ſe de[9]) die[10]) illo non amplius, quam quatuor milia pasſuum, progresſurum; illic die proximo adesſent, cum quibus de illorum petitione disſereret. Equitibus nihilominus iam praegresſis[11]) mandavit, ne hoſtes invaderent; quodſi ab illis invaderentur[12]), uſque ad ipsius adventum impetum[13]) ſuſtine-
7 rent. Equites iusſu Caeſaris[14]) accepto et qui apud eum[15]) legatos hoſtium vidisſent[16]), tanquam in pace ſecuri ibant et incauti: fidei ſignum, non prudentiae. Id cum hoſtes animadvertisſent[17]), quam[18]) nu-

1) cod. Moſan
2) cod. *om.*
3) niſi
4) ad — et ita cod. — L. *id.* G.
5) deberet — L. *diceret.* G.
6) et
7) Vibiis
8) quoque Caeſar hanc
9) L. *die.* G.
10) *om.*
11) progresſis
12) cod. invadarentur
13) ipse tamen — L. *ipsi* (*tamen*). G.
14) ducis
15) *om.*
16) vadisſent — F. *et qui apud Caeſarem legatos hoſtium vidisſent.* G.
17) advertisſent
18) L. *quamquam.* G. Voſſ. ad Caeſ. p. 182. Oud. mſ. — Pro *quamquam* noſtrum *licet* poſiturum fuisſe credo. *Quam* haud ineptum est. cf. Ep. rer. fam. L. VI. ep. 1. p. 657: tu vale et quam ſidelibus conviciis aurem praebe.

mero longe impares repentino impetu inveeti quadringentos feptuaginta ex eis occiderunt, reliquos in fugam verfos infequi non prius defierunt, quam ad confpectum Caefaris est perventum: ibi demum perfecutionis fugaeque[1]) finis fuit. Memorabilis inter caefos eafus extitit[2]) Pifonis, qui vir fortis ac nobilis ex Aquitania amator[3]) populi Romani[4]) et amicus dictus a fenatu, cum germano proprio ab hoftibus intercepto opem ferens illum quidem periculo liberasfet, vicc eius detentus inter turbam atque equi vulnere ad terram datus aliquamdiu pedes animofisfime fe defendens victus tandem[5]) concidit. Id eum frater iam proelio digresfus agnofceret, equo ftimulis adacto medios in hoftes rediit ibique fortiter dimicans occubuit. Ad hunc modum duo fimul fratres egregii mutua pietate periere.
Caefar circumventum fefe dolis[6]) dolens, nullos iam 8
legatos hoftium audiendos, nullam conditionem pacis admittendam neque vel modicum differendum ratus, dum copiae hoftium iungerentur, fimul illud intelligens, apud leves Gallorum fragilefque animos hoftilem fraudem virtutis opinionem et virtutis nomen facile reperturam, ftatuit omne hoftibus confultandi fimulque et Gallis falfam opinionem confovendi fpatium celeritate praeripere. Confilio igitur advocato, dum 9
propofitum fuum illis[7]) aperit, ecce de transverfo legati hoftium, quibus profpere fraus prima fuccesferat; nec priores illi tantum[8]), fed principes gentis et feniores omnefque, in quibus fumma erat apud illos auctoritas, ad Caefarem in caftra perveniunt, vel excufaturi praeteritas fraudes, vel novas, fi liceat, innexuri. Quos ubi Caefar afpexit, nulla penitus de 10
re auditos illico capi iusfit fimulque inftructo[9]) iter

1) fugae — F. *ac fugae.* G.
2) cod. eftitit
3) cunatom — Graevius ftellulam praepofuit — cuius avus Lem. omisfa paullo post *et.*
4) cod. R.
5) cum — L. *tandem.* G.
6) dolis fefe
7) illud fuum
8) tamen
9) infecuto

exercitu festinus arripuit, in quo ordinando nuper vi-
ctos equites in extremo posuit, ne forte reliquiae pri-
diani [1]) metus aliquae superessent, quibus etiam intre-
pidi afflarentur. Sic ad hostes generosae plenus irae
et degeneris memor iniuriae properabat, et octo mi-
lia passuum dicto citius emensus ante[2]) illis[3]) appa-
ruit, quam[4]), quid[5]) de legatis suis[6]) esset, quidve
de hostibus, scire aliquid potuissent: subita re turbati
neque arma neque consilia capiendi spatio relicto[7]),
an hosti occurrerent, an castra defenderent, an salu-
tem[8]) fuga quaererent, incerti stupidique[9]) haere-
11 bant. Cognita trepidatione hostium ex[10]) fluctuatione
hominum ac signorum Romani milites et illorum per-
fidia et hortatu sui ducis impulsi castra pervadunt.
Pauci armati paratique[11]) restitere, alii autem et[12]) in
finem[13]) omnes fugam arripuere. Immisso post eos
equitatu magna eorum[14]) in itinere strages fuit. De-
hinc agmine perpetuo ad confluentem Rheni ac Mo-
sae[15]) delati, cum se metu insequentium in oppositum
amnem iniecissent, et lassitudine et pavore et impetu
12 alvei superante demersi sunt. Ita pene omnes partim
pugna, partim fuga, partim aqua consumpsit, cum
essent hominum milia[16]) quadringenta[17]) ac triginta[18]).
Sua in castra reversus Caesar incolumi exercitu (mirum
dictu) tanto ex bello paucis tantummodo vulneratis,
cum legatos reliquosque, quos capi iusserat, invenis-
set, absolvi fecit et, quo vellent, abeundi tribuit li-

1) praedani — L. *pridiani*. G. — praedicti Lem.
2) *om.*
3) illud — F. *quam illis apparuit, quid de legatis suis esset, quamve de hostibus*. G.
4) *om.*
5) quidquid
6) cod. *om.*
7) relicti — L. *relicto*. G.
8) satem — L. *salutem*. G.
9) stupidi
10) et
11) parati armatique
12) *om.*
13) F. *infamem*. G. — cf. ad XXIIII, 46.
14) horum
15) et orae — F. *Mosae*. G.
16) milia hominum
17) quadraginta — cod. quadringenta (syllaba *drin* a m. f. in lacuna scripta) — L. *quadringenta*. G.
18) cod. trigenta — in m. a m. f. *l'quadraginta et tringenta*

centiam. Illi vero Gallorum propter attritos[1]) fines iracundiam metuentes apud Caesarem residere muneris instar optarunt, quos ille secum[2]) magnanimus concessa libertate detinuit.

CAPUT X.

Post haec Caesar modis omnibus transire Rhenum disposuit[3]). Multae eum impellebant causae, tres inprimis. Nam et operae pretium extimabat, ut Germani, qui cotidie in Gallias transire sibi consuetudinem fecerant, suarum metu rerum domi continerentur, ubi adverterent[4]) exercitum populi Romani[5]) posse et audere Rhenum transnatare, neque semper assuescerent[6]) invadere, sed invadi etiam interdum. Deinde, quod pars illa Germanici equitatus, quam[7]) 2
praedandi causa trans Mosam missam proximo proelio non interfuisse memoravimus, trans[8]) Rhenum audita suorum clade confugerat seque Sicambris adiunxerat, a quibus Caesar cum per nuncios postulasset, ut eos, qui Romanis simul ac Gallis bellum moverant[9]), sibi redderent, responderunt imperium populi Romani[10]) Rheno terminari; si Germanos in Galliam[11]) transire ad iniuriam traheret, cur minus iniuriosum duceret trans Rheni metas imperium extendere? Quamquam barbarica ista responsio coloris fortasse aliquid[12]), sed nil penitus rationis habuerit; non enim trans Rhenum imperium petebatur, sed ut cis

1) Attoritorum — F. *occupatos eorum.* G.
2) secum ille
3) Rhenum transire disponit
4) cod. averterent
5) cod. R.
6) assuescere
7) cod. a m. pr. *om.*
8) cod. et trans
9) moverent
10) cod. Ro.
11) Gallia — L. *in Galliam.* G.
12) aliud — L. *aliquid.* G.

Rhenum iniurioſe geſta punirentur; niſi forte illud[1])
ſibi barbaries[2]) inſolens uſurpabat, ut, qui ad eam
confugisſent, inviolabiles haberentur, quae[3]) brevi
non modo alios, ſed ſeipsam ſalvam facere non potuit.
3 Tertium[4]) erat, quoniam Ubii, ſoli ex transrhenanis
Romanorum in amicitiam recepti, affectuoſisſime de-
precabantur[5]), ut eis Romanus imperator adverſus
Suevos aut mitteret aut ferret[6]) auxilium. Nam ſi
ipse[7]) forſitan tranſire[8]) non posſet rei publicae ne-
gotiis[9]) occupatus, ſatis abundeque illis esſe praeſidii
in ſolius exercitus ſui[10]) fama, quae post devictum
Arioviſtum[11]) atque ultimum hoc proelium confectum
tam late per Germaniae[12]) extrema diffuſa esſet, ut
ſub eius umbra nominis tutos ſe esſe posſe confide-
rent. Navium vero ad tranſitum affatim[13]) ſibi esſe
4 ne[14]) dubitaret. Et[15]) Caeſar quidem his[16]) de cauſis
ac fortasſe aliis tranſitum[17]) exoptabat, ſed tranſire
navibus neque ſat[18]) tutum neque vel ſibi vel populo
Romano[19]) ſatis honorificum iudicabat[20]) animumque
ideo ad ſtructuram pontis intenderat, tametſi difficul-
tatem maximam fluminis impetus profunditaſque et
latitudo praetenderent. Sed nil volentibus arduum.
Diſpoſuit firmavitque vel nullo modo alio vel ponte
tranſire, vicitque omnium[21]) rerum perplexitatem ope-
roſisſimi atque ardentisſimi ducis induſtria atque obſe-
5 quentisſimi durus labor exercitus. Ponte igitur brevi
tempore mira arte perfecto traduxit armatas legiones
primuſque Romanorum, ſicut ſcriptum est, Germanos,

1) *om.*
2) barbareis — L. *barbaries*. G.
3) qui — L. *quae*. G.
4) Certius
5) precabantur
6) cod. praeferret
7) *om.*
8) transferre — F. *transferre ſe*. G.
9) cod. *om.*
10) *om.*
11) Arioiuſum — cod. ambigue, ut plerumque — L. *Arioviſtum*. G.
12) Galliae — F. *Germaniae*. G.
13) cod. *om.*
14) non
15) cod. *om.*
16) iis quidem
17) cod. *om.*
18) ſatis
19) cod. Ro.
20) cod. indicabat
21) omnem

qui trans Rhenum incolunt, aggresfus maximis affe-
cit[1]) cladibus. Sed fequor ordinem. Praefidio vali-
disfimo ab utraque pontis parte dimisfo primus illi
post Rheni tranfitum in Sicambros fuit impetus, qui
fuperbe Romani fines imperii Rheno amne praefcri-
pserant. Eo[2]) pergenti multarum urbium legationes[3])
occurrerunt amicitiam pacemque petentium, quibus
omnibus benigne refpondens Caefar obfides imperavit.
Sicambri autem, ut est magna pars hominum verbis, 6
quam factis, animofior, mox incepti fama pontis au-
dita quorundam, qui apud eos verfabantur, quibus
Romana notior virtus erat, confilio atque hortatu de-
fertis urbibus cum fortunis fuis omnibus in folitudi-
nes ac filvarum interiora confugerant. Caefar hoc
iam[4]) pridem tardum et difficile belli genus expertus
et plus taedii habens[5]), quam periculi, tempus inuti-
liter non terendum[6]) ftatuit. Pervaftatis ergo vicis
rebufque hoftium, quo vel ferrum potuit vel flamma
pertingere, ad Ubios, hoc est, ab hoftibus ad amicos,
tranfiit expectatus atque[7]) optatus. Apud[8]) eos vero
moram trahens propofitum et confilia didicit Suevo-
rum[9]). Ea erant huiufcemodi: Accepto enim tranfitu 7
Romanorum, quorum fama virtutis iam cuncta com-
pleverat, nuncios ad omnes fuae gentis circumquaque
direxerant[10]). Unum omnibus praeceptum, ut urbi-
bus atque oppidis derelictis[11]) coniuges filiofque, et
quicquid eis earum esfet, in filvis, quae immenfae il-
lis erant, reconderent; viri omnes armipotentes[12]) certo
loco Sueviae[13]) in medio ex omni undique regione

1) maximas effecit — F. *maximis affecit.* G.
2) Et
3) legiones — *legationes* Dav. ad Caef. p. 191. Oud. mf. — (legationes Lem.)
4) *om.*
5) iis — cod. *hñs* ita exhibet, ut *hiis* videri posfit. — F. *esfe.* G.
6) tenendam — L. *terendum.* G.
7) cod. ac
8) ad — L. *apud.* G. Sed vide ad Caef. p. 95. Oud. mf.
9) Suevorum didicit
10) din rexerant — cod. dirrexerunt — F. *direxerant.* G.
11) deelectis — F. *relictis.* G.
12) armiportantes — L. *arma portantes.* G.
13) Suevae — L. *Sueviae.* G.

confluerent[1]), ibi Caeſarem expectarent acieque confli-
8 gerent. Caeſar autem, quam ob cauſam[2]), neſcio, ſed
opinor[3]) tantum virum nil ſine certa ratione[4]) voluiſſe,
contentus in praeſens adventu[5]) ſuo Ubios[6]) obſidione
liberaſſe ac reipsa oſtendiſſe Germanis Rheni tranſitu
Romanos neque metu neque difficultate prohiberi,
quominus et amicis opem ferant[7]) et hoſtibus ultio-
nem, nonniſi decem et[8]) octo diebus actis in Germa-
nia rediit in Gallias pontemque post tergum fregit,
ne ab hoſtibus frangeretur.

CAPUT XI.

Creſcentibus in dies bellis atque periculis creſcebat
ſimul ducis animus et, attritu[9]) velut aurum, ſplen-
didior fiebat, quove plus difficultatum, eo[10]) plus ſpei
erat. In omnibus quidem bellis, quae per eum in
Galliis ad id tempus geſta erant, miſſa hoſtibus auxi-
lia a Britannis agnoverat. Id indignans ad eos ire di-
ſpoſuit et, quamvis extremum iam tempus eſſet aeſta-
tis, quae illis in regionibus propter viciniam[11]) ſe-
ptentrionis est brevior, ne quid tamen otioſi temporis
ageret, inſulae ſtatum moreſque hominum explorare
2 primum[12]) ſtatuit. Quod cum neque per homines[13])
Gallos, quibus loca illa nondum plene[14]) nota[15])
erant, neque per mercatores ipsos, qui nonniſi lito-

1) cod. camfluerent
2) quam tamen
3) opinioni
4) *om.* — F. *quam tamen neſcio ob cauſam, ſed opinor tantum virum nil ſine certa ratione.* G.
5) ad — F. *adventu ſuo.* G.
6) Vibios
7) ferant opem
8) *om.*
9) a tritu — cod. atritu — L. *attritu.* G.
10) eo et
11) vicioam — L. *viciniam.* G.
12) *om.*
13) communes — cod. omnes (ioitio aliquid deletum est) — L. *homines.* G.
14) plena — F. *cognita.* G.
15) *om.*

reas[1]) terras easque non omnes, sed tantum Galliae
oppositas, adibant, fieri[2]) posset, Gaium Volusenum
una cum longa navi eo[3]), quid agere illum velit[4]),
admonitum[5]), ire iubet et cognitis[6]), quae[7]) cognosci
possent, maturum illi reditum imperat. Is ad eum
quinto die[8]) rediit, non[9]) ausus, ut dicebat, in ter-
ram egredi neque se fidei barbarorum credere et tan-
tum exterius visa renuncians. Haec ita communis 3
quidem habet historia. Habeo tamen non ignobiles
auctores, qui Caesarem per seipsum portus et navi-
gationem et accessum ad insulam explorasse confir-
ment, quod ut credi possit[10]), ipse ducis animus facit
et similis aliis in rebus audacia. Ceterum seu per
alium seu per se cognitis, quae cognosci poterant,
ipse in extremum Galliae angulum, unde brevior in
Britanniam[11]) est transitus, quo iam se cum exer-
citu contulerat, classem omnem contrahi imperat, et
qua Veneto in bello usus erat anno altero, et quae
amicis ex regionibus interim redacta ingentem navium
numerum expleverat. Et iam fama Romanorum a 4
Germanis transierat[12]) ad Britannos, et praesens in-
super apparatus late metum sparserat. Itaque multa-
rum insulae civitatum nuncii Caesarem adeunt, et ob-
sides et obedientiam promittentes. Hos benigne susci-
piens et sereno vultu et miti oratione prosequitur
hortatusque[13]), ut in proposito perseverent, domum
remittit et cum eisdem Comium[14]), consilii magni vi-
rum inque oris illis omnibus auctoritatis eximiae ac
spectatae, sibi vero[15]) fidissimum, ut rebatur, quo

1) lictoreas — L. *littoreas*. G.
2) non fieri
3) Locos corruptus. Vid. Caes. lib. IV. cap. 21. G. (qui stellulam praeposuit)
4) velit illum
5) ad momeotum (admonitum Lem.)
6) cognitis illis
7) qui — L. *quae*. G.
8) *om.* — (hobet Lem.)
9) cod. *neque* e corr.
10) posset
11) cod. Britania
12) transiverat
13) hortatus
14) communi — L. *Commium*. G
15) non — F. *sibique* vel *sibi autem*. G.

merito Atrebatibus[1]) victis regem illum impofuerat,
per quem urbibus Britannicis perfuadere nititur, ut
Romanae[2]) fidei fe committant, fuumque illis nunciat[3])
5 adventum. Venerunt et magnae partis Morinorum
nuncii, excufantes fuae gentis errorem, quod adver-
fus populum Romanum propter fuam imperitam[4])
ac[5]) turbidam barbariem[6]) rebellasfent, morum[7]) vitio,
non odio animorum, et petentes veniam et poeniten-
tiam offerentes. Id pergratum Caefari fuit, quod in
Britanniam tranfiturus bellum invitus[8]) post terga di-
mitteret neque curae Britannicae praeferendum ali-
quid[9]) extimaret. Impofitis ergo[10]) multis obfidibus
6 petita concedit. Clasfe autem, ficut diximus, collecta
ad[11]) tranfitum fe praeparat; curam portus ac[12]) cu-
ftodiam Publio Sulpicio Ruffo committit cum eo, quod
fufficere vifum est, praefidio; refiduum copiarum in
Menapios mittit atque in eam partem Morinorum,
unde, quod rebellionis indicium cenfebat[13]), nulli ad
eum nuncii venisfent; his Titurium Sabinum et Lu-
cium AruncuIcium Cottam praeficit[14]). Dies interea
navigationi aptus affuit, eumque de litore Gallico pro-
funda nocte folvisfet, proximae lucis hora quarta Bri-
tannicum litus attigerat, plenumque illud armatis ho-
ftibus confpicatus praeruptasque rupes[15]) pelago im-
pendentes, unde teli iactus[16]) aut lapidis ufque ad
naves facile perventurus esfet, fubftitit parumper ex-
pectans fuos, quia[17]) lentius veniebant. Sic in ancho-
ris ufque ad horam diei nonam ftetit. Tunc asfecutis
omnibus legatisque et tribunis militum ac magiftris

1) Attrebatibus
2) mittitur ut ratione — F. *nititur, ut Romanae.* G.
3) nuntiet
4) imparatam — cod. imperitatem — L. *imperitam.* G.
5) cod. ad
6) cod. barberie
7) mox — L. *morum.* G.
8) cod. invictus
9) aliud
10) igitur
11) dum ad
12) cod. ad
13) apparebat
14) praefecit
15) cod. *om.*
16) cod. hyatus (ante correctionem)
17) qui

navium vehementer [1]) admonitis, ne qua esſet [2]) belli-
cis aut maritimis rebus mora, ſed ad nutum omnia
dicto ocius [3]) explerentur [4]), vento et aeſtu fretus ido-
neo convulſis anchoris ad ſeptem milia pasſuum pro-
cul inde plano in litore tota cum clasſe conſtitit. At 7
Britanni intellecto conſilio praemisſis equitibus atque
esſedis, quibus in bello uti conſueverant, pari veloci-
tate locum occupant; conſequuntur equitatum turbae:
ita omnes copiae egresſuris ſe Romanis obiciunt [5]).
Et [6]) erat [7]) deſcenſus in terram difficillimus propter
aquae altitudinem, ſine qua [8]) magnae naves esſe re-
gique non poterant; et ſi qui e navibus exivisſent,
aut [9]) ſicco de litore aut ex vadis humilioribus excipie-
bantur hoſtium occurſu, et ubi ſtare difficile erat,
cogebantur iniquo Marte certare; unde non immerito
Romani territi ac turbati et locorum inſcii et eius-
modi proelii inexperti ſolito ſegnius pugnabant. Quod 8
ut Caeſar vidit, longas naves ab alia [10]) clasſe ſecerni
et remis applicari litus [11]) imperat atque inde omni [12])
genere misſilium hoſtem pelli, quem ipse navium
aſpectus et magnitudine et remorum ſtrepitu inſuetum
talibus exterruit. Ubi autem ſagittarum imber [13]) ac
tonitrua tormentorum in hoſtilem aciem incidere, pa-
rumper referre pedem hoſtes inceperunt [14]). Necdum
tamen Romani ſeſe undis credere auſi ipsis e puppibus
proeliabantur, donec aquiliſer decimae legionis, quam
amabat Caeſar, alta deos orans voce, ut feliciter le-
gioni ſuccederet, quod parabat, verſus ad comites De-
ſilite, inquit, in fluctus et ſequimini me, commilito-

1) vehementis — F. *vehementer*. G.
2) esſet aut
3) *om.* — F. *dicto citius*. G.
4) explorentur.
5) obiiciunt
6) *om.*
7) Erat plane
8) cod. *om.*
9) et — L. *ii*. G.
10) alta — L. *alia*. G. — Sic XIII, 12. *alios* dediticios dixit pro *reliquis*, ſimiliter XVI, 20. XXIIII, 57. Vir. Ill. MS. Vratisl. Acad. fol. 5. p. 1: et militaribus exuviis illum atque alios ſpoliat (ſc. Horatius duo Curatios, ut ibi ſcriptum est).
11) remis ad litus applicare
12) omnium
13) imbris — L. *imbres*. G.
14) cod. inceperant

nes mei, quicunque non vultis hanc aquilam hoſtibus illudendam[1]) tradere. Si viri eſtis, proſpera cuncta provenient[2]); ſi minus[3]), ego ſaltem debitum meum rei publicae[4]) ac[5]) Romano imperio bona fide[6]) perſolvero. Haec exclamans medios in fluctus mira alacritate deſiluit[7]) atque[8]), ut primum terram pedibus attigit, greſſu rapido ferre aquilam in hoſtes coepit. Virtutis exemplo et pudore[9]) nobili[10]) incitati omnes, non ſolum qui in illa, ſed qui in cunctis erant navi-
9 bus, in undas atque inde in hoſtes ruunt. Pugna atrox exoritur diuque[11]) anceps et Romanis adverſa propter locorum iniquitatem. Postquam vero omnes terram[12]) attigerant[13]), collecti in unum et reducti ad ſolitum pugnae genus alio impetu invecti fuderunt adverſarios; fuisſetque[14]) clarior victoria, ſi ad inſequendum profugos equitatus in tempore aſſuisſet[15]), tanta fuit tamen, ut Britanni virtute[16]) hoſtium ſuoque caſu territi legatos ad Caeſarem mitterent, et deditionem et obſides et, quicquid victoribus debent victi[17]), offerentes. Cum his[18]) et Comius rediit, quem ad eos, ut diximus, praemisſum et commisſa edere incipientem vinculis[19]) aſtrinxerant[20]), nunc ſolutum remittentes violati culpam in multitudinem reflexerunt et errori publico veniam petierunt. Quibus Caeſar acriter increpitis, quod pace per legatos ultro expetita et obtenta bellum intulisſent, hoſtilia in amicos auſi, veniam tamen ſupplicibus non negavit, quam negare nec noverat nec ſolebat. Partim datis partim promisſis obſidibus pax conventa est. Principes Britannorum

1) cod. ludendam
2) cod. pervenient
3) cod. ſin huius
4) cod. reip.
5) a — cod. *om.* F. *ac Romano imperio munus.* G.
6) *om.*
7) disſiluit — L. *deſiluit.* G.
8) Attigit — L. *Atque.* G.
9) *om.*
10) nobiles
11) duraque
12) terram omnes
13) attingerent — L. *attigerunt.* G.
14) fuisſet
15) cod. fuisſet
16) *om.*
17) victi debent
18) iis
19) cod. vinclis
20) aſtrinxerunt

turbas ad agriculturam reverti iuſſerunt, ipſi ſeque
ſuaſque urbes Caeſari[1]) inſinuare[2]) omni ſtudio ſata-
gentes. Paulominus feſtinatio unum mihi virum abſtu- 10
lit, quem in medium virtus eius et fama reſtituent.
Is est Marcus Caeſius Scaeva[3]), miles Caeſaris, qui
hoc ipso, quem praemiſimus, ad inſulam appulſu
ſcopulum litori proximum plenum turbis hoſtium
contuitus[4]) cum quatuor tantum commilitonibus[5])
cimba[6]) eo[7]) transvectus et[8]) egregia paucitate barba-
ricam multitudinem est aggresſus. Cumque inter pu-
gnandum aeſtus aequorei reſluxu interſtitium illud,
quod ſcopulum ab inſula dirimebat, aquis exonera-
tum[9]) tranſitum non negaret, atque ideo barbarorum
ingens copia ſuis auxilio advenisſet, reliquis[10]) qua-
tuor iuſto pavore perterritis et abiectis vel oranti for-
ſan[11]) ſocio dimisſis pilis ſolus Scaeva[12]) contra ho-
ſtium aciem ſtetit immobilis et ſua et comitum, unus
quinque militum, pila in hoſtium membra nullo in-
casſum eunte iaculatus, tandem omnibus abſumptis[13])
ſtricto obvios mucrone, unumquemque, ut ſe primus
obtulerat, nunc ſcuto nunc gladio excipiens ac pro-
ſternens diu utrique partium admirabile praebuit ſpe-
ctaculum et tot milium in litore dimicantium ad ſe
unum intuendum oculos atque ora convertit. Cum 11
iam denique non ut in armatum virum, ſed ut in[14])
turrim munitam omni niſu[15]) ira pudorque hoſtium
in furorem verſus incumberet, iamque femur ingenti
transſixus telo et vultum ſaxo contuſus[16]) gravi cli-
peoque et galea ictuum vi disiectis, gladio ad extremum

1) Caeſar — L. *Caeſari.* G.
2) cod. asſignare
3) Scena — cod. Saeva — L. *Scaeva.* G.
4) contuens
5) commilitonique — L. *commilitonibus cimbam.* G. (voluit *cimba*)
6) cimbam
7) cod. eos
8) *om.*
9) exornatum — F. *exoneratum.* G.
10) relis — L. *reliquis.* G.
11) forſitan
12) Scena — L. *Scaeva.* G.
13) asſumptus — cod. aſumptis — F. *conſumptis* vel *abſumptis.* G.
14) *om.* (Lem. habet)
15) omnis niſus
16) multum ſaxo concusſus — Puto *vultum ſaxo contuſus.* G.

fracto pilisque[1]), ut dictum est[2]), omnibus[3]) non perditis, sed impensis egregie, pene iam exarmatus, adhuc[4]) tamen lorica gravis duplici se in undas sua opera hostium sanguine[5]) rubicundas iniecit ac reversus ad suos, unde gloriam merebatur, veniam postulavit. Nempe cum Caesarem conspexisset, Parce, inquit, optime imperator; arma perdidi. At[6]) ille summus extimator meritorum, cuius sub oculis gesta res erat, et facta viri fortia et verba magnifica centurio-
12 natus honore remuneravit[7]). Incidit[8]) per hos dies res parva quidem dictu, sed eventu magna atque[9]) periculosa. Naves in Galliis dimissae, quibus inerat equitatus, paucis post Caesarem diebus secundo[10]) funem vento solverant[11]), cumque Britannicis iam litoribus propinquantes[12]) in conspectu suorum essent, tantis repente tempestatibus conquassatae sunt, ut omnes undique spargerentur et aliquae[13]), unde venerant, violentia pelagi verterentur, aliae ad alteram[14]) partem[15]) insulae summo cum discrimine cogerentur[16]). Quin etiam naves aliae, et longae et onerariae[17]), in quibus exercitus transportatus[18]) erat, quamvis litori haerentes, sic procellis tumescentibus avulsae atque oppressae sunt, ut Romanam[19]) audaciam mundi finibus

1) cod. pilis
2) est dictum
3) cod. *om.*
4) *om.*
5) cod. sanguinis — non male.
6) et — F. *at.* G.
7) *om.*
8) reincidit — L. *remuneravit. Incidit.* G.
9) ac
10) cod. sero
11) suderant — Forsitan idem est, quod Virgilius ait I. Georg. *convellere funem a terra.* infra (XIII, 1.) ait: *funem solvit.* unde dubito, an hic legi debeat *solverant.* G. ruperant Lem. — Vera erat dubitatio Graevii. *Funem solvere* frequens nostro dictio est. Vide e. g. Ep. rer. fam. L. V. ep. 3. p. 640. L. VII. ep. 13. p. 683. Plene *de littore funem solvere* dixit Itiner. p. 557.
12) propinquitates (propinquantes Lem.)
13) aliqui (aliquae Lem.)
14) aliam
15) cod. *om.*
16) L. *agerentur.* G. non opus. cf XV, 5. add. de vita solit. L. II. Sect. X. c. 9. p. 292: dum vagas fluctuantesque sententias nulla necessitas ad verum cogit. ib. c. 4. p. 288: nihil est, quod ferentem magis — in terram cogat.
17) ornariae — L. *onerariae.* G.
18) *om.*
19) Romani — L. *Romanorum.* G. (romanam Lem.)

non contentam extraque orbem bella quaerentem ter-
rae limes ultimus caſtigare videretur oceanus. Deni-
que ſic disiectae omnes, ſic perditis armamentis aut
fractae aut inutiles redditae videbantur, ut merito haec
inter adverſitates Caeſareas numeretur [1]). Qua de re 13
conſternatio ingens ac moeſtitia totius exercitus conſe-
cuta est [2]). Nam neque alia clasſis, qua redirent, erat,
neque ad hanc ipsam reparandam vel materia vel fa-
cultas, et in Gallia hibernandum esſe et hibernari in
Britannia [3]) propter frumenti inopiam non posſe con-
ſtabat; et praeterquam quod res per ſeipsam triſtis
erat, accedebat et altera dolendi cauſa ac timendi. Si-
quidem Britanniae principes, quos in fidem Romano-
rum non amor, ſed pavor, attraxerat, omnia illis
deesſe cum cernerent [4]), naves, equites, frumentum,
nec ſtare illos diutius posſe [5]) nec abire, eorum quo-
que paucitatem caſtrorum ex anguſtiis metientes, quod
neque equitatus neque impedimenta, ſed ſolae ibi erant
legiones, conceperunt ſpem (ut fit) ex alienis malis
ac reiectis adulationibus, quibus Caeſarem coeperant
promereri, cogitantes, quod, ſi eum ſuperare pos-
ſent [6]) aut opprimerent, nemo amplius bellator in
Britanniam traiceret [7]), habito de his rebus inter ſe
colloquio rebellarunt. Caeſar nondum coniuratione 14
patefacta ex dilatione [8]) tamen obſidum, qui promisſi
erant, ex adverſitate praeterea, quae [9]) ſibi acciderat [10]),
mutatam cum fortuna fidem barbaricam cogitabat. Sed
nulla re deici [11]) poterat ſupra humanum modum altus
animus et invictus. Et [12]) frumenta igitur ex agris
viciſque omnibus in caſtra quottidie [13]), et navibus,

1) numerentur
2) *om.* — Adde *est.* G.
3) et Britannia hibernari — L. *nam in* (pro *et*). G.
4) cod. deesſe concernerent
5) posſe diutius
6) eum ſuperarent
7) traiiceret
8) adulatione — L. *dilatione.* G.
9) praetereaque — L. *praeterea quae.* G.
10) cod. accederat
11) decipi
12) *om.*
13) quotidie — Deest *convehi.* G. magis putem *conferri.* V. Caeſ. Gall. IIII. 31, 2. niſi forte ad ſequens *convehi* haec referri voluerit ſcriptor. Lem. inſeruit *vehi.*

quae irreparabiliter quasſae erant, disſolutis earum[1]) materia alias refici, et quod deerat, ex Galliis convehi[2]) faciebat. Idque tanta ducis ſollicitudine, tanto militum ſtudio geſtum est, ut ex omnibus non amplius, quam XII[3]) in totum perditis reliquae ad navigandi uſum reformatae[4]) in anchoris ſtarent. Sic quaſi reddita[5]) ad ſalutem[6]) via animos militum providentia ſui ducis erexerat. Ibat[7]) aſſidue frumentatum pars exercitus, contigitque[8]) die quodam, ut legione ſeptima ad id ipsum de more profecta barbari, qui eo venturam ex ordine cogitarent, quod iam partibus in aliis[9]) inventa frumenta diebus praecedentibus[10]) abſtulisſent, nocturnis eam praeſtolarentur inſidiis, cum tamen nulla ſuſpicio[11]) belli esſet, ſed ruricolae paſſim et in agris vagarentur et Romanis in caſtris libere verſarentur; legione autem conſpecta e ſilvis eruperant eamque equis atque[12]) esſedariis[13]) circumdederant, quibus eo tempore ſic utebantur, ut et levitatem equitum praeſtarent et peditum firmitatem. Et iam legio impetum numerumque hoſtium ſuſtinere amplius[14]) vix poterat, dum[15]) caſtrorum cuſtodes Caeſarem certiorem faciunt, pulverem maiorem ſolito[16]) ab ea, qua[17]) legio profecta erat, parte conſurgere. Statim, quod erat, augurio animi apprehendit arreptiſque armis illuc[18]) properans cum parte exercitus invenit legionem in ultimis laborantem. Non fuit opus proelio: ſola Caeſaris praeſentia ſuis metum, hoſtibus victoriam eripuit. Sive autem hora ſerior diei, ſive alia eum cauſa[19]) tenuerit[20]), ſuos periculo

1) ex ea
2) cod. covehi
3) duodecim
4) reparatae
5) cod. redicta
6) *om.* — F. *reddita vita*. G.
7) Illuc — L. *Ibat*. G.
8) cod. contingitque
9) aliis in partibus — cod. partibus in ilis
10) praecedentibus diebus
11) ſuſpicacio (Lem. ſuſpicio)
12) et
13) cod. a ſedariis
14) *om.*
15) L. *cum*. G.
16) ſolito maiorem
17) quo
18) illic
19) L. *aliae eum cauſae*. G.
20) tenuerunt

liberasſe[1]) contentus intactis hoſtibus caſtra repetiit.
Proximis diebus tantae fuerunt[2]) tempeſtates, ut Ro- 16
manos ſub tentoriis, Britannos[3]) in oppidis detinerent.
Post haec non deſtiterunt[4]) hoſtes per legatos ad bel-
lum totam inſulam concitare et Romanorum pauci-
tatem et praedae magnitudinem divulgare, inſuper et
oblatam coelitus et minime reſpuendam perpetuae li-
bertatis occaſionem. Quorum cum ſidem publicam
invenisſet asſertio[5]), equitum et peditum turba ingens
ad Romana caſtra confluxit. Contra quos Caeſar in
aciem legiones eduxit et proelio victor profugos in-
ſecutus omnes fudit, plurimos interfecit incenſiſque
late finibus in caſtra remeavit. Secutae ſunt legatio- 17
nes[6]) hoſtium pacem veniamque petentium, quibus
Caeſar propter perfidiam obſides duplicavit eoſque in
Gallias duci iusſit, quo ipse navigatione proſpera est
reverſus. Duae ex omnibus a reliquis vento abſtra-
ctae et ad litus aliud delatae erant. E quibus cum
treccnti egresſi in terram ad Romana caſtra propera-
rent, Morini quidam[7]), quos placatos Caeſar arbitra-
batur, non tam odio, quam ſpe praedae, in[8]) itinere
hos invadunt edicuntque, ut, ſi mori nolint, arma de-
ponant. Romanis in orbem collectis reſiſtentiamque
parantibus clamor ortus ad ſex milia hominum con-
traxerat, quos omnes quatuor horis et eo amplius
paucitas Romana ſuſtinuit proque paucis vulneribus[9])
multas mortes reddidit. Ac cum Caeſar, qui non
longe aberat, rem ſenſisſet, auxilium ſuis ferens ad-
volavit, quo conſpecto in[10]) fugam verſi[11]) hoſtes et
ad magnum numerum caeſi ſunt. Die inſequenti Cae- 18
ſar Labienum cum legionibus ſecum e[12]) Britannia

1) liberasſe periculo

2) cod. fuerunt tantae

3) ſubtentorii Britannia — L. *ſub tentoriis, Britannos*. G.

4) deſtituerunt — L. *non deſtiterunt*. G.

5) Asſercio — L. *asſertio*. G.

6) legiones (legationes Lem.)

7) L. *quidem*. G.

8) cod. et in

9) pulveribus — L. *vulneribus*. G.

10) ad

11) reverſi

12) est

reverfis[1]) in Morinos rebellantes mifit; qui cum propter temporis ficcitatem folitum paludum receptaculum amifisfent[2]), ferme omnes ad obedientiam redicre. Titurius autem Sabinus et Aruneuleius[3]) Cotta, legati alii, in Menapios misfi hoftibus[4]) non inventis, quos filvae protexerant, incenfis aedificiis ac[5]) vaftatis agris[6]) ad Caefarem funt reverfi; ipse autem in Belgis exercitus totius hiberna difpofuit. Eo duarum non amplius Britanniae urbium obfides venerunt[7]): aliae omnes et Romani ducis imperium et propriam fidem ac promisfa[8]) contempserant. Rebus[9]), ut erant, Romae cognitis fenatufconfulto viginti dierum fupplicatio inftituta est, res a feculis inaudita.

CAPUT XII.

Annuo de more Caefar ex hibernis in Italiam venit[10]). Peractis conventibus cifalpinae Galliae, quod anno altero in animo habuerat, ad Illyricum perrexit, ubi compofitis quarundam motibus civitatum parvo temporis lapsu magnum viae fpatium emenfus[11]) per Italiam in ulteriorem Galliam ad exercitum rediit. Ibi[12]), quod[13]) difcedens iusferat, clasfem amplius, quam fexcentarum navium invenit inftructam. Collaudata militum induftria et operibus praefectorum fide clasfem ipsam ad portum, Itium[14]) tunc nomine, triginta tantum pasfuum milibus ab[15]) infula femotum, quo ad

1) reverfus — L. *ex Brit. reverfis.* G.
2) cod. admixisfent
3) cod. Arrônculeius
4) hos — F. *his.* G.
5) at
6) *om.*
7) urbium Britanniae venerunt obfides
8) praemisfa
9) Romae — F. *His rebus.* G.
10) L. *veniens.* G.
11) emerfus — L. *emenfus.* G.
12) id
13) cod. que ut (*ut* int. verf. a m. f.)
14) Icium
15) ad — L. *ab.* G.

tranſitum [1]) nullus est aptior, deduci imperat. Ipse 2
autem[2]) in Treveros[3]) proficiſci ſtatuit, quod eos nec
concilia[4]) frequentare notaverat nec imperia excipere.
Ad haec Germanos ab eis ſollicitari fama erat, quo-
niam[5]) ea civitas proxima Rheno est omniumque[6])
tamen Galliae civitatum, equitatu praeſertim, potentiſ-
ſima. Erant in ea urbe, ut asſolet, duo de potentia
et prioritate certantes. Horum nomina erant Indicio-
marus et Cingetorix. Primus audito Romani ducis ad- 3
ventu [7]) equitum peditumque[8]), quam maximas po-
test, copias atque omnia bello apta ſummo ſtudio pa-
rabat; reliquam turbam ſexu[9]) vel aetate fragilem in-
tra Arduennam[10]) ſilvam denſisſimam atque ingentem
cum rebus fortuniſque omnium[11]) abdidit, ut curis
aliis expeditior bello operam daret. Alter vero contra-
rio, ut in talibus fieri amat[12]), conſilio ſtatim Caeſari
fines[13]) ingredienti ſeſe obvium et obſequio promptum
tulit. Quem cum multi et ipsius amore (erat enim
carus populo) et Romani exercitus timore ſequerentur,
cognovit Indiciomarus[14]) ſe deluſum et ab omnibus fa-
cile posſe[15]) deſtitui. Non animo ergo, ſed conſilio
mutato ſeſe Caeſari per nuncios excuſavit, quod ad
eum ab initio non veniſſet, ne principibus ſimul di-
gresſis plebs per inſcitiam[16]) falli posſet et a Romana
fide pravis fortasſe conſiliis impulſa diſcedere. Cete-
rum ſe et civitatem ipsam in arbitrio ſuo esſe, ſeque
ad eum, ſi praeceperit, venire prono animo paratum.
Caeſar, quamquam non ignarus, unde haec dicta pro- 4
cederent, ne tamen[17]) tempus in Treveris tereret, ve-

1) haec duo *om.*
2) autem omnia — F. *omnino* vel potius *antea.* G.
3) Treviros (ut ſupra; nec aliter in ſeqq)
4) conſilia — L. *concilia.* G.
5) quum
6) omnium — Pro *tamen*, quod ſequitur, malim *tum.*
7) cod. aventu
8) peditum
9) cod. *om.* a m. pr. (a m. ſ. int. verſ habet)
10) Arduennm
11) F. *omnibus.* G.
12) cod. *ul' ſolet* int. verſ. a m. pr. (*amat* in contextu)
13) cod. *om.*
14) Induciomarus
15) ſe posſe
16) iuſtitiam — F. *inſcitiam.* G.
17) cod. *om.*

nire illum ad ſe iuſſit cum ducentis obſidibus, in qui-
bus et filius eius fuit et propinqui aliquot. Quem ve-
nientem leni [1]) oratione complexus ad Romanae ami-
citiae perſeverantiam cohortatur, cum primum eſſet
ad amicitiam exhortandus; Treverorum tamen primo-
ribus nominatim Cingetorigem commendavit, non mo-
do, quia ille ſic [2]) meritus, ſed quia et ſibi expediens
videbatur amicum ſuum et populi Romani ſua in pa-
tria multum poſſe optimiſque omnibus [3]) carum eſſe.
5 Enimvero Indiciomarus eam rem tulit aegerrime, tantum
ſibi popularis [4]) gratiae demi ſentiens, quantum adver-
ſario acceſſiſſet; quique animo inimicus erat, hanc ob
cauſam multo etiam inimicior [5]) factus est. Caeſar ex
Treveris ad illum, quem dixi, portum Itium [6]) ve-
nit cum exercitu. Illic claſſem totam praeparatam re-
perit praeter ſexaginta naves, quae in Meldis factae
erant, quaſque a reliquis procellae [7]) maris averterant [8])
atque ad litus, unde ſolverant, reiecisſe [9]) ferebantur [10]).
Florem quoque totius [11]) Gallici equitatus [12]) invenit
(quatuor milia erant) omnes fere principes Galliarum;
quorum partem illam, quam ſibi fidam rebus ſenſe-
rat, dimittere in animo habebat, reliquos omnes ſe-
cum [13]) loco obſidum in Britanniam traicere [14]). Hu-
ius conſilii cauſa erat, quoniam verebatur, ne qui mo-
tus ſe digreſſo in Galliis orirentur [15]), quos praeſentia
fidelium et abſentia perfidorum reprimi poſſe arbitra-
6 batur [16]). Erat inter alios Domnorix [17]) Aeduus, fra-
ter Divitiaei: hunc Caeſar ante alios ſecum ducere in-

1) levi — L. *leni.* G.
2) ſit
3) cod. a m. pr. o̅bus (omnibus), tum addita ab initio aſpiratione hoı̅bus (hominibus).
4) populariter
5) cod. inimicitior
6) Icium
7) cod. procelis
8) cod. averterat
9) refecisſe
10) farebantur — F. *ferebantur.* G.
11) cod. *om.*
12) exercitus
13) cod. *om.*
14) traiicere
15) oriretur — L. *orirentur.* G.
16) arbabatur — L. *arbitrabatur.* G.
17) cod. Donorix (ut ſupra; et ita in ſeqq.)

ſtituerat, quod et [1]) cum [2]) magnae apud ſuos opinio-
nis esſe noverat et in Romanos pesſimae voluntatis,
ſic ut interdum, ſicut ſupra diximus, de eius ſuppli-
cio cogitasſet. Ad haec illum in concilio [3]) ſuorum
iactasſe conſtabat delatum ſibi a Caeſare patriae ſuae
regnum; quam [4]) ſuperbiam ſui cives iniquis tulere
animis, ſed potentiae ſuae metu queri apud Caeſarem
non audebant. His ex cauſis inſtabilem virum et na-
tura ſemper novis [5]) rebus intentum et hoſtilis animi
post [6]) ſe dimittere minime expediens [7]) iudicabat.
Contra ille, ut dimitteretur, inſtabat atque obnixus 7
orabat, frivolas praetendens precibus rationes, hinc
metum maritimi faſtidii, quod tam parvo maris in [8])
ſpatio utique magnum esſe non poterat, hinc religio-
nem neſcio quam ſuam, qua se navigare prohibitum
asſerebat. Caeſar, qui non minus animum, quam vul-
tum, loquentis aſpiceret, petitionem iniuſtam con-
ſtantisſime repulit. Ille indignans circumire [9]) princi-
pes ac terrere et, ne qua ratione Caeſarem ſequeren-
tur, hortari: callido enim [10]) conſilio id agi, ut Gallia
ſuis principibus ſpoliata facilius iugum Romanae ſer-
vitutis exciperet; ducere illos ſecum velle, non quod
eis [11]) egeat, ſed ut, quod in Galliis non auderet,
trans mare deductos interficiat. Movebant hae [12]) vo-
ces infirmorum animos, ita ut aliquos iuramento
aſtringeret, quae communi patriae utilia esſent, ut
communi conſilio gererentur neque in omnibus Ro-
manorum imperio, ut deorum, pareretur. Nihil ho- 8
rum Caeſarem latebat, verum adeo Divitiacum et Ae-
duos [13]) diligebat, ut in illius fratre atque illorum cive
non iuſtitiam, ſed clementiam, exerceret neque ſup-

1) cod. etiam
2) cum — L. *eum*. G.
3) conſilio (Lem. concilio)
4) quam per — *per* videtur delendum. G.
5) novis ſemper
6) cod. posſe
7) expediens minime
8) *om.*
9) circuire
10) hortari enim callido — L. *hortari: callido enim*. G.
11) illis
12) cod. hee
13) haec duo *om.* — Videtur addendum *Aeduoſque*. G.

plieiis, ſed nunc minis, nunc blanditiis, niteretur ab iniquisſima illum [1]) intentione retrahere. Id cum fruſtra esſet, ad eam curam vertit animum, ut omnia ſibi illius conſilia nota esſent. Proinde cum iam prope menſem ventis navigatione dilata votiva demum tranquillitas affulſisſet [2]), exercitum naves conſcendere Caeſar imperat [3]); multiſque dolentibus unus omnium Domnorix imperium detrectare [4]) auſus cum equitibus Aeduis clam [5]) caſtris egreditur et patriam versus
9 iter arripit [6]). Quod cum Caeſar audisſet, navigatione rebuſque omnibus posthabitis equitatus partem illum ſequi ac [7]) reducere, ſin [8]) reſiſtat, occidere praecipit. Ille, cum equitibus asſecutis redire ad Caeſarem iuberetur, contumaciter obſtare et ſidem comitum implorare ſeque et liberum et libera ortum in patria proclamare. Equites Romani, ut iusſi erant, vociferantem ſeque manu protegentem circumeunt et obtruncant, equites autem Aedui duce amisſo ad Caeſarem [9]) an volentes an inviti redeunt.

CAPUT XIII.

Post Domnorigis aequo amplius dilatam caedem ad navigationem intermisſam Caeſar animum reflexit et relicto in Galliis Labieno cum tribus legionibus et duobus milibus equitum [10]), qui et portus [11]) defende-

1) illum ab iniquisſima
2) cod. affluxisſet
3) imperavit
4) detractare — Lem. *detrectare* ſcripsit, quod mihi quidem propter codicem recipiendum, ſed ſine auctoritate non praeferendum erat. *Detractare* conſenſu codicis et editionis legitur XX, 34. idem in codice est XIIII, 28. et XV, 5. nec aliter Ep. rer. ſen. L. VII. ep. 1. p. 824. L. XV. ep. 5. p. 956. et alibi. *Detractatores* L. XIII. ep. 13. p. 929.
5) clasſem — L. *clam*. G.
6) arripuit
7) *om.* — Addendum *ac*. G.
8) ſin autem
9) haec duo cod. *om.*
10) militum
11) portis — L. *portus*. G.

ret [1]) et exercitui opportuna transmitteret, et si quid [2])
novi [3]) illis in terris emergeret, consilium tempori ac
rebus idoneum [4]) non deesset [5]), ipse occidente sole
funem solvit et prospero usque ad mediam noctem
vento usus et tunc tandem destitutus aestu impellente
destinatum iter praetermiserat. Die demum proximo
ad illud ipsum litus, ubi anno superiore descenderat,
sub meridiem [6]) est perventum neque ullus ibi ho-
stis [7]) inventus. Multi quidem fuerant, sed, ut ex
captivis est cognitum, tam numerosa tamque instru-
cta classe conspecta stupore ac metu perurgente [8]) dif-
fugerant atque in montana conscenderant. Quod Cae- 2
sar intelligens edoctusque [9]), ubi essent, castra metatus
in litore et praesidio castris ac navibus imposito ad
quaerendum hostes rapit exercitum, quibus per no-
ctem appropinquans mane illos in conspectu habuit.
Illi visis [10]) hostibus occurrentes et ad ripam amnis al-
tiore de loco impetum facientes ab equitatu Caesareo
fusi sunt in silvasque refugerunt [11]). Ibi locum natu-
ra validum truncis [12]) ac transversis arboribus validissi-
mum effecerant. Eo tamen septima legio penetravit
et quasi feras lustris ferro expulit; at dum profugos
longius sequi vellet, propter locorum imperitiam a
duce prohibita est. Hic quoque tempestas altera clas- 3
sem Romanam [13]) sic [14]) vexavit, ut se contemptum a
gente mediterranea [15]) penitus indignari atque irasci vi-
deretur oceanus, et coelestis ira terrestrem [16]) rursus
pervicaciam [17]) coërceret. Non enim tantummodo da-
mni [18]) alterius aequavit incommodum, sed transcen-

1) defenderent
2) quod
3) non — L. *novi*. G.
4) cod. *om.*
5) deesse — L. *deesset*. G.
6) cod. meredie
7) hostis ibi
8) praeurgente
9) cod. a m. pr. edoctus (*que* int. vers. a m. s.)
10) vicissim
11) cod. refugerant
12) cod. trucis
13) Romanam classem
14) *om.*
15) cod. meditaranea
16) terrescere — L. *terrestrem*. G.
17) cod. parvicanciam
18) animi — L. *anni*. G.

dit. Quod ubi Caeſari[1]) a Quinto Atrio, quem claſſi
praefecerat, nunciatum est, illico legiones, quas ad
inſequendum inquirendumque[2]) hoſtem miſerat, ex iti-
nere revocavit[3]) omiſſiſque curis aliis ad inſtaurandam
claſſem totum animum adiecit, ut omni[4]) nocturno
pariter ac diurno militum labore acceptae[5]) calamitati
4 ſua ingis[6]) cura ſubveniat. Et primo quidem in ſub-
ducendis navibus et cum caſtris uno ambitu conclu-
dendis decem dierum tempus expendit, ne quid[7])
vel a mari interim vel ab hoſtibus paterentur. De-
hinc in eisdem reparandis, quantum fieri poſſet, non
fabros tantum, qui exercitum ſequebantur, sed accer-
ſitos ex Galliis, fatigavit. Neque aut cura ducis aut
opera miniſtrorum fieri potuit, quin quadraginta na-
ves irreparabiliter perisſent[8]). Sic victorem hominum
natura vincebat. Scripsit praeterea Labieno, quem cis
mare dimiſerat, ut legiones ſibi commisſas extruen-
5 dis[9]) claſſibus exerceret. Rebus adverſis utcunque
compoſitis dux quietis impatiens ad ſolitas curas re-
dit[10]) et munitis caſtris et ſubductis intra vallum na-
vibus relictoque illis, ut prius, praeſidio ad hoſtes ire
contendit. Sed eos miris[11]) auctos modis comperit,
unum in locum confluentibus omnibus illorum copiis
et duce electo, cui Caſivelano[12]) nomen fuit. Hic
bellicoſus erat vir ſemperque cum proximis decerta-
re[13]) ſolitus; ſed nunc maiore[14]) externo bello territi
Britanni, ceu[15]) diſcordes canes viſo lupo, concorda-
verunt omisſiſque domeſticis bellis in Romanos verſi
omnes huic uni viro, vel ut omnium fortisſimo, et
inſulae totius imperium et ducatum belli unanimi de-

1) Caeſar — L. *Caeſari.* G.
2) quaerendumque
3) provocavit — L. *revocavit.* G.
4) *om.*
5) accepta — L. *acceptae.* G.
6) cod. vigil
7) quod
8) periisſent — F. *perierint.* G.
9) cod. ante corr. *extrahendis*
10) rediit — cod. reddit
11) ad miris — F. *iam (miris).* G.
12) Caſmellanio — cod. h. l. Caſevilasſ uno
13) debellare
14) maiori
15) ſeu — L. *ceu.* G.

liberatione contulerant. Multa quidem apud ſcriptores
de Britannorum moribus locus hic [1]) continet, quae ſciens
eadem ratione praetereo, qua praeterii Suevorum: mu-
tata ſunt omnia. Ecce enim exempli gratia ita de iis ſcri-
ptum est: Leporem, gallinam atque anſerem guſtare fas
non putant [2]); quorum certe hodie non guſtum modo,
ſed nec eſum [3]) reſpuunt. Obmitto alia [4]) ſtultiora de
moribus: ad res geſtas redeo. Est Tamesis, Britanniae 7
fluviorum primus, qui Trinovantum [5]) olim, nunc Lon-
donias [6]), inſulae illius urbem regiam, alluit [7]). Amnis
est autem uno tantum, ut aiunt, loco pedibus cum diffi-
cultate vadabilis. Eo cum Caſivelanus [8]) magnas copias
contraxisſet, ſupervenit ad locum Caeſar hoſtibuſque
conſpectis in adverſa ripa praemisſo [9]) equitatu et legio-
nibus ſequi iusſis vix credibili fervore amnem tranſiit,
cum ex aquis [10]) nonniſi capita peditum extarent [11]). Qui-
bus emerſis ad ripam inter ſiccos et madidos acta res est
ita [12]), ut, qui aquis madebant, ſanguine ſiccos made-
facerent atque in fugam verterent. Et ut multa paucis 8
expediam, circa haec loca plurima per id tempus variis
quidem caſibus geſta ſunt proelia, uno tamen [13]) ſemper
eventu: ubique Romani victores, non ſine periculis licet
multis [14]) ac gravibus, quod ſe hoſtes ſilvarum praeſidio
tuerentur et arrepta occaſione e latebris erumpentes ſae-
pe Romanas invaderent legiones ſeque illaeſos, unde ve-
nerant, armorum levitate reciperent. Caſivelanus [15]) ipse,

1) haec (Lem. hic)
2) cod. putabant (*ba* int. verſ. a m. ſ.)
3) uſum
4) Omittit illa — L. *Omitto alia*. G.
5) Trinoventum — cod. Trinonantum
6) Londoneas
7) aluit — L. *alluit*. G.
8) Caſmellanus — cod. Caſivilanus
9) cod. remisſo
10) aliquis — L. *aquis*. G.
11) cod. eſtarent
12) Haec duodecim (*Quibus emerſis* etc.) *om.* — In cod. altera duodecim (*ſiccos et* uſque ad *ſanguine*) omisſa ſunt. Integrum locum ſervavit codex Guarnerianus, de quo prooemii parte tertia dictum est.
13) tantum
14) F. *licet non ſine periculis multis*. G.
15) Caſmellannus — et ita ter deinceps — cod. Caſevilanus (*e* ex corr.) — et ita in fine huius ſectionis.

Britanniei belli dux, aperti proelii ſpe amisſa omnem in ſilvis atque inſidiis ſpem [1]) locarat [2]) et dimisſis equitibus atque peditibus ſolis esſedariis utrorumque officia praeſtantibus utebatur [3]). Nunquam tamen patentibus ille [4]), ſed perplexis ac difficilibus ſeſe locis credere auſus ex abdito Romanorum actus atque itinera obſervabat, eum in aciem eliei nullo posſet ingenio; adiuvabatque [5]) eum natura ipsa locorum uſquequaque ſilveſtrium. At [6]) Caſivelani diſſidentia mutari ſtatus animorum coeperat, cogitantium aliquid magnum
9 esſe, quod eorum fortisſimus ſic timeret. Itaque Trinovantes, quorum urbs totius inſulae ea etiam tempeſtate firmisſima ferebatur, ſeſe Caeſari ſpontanea deditione commiſerant. Hi regem habuerant [7]), quem Caſivelanus occiderat. Hanc deditionem Caeſar alacriter acceptavit [8]), obſidibus imperatis ac frumento, quae illi laete [9]) ac [10]) celeriter complevere, nihil aliud petentes [11]), quam ut occiſi regis filium ab occiſoris crudelitate protegeret. Qua in re Caeſar precibus non egebat, quoniam [12]) adoleſcens ille iam inde ſibi ab initio carus erat, nempe qui, ut manus ſui hoſtis evaderet, ad eum adhuc in Gallia exiſtentem ſupplex acceſſerat ſuſceptuſque erat in gratiam. Trinovantium [13]) exemplum ſecutae quinque urbes aliae ſe conſimili-
10 ter [14]) dediderunt. Ab his edoctus Caeſar, qua in ſilva Caſivelanus locum munitisſimum et obiectu [15]) caeſarum [16]) arborum ac paludum pene inacceſſibilem [17]) haberet atque ubi ſe tutiorem, quam ullis in urbibus, extimaret, his ipsis ducibus ad eum pergit. Quem cum aliquantulum deſendisſent, qui ad cuſtodiam de-

1) cod. $\overline{\text{ipe}}$ (ipse) (*e* ex corr.)
2) locaret — L. *locarat*. G.
3) utebantur
4) ille patentibus
5) adiuratque — L. *adiuvaretque*. G.
6) Hac
7) cod. habuerunt
8) acceptavit Caeſar alacriter
9) late
10) et
11) petens — L. *petentes*. G.
12) quum
13) Trinoventium
14) cod. ſimiliter
15) obicam — L. *obicem*. G.
16) cod. caeſorum
17) cod. inacceſſibille

putati erant, fuga tandem [1]) praecipiti reliquere [2]); in qua multi hoſtium comprehenſi occiſique ſunt; multumque ibi pecoris inventum; locus expugnatus effractusque. Caſivelanus [3]) his permotus rebus quatuor 11
Britanniae regulos, qui partes extremas inſulae regebant, per legatos ad ſoli natalis [4]) auxilium invitat; iubet, ut Romanam claſſem et caſtra [5]) per ducis abſentiam indefenſa, quantis poſſint viribus, invadant. Parent illi, ſeu patriae caritas, ſeu iusſus ſuperioris urgeret; cumque ad caſtra venisſent, crumpentes Romani multis occiſis et uno regum capto, cui Logotorix [6]) fuit nomen [7]), intra vallum ſoſpites rediere. Quo eventu et praeſertim deditione urbium magis [8]) 12
ac magis Caſivelanus [9]) animo concusſus ac diffiſus [10]) bello pacem petiit, deditionem obtulit et per Comium Atrebatem [11]), quem ille in amicis, Caeſar inter fidos numerabat, veniam impetravit. Cum enim esſet Caeſaris [12]) intentio in Gallia hibernare, et iam finis prope esſet aeſtatis, quae multo ibi est brevior, quam in noſtro orbe, mentionem pacis non invitus audivit, ne per hiemem intra inſulam teneretur. Contentus reges vicisſe ac cepisſe et [13]) tributariam fecisſe Britanniam tributum annuum impoſuit, obſides imperavit. Nam, ut elegantisſime ait Florus, non provinciae, ſed nomini ſtudebatur. In cunctis obtemperatum. Illud expresſim [14]) dedito [15]) imperatum [16]), ne qua in re Trinovantibus aliiſque dediticiis [17]) Romanorum, ante alios

1) tamen — L. *tandem*. G.

2) relinquere — in cod. inter *i* et *q* aliquid deletum est — L. *reliquere*. G.

3) Caſmellanus — cod. Caſevelanus

4) cod. ad ſolepitalis

5) caſtris — L. *caſtra*. G.

6) Legotorix — cod. Logotoris — Oud. correxit Lugotorix

7) nomen erat

8) magui — F. *magis ac magis*. G.

9) Caſimellanus

10) diſſuſus — L. *diffiſus*. G.

11) Atrabatem

12) Caeſaris esſet

13) ac

14) expresſum

15) cod. dedico

16) imparatum — L. *imperatum*. G.

17) deditionis — cod. dediciis — L. *dedititiis*. G.

13 Mandubracio, occiſi [1]) regis [2]) filio, noceatur. His explicitis ad litus et ad claſſem rediit naveſque, ut iuſſerat, reparatas inveniens conſcendit cum exercitu et ingenti captivorum turba proximis proeliis intercepta. Cumque Britannico de litore ſecunda vigilia moviſſet, ad Gallicum litus omnibus cum ſuis incolumis die proximo illuceſcente [3]) pervenit navigatione proſperrima, quaſi vel de [4]) diſceſſu gauderet oceanus, qui doluerat de adventu, vel, ut Florus idem ait, ſe imparem fateretur ſuo blandiens domitori.

CAPUT XIIII.

Hic vero parumper haeſit proſperitatis impetus Caeſareae. Erat eo forte anno propter coeli ariditatem frumenti praeter ſolitum inopia. Ea res Caeſari perſuaſit, ut legiones per hiberna diſtraheret, ne coniunctae urbem unam aut alteram praegravarent. Quae diſtractio rei publicae pene totius in perniciem verſit [5]). Sic ſapientisſimorum quoque hominum fortuna inter-
2 dum [6]) conſilia verſat ac disſipat. Erant quidem legiones praeter unam, quamvis ab invicem ſeiunctae, omnes tamen intra [7]) centum milia pasſuum, ut, ſi necesſitas ingrueret, poſſe [8]) altera alteri opem ferre haud [9]) ſane difficile viderentur, et praeerant ſingulis [10]) legionibus ſinguli legati. Unam ex omnibus tranſpadanam legionem in Eburones mittens cum quinque cohortibus duos illi, quorum in praecedentibus mentio est habita, Quintum Titurium Sabinum et Lu-

1) occiſo — L. *occiſi.* G.
2) cod. ſuper hoc int. verſ. a m. ſ. habet *ſ. trinouantium*
3) illucente
4) *om.*
5) vertit
6) fortuna interdum ſapientisſimorum quorum hominum — F. *quoque* (pro *quorum*). G.
7) infra
8) *om.* — cod. poſſet
9) cod. aut
10) ſimul

cium Arunculeium Cottam legatos attribuit, forte ideo,
quod minus [1]) ſideret novae [2]) legioni, aut ſuſpectam [3])
haberet fidem [4]) gentium illarum Rhenum inter Mo-
ſamque [5]) degentium; quibus tunc in [6]) locis Ambio-
rix, vir quidam [7]) callidisſimus ac pesſimus, ſimulque
Caruolcus [8]), vir ſimplicior, imperabant [9]); ſed Ambio-
rix otioſo, ut ſaepe accidit, collega negotia publica
ventilabat. Ambo tamen venientibus legatis obvii pro-
cesſerunt et frumenta et, quae uſui legioni esſent [10]),
convehi curaverunt. Sed, ut ſunt mobilia quorundam
hominum ingenia, mox [11]) acceptis nunciis [12]) Indicio-
mari Treverenſis [13]), qui Caeſarem et Romanos oderat,
ab obſequio ad rebellionem animos converterant. Ita- 3
que popularibus inſtigatis et ſuum in propoſitum addu-
ctis iam aperte inimicitias exercere auſi Romanis calo-
nibus [14]) circumventis quaſi magno proelio victores pro-
tinus ad caſtra prodeunt [15]) oppugnanda. Quibus egre-
gie non defenſis modo, ſed emisſu equitum victis ho-
ſtibus ac repulſis Ambiorix vincendi ſpe privatus ad
fallendi ſpem converſus exclamat, ut ſibi aliqui ad
colloquium mitterentur; esſe enim, quae [16]) de rebus
communibus loqui velint [17]): posſe litem colloquio diſ-
finiri. Mittuntur duo, Romanus unus, alter Hiſpa-
nus, a Caeſare ad ipsum Ambiorigem mitti ſolitus.
Hos Ambiorix ſic alloquitur: Ego, inquit, Caeſari pro 4
ſuis in me meritis multum debere profiteor. Ipse
(nam memini) omni eo, quod vicinis meis pendere
ſoleo [18]), tributo me annuo liberavit, ipse mihi meum [19])
filium ac nepotem, quos illi obſidum ſub nomine ha-

1) aut minus
2) novo ſideret — L. *novae* (*f.*). G.
3) ſuſpicationem
4) fide — L. *fidei*. G.
5) Moſam — F. *Moſamque*. G.
6) cod. *om.*
7) quidem — L. *quidam*. G.
8) Cavalcus
9) inſperabant — F. *imperabant*. G.
10) esſent legioni
11) mex — L. *mox*. G.
12) nuntios — L. *nuntiis*. G.
13) Induciomari Trevirenſis
14) colonibus — L. *Calonibus*. G.
15) cod. redeunt
16) qui
17) velit
18) L. *ſolebam*. G.
19) *om.*

bebant in vinculis, remisit. Nunc ergo [1]) quod de [2]) oppugnatione castrorum accidit, non meo consilio, sed patriae imperio gestum est. Quicquid feci contra Caesarem, coactus feci. Ita enim sum dominus, ut non plus ego in populum [3]), quam in me populus meus possit. Neque vero haec ipsa [4]) civitas ex se facit, sed coacta similiter. Quo cogente, si quaeritur: consilio certe omnium Galliarum; cui [5]) quoniam [6]) obstare non possit, invita consentiat. Est enim, ne quid ignotum vobis patiar, quod vos tangat, consilium [7]) publicum hac in re, tanto omnium consensu, ut ne unus quidem discrepet. Summa est, ut hiberna omnia Romanorum uno tempore oppugnentur, ut suis quisque periculis occupatus [8]) aliis opem ferre non possit. Hic oppugnationibus [9]) praestitutus erat dies. Non potui ego nec patria potuit mea consilio omnium, tam honesto praesertim, ut est [10]) libertatis, obstare; idque perfacile creditu [11]) fuerit cogitanti me Caesari neque nocendi causam, si possem [12]), neque, si velim, potentiam habuisse. Ut enim fingar ingratus, non tam demens tamque inscius rerum sum, ut tantulis viribus expugnari [13]) posse credam populum [14]) Romanum. Nunc quoniam publicum debitum patriae exolvi, volo privatim, quod Caesari [15]) debeo, persolvere. Moneo igitur et obtestor omnes, nominatim Titurium Sabinum pro iure hospitii, quod illi est mecum, ut indemnitati suae suorumque provideat abeundo. Magna enim Germanorum manus pretio conducta Rhenum [16]) transiit biduoque [17]) aderit. Unum bona fide polliceor iuroque [18]), tutum illius [19]) per meos fines iter fore. Ita

1) ego (Lem. ergo)
2) hic de
3) popolo
4) vero ipsa hoc
5) *om.*
6) quum
7) cod. concilium
8) cod. occupatis
9) oppugoationis
10) est consilium
11) *om.*
12) possim
13) cod. expugari
14) P.
15) *om.*
16) *om.*
17) biduo
18) viroqoe — L. *iuroque.* G.
19) *om.*

et patriae pro naturali iure confuluero eamque hiber-
norum gravi fafce levavero [1]) et Caefari pro fuis be-
neficiis vicem reddidero legionemque fervavero, in con-
filio modo [2]) ftet, haud dubie perituram [3]). His di- 5
ctis ille abiit, nuncii ad legatos redeunt et audita re-
nunciant. Subita re perculfis [4]) ea, quamvis ab hofte [5])
dicerentur, haudquaquam fpernenda videbantur, eo
maxime, quod Eburonum civitas tam parva, nifi aliae
confpirarent, nunquam tam magna contra Caefarem
aufura crederetur. Res ad confilium defertur [6]), ubi
diu adverfis fententiis altercatum [7]) est. Aruneuleius
Cotta et tribuni militum ac [8]) centuriones plurimi fe-
cum fentientes neutiquam [9]) difcedendum ex hibernis
abfque eius, qui ibi eos [10]) locasfet, imperio confule-
bant; caftra enim esfe [11]) valida et munita, rem [12]) fru-
mentariam abunde fuppetere; quibus ita fe habentibus
et Eburones et Germanos, fi accesferint, facile fufti-
neri posfe; interim vel a Caefare vel a proximioribus
hibernis auxilia ventura; poftremo nihil ftultius, quam
in dubio de fua falute ab antiquo hofte confilium ac-
cipere. Contra ifta Titurius Sabinus metum verbis au- 6
gere et multa dicere: non confilii auctorem, fed con-
filium extimandum et non, quis, fed quid [13]) quifque
dicat, attendendum; credere fe Caefarem in Italiam [14])
profectum, quo praefente neque Eburones haec [15]) au-
furos, neque Carnutes [16]) principem fuum, quem [17])
diebus illis occiderant [18]), occifuros; Galliam profecto
odiis ingentibus flammatam [19]) et contumeliis irritatam,

1) cod. lavavero
2) cod. in m. a m. pr. *P meo*
3) cod. peritura
4) periculofius
5) *om.* — F. *perculfi, quod ea, quamvis ab hofte dicerentur.* G.
6) cod. differtur
7) altricatum — L. *altercatum*. G.
8) et
9) cod. ne uticha
10) qui illos ibi
11) *om.*
12) et — Adde *rem.* G.
13) quod
14) cod. ytalia
15) hoc
16) Caruntes
17) quam — F. *in*. G. — unquam Lem.
18) *om.*
19) inflammatam — cod. flamatam (*in* a m. f. int. verf. addita)

nec eam videri ſibi [1]) eſſe Galliam, quae ſolebat, ſed
aliam neſcio quam externo ſubditam imperio atque ino-
pem gloriae militaris; Germaniam Rheni tranſitu et
Arioviſti fuga ac morte victoriiſque tam multis Ro-
manorum pudorem inexpiabilem concepiſſe; neutri [2])
iugum ferre propoſitum eſſe; denique videri ſibi non
poſſe ſine magna cauſa Ambiorigem illa conſulere [3]);
ceterum, quaecunque illi ſit mens, conſilium ipsum
undique tutum eſſe; poſſe [4]) in mora aliquod [5]) expu-
gnationis aut obſidionis, in diſceſſu autem nullum
prorſus eſſe periculum; nam ſi nihil ambigui ſit, eos
ad proximam legionem tuto calle venturos nullum-
que [6]) paſſuros, niſi unicum viae brevis incommodum:
ſin, ut ſua ferret opinio, metuendum aliquid inſtaret,
nullum eſſe aliud, quam in velocitate, remedium; ſic
vel non inutilem certe vel utiliſſimam eſſe profectio-
nem, moram vel praeſenti diſcrimini obnoxiam vel
7 futuro. His Cotta fortesque viri alii acerrime reſiſte-
bant. Itaque creſcente litigio Titurius in collegam in-
dignabundus exclamat ſic, ut ab omnibus audiretur:
Et vincite, ait, ſi omnino ſic est animus. Non ſum
ego, qui magis, quam vos omnes, mortem timeam.
Sed hi [7]), et oſtendit milites, ſi quid evenerit [8]) adver-
ſi, a te exigent rationem, qui [9]), ſi tu permiſeris, cras
ſuis commilitonibus coniuncti et ſe periculo exemerint
et ſuo illos adventu effecerint tutiores. Alioquin dis-
gregati a ſuis aut famis aut ferri periculum [10]) ſubituri
8 ſunt. Rumpitur [11]) interea conſilium. Milites utrum-
que [12]) circumſtant, obſecrant [13]), ne ſua diſſenſione pe-
riculum faciant, ubi periculum non est. Seu abeant,
ſeu ſtent, tuta eſſe omnia, modo ſui duces unum ſen-

1) videri ſibi eam
2) cod. neuter
3) haec duo cod. *om.*
4) eſſe poſſe. — interpunctionem mutavi.
5) aliquid
6) nullum
7) *om.* — Adde *hi.* G.
8) advenit
9) quod
10) *om.* — Lem. diſcrimen
11) Rapitur
12) cod. utrinque
13) cod. *om.*

tiant; contra, fi disfentiant, tutum esfe[1]) nihil. Quid
multa? ad mediam noctem vigilando et difceptando res
trahitur. In qua quidem curiofior fuerim fortasfe,
quam debui; et potui, fateor, vel rem totam praeter-
mittere vel multo paucioribus perftringere. Sed, deum
teftor, miferis hominibus de futuro confultantibus et
magno in ambiguo conftitutis ego, qui exitum rei fcio,
non aliter fcribendo compasfus fum, quam fi futura
nunc etiam res ipsa et notus mihi miferabilis fi-
nis esfet, cui occurrere nec confilio posfem[2]) nec au-
xilio. Ea me compaslio diutius, quam volebam, in
hac narratione detinuit, quam tibi, o lector, fic ex-
cufatus[3]) expedio. Tandem ergo non ratione, fed[4]) 9
collegae[5]) pertinacia victus Cotta confentit, et, quod
crebrum in confiliis, pars deterior vincit meliorem[6]),
ediciturque militibus diluculo profecturos. Neque ta-
men noctis, quod fupererat, fomno datum, fed ad
auroram usque vigilatum est, occupatis omnibus,
quid[7]) efferre fecum posfent, quid relinquere coge-
rentur. Ubi primum illuxit, caftris egrediuntur fecu-
ri, quafi confilium abeundi[8]) non ab hofte perfido ac
verfuto, fed a prudente et fido amico aliquo[9]) datum
esfet, fecuri, inquam, alii[10]): Cotta autem et, qui fe-
cum fenferant, fraudis aliquid[11]) fubesfe taciti cogita-
bant. Hoftis proditor, qui nocturnis vigiliis et confu- 10
fo caftrorum murmure ituros mane praefagiebat nec,
qua[12]) ituri esfent, dubitabat, ad proximam fcilicet le-
gionem, opportuno eos loco[13]) expectabat. Erat viae
medio procul a caftris ad duo milia pasfuum vallis ne-
morofa et[14]) difficilis: illic locarat infidias. Cum in

1) cod. *om.*
2) cod. posfum
3) *om.*
4) *om.*
5) collega — F. *fed collegae.* G.
6) meliorem vincit
7) quod
8) obeundi — (Lem. abeundi)
9) cod. *om.*
10) autem Sabinus et qui fuae fententiae fuerant (pro *inquam alii*)
11) aliud — F. *aliquid.* G.
12) quod — Lem. quo
13) in loco
14) ac

eam vallem Romana acies deſcendisſet, hoſtes ante re-
troque ex inſidiis erumpunt, ut nec primis incedere[1])
nec ultimis retrocedere liceret[2]). Iniquisſimis pugna
locis inſtituitur; et quoniam natura comparatum[3]) est
improviſa pericula magis animos deicere[4]), Titurius,
qui ſecura ſibi omnia ſinxerat, pavere coepit atque
omni bellica arte deſtitui, contra autem collega eius,
qui haec eventura[5]) praeviderat atque ideo iter illud
disſuaſerat, quolibet boni ſimul et militis[6]) et ducis offi-
cio ſunctus pugnando pariter et hortando nihil omnium
praetermiſit, quae ad ſalutem ſuorum militum pertine-
11 rent. Hoſtis, qui expertus agnoſceret ſuos Romanis in an-
guſto[7]) impares, edicit, ut telis eminus hoſtem petant,
propius non accedant neque manum conſerant[8]), ſed
inſtantibus parumper cedant[9]) inſtentque cedentibus.
Et locus ipse ducis conſilium adiuvabat. Pugnatum est
a primo mane ad horam diei octavam, cum Romani
milites, multis licet vulneribus affecti et a fortuna et
ab alterius ducis auxilio deſtituti[10]), acriter tamen ad-
huc et[11]) ſuo, hoc est, Romano more certarent. Tum
demum fortisſimis viris e legione partim[12]) ſauciis par-
tim caeſis, cum et ipse iam[13]) legatus Cotta, in quo
ſpei ſumma erat, gravi ictu funda iacti lapidis os con-
tuſus ſolitis muneribus obeundis[14]) invalidus reddere-
12 tur, inclinare res coepit ac ruere. Titurius tunc pri-
mum intelligere incipiens ſui pertinacis conſilii vanita-
tem omni ſpe deſenſionis amisſa[15]), Romanae vir
fortasſis originis, non Romanae virtutis, Ambiorigem
ab adverſo[16]) ſuos inſtigantem proſpiciens interpretem[17])
quendam ad illum hoſpitem ſuum miſit oratum, ut

1) excedere
2) licitum esſe — L. *esſet.* G.
3) cod. compertum
4) deiicere
5) hoc eventurum
6) multis — L. *militis.* G.
7) auguſto — L. *anguſto.* G.
8) cod. conſectant
9) parum recedant
10) deſtitui — F. *deſtituti acriter tamen.* G.
11) ad — L. *ac.* G.
12) cod. *om.*
13) cod. *om.*
14) haec quinque cod. *om.*
15) omisſa — cf. §. 20.
16) haec duo cod. *om.*
17) cod. interpetrem

ſibi ſuiſque militibus parceretur. O [1]) indignum vita virum, qui ſuppliciter adeo vitam [2]) poſcat hoſtis ab hoſte, Romanus a barbaro [3]). At ille hoſpes egregius, 13
non contentus fidem barbaricam [4]) publicam fregisſe, niſi privatum ius hoſpitii, illa aetate religioſisſimum, violaret, reſpondit interpreti [5]) posſe Titurium, ſi libeat, ad colloquium venire [6]); non ſe deſperare [7]) Romanorum militum ſalutem a ſuis militibus impetrari posſe; ſibi vero, ſi veniat, nihil esſe periculi, inque hoc ſuam ſe illi fidem [8]) obligare. Credidit verbis miſer et illi fidem [9]) habuit, a quo tunc maxime prodebatur. O ſeu error ingens ſeu vitae caeca cupiditas. Ante tamen [10]), quam ad hoſtem [11]) pergat, propoſitum ſuum collegae aperit, velle ſe ad Ambiorigem proficiſci; ſpem ſibi ſalutis oſtendi; posſe eum quoque, ſi velit, ſecum ire. Negat Cotta et, ut fracto ore loqui poterat, Non ibo, inquit, ad armatum hoſtem. Cumque hac fixus in ſententia permaneret nec divelli posſet, Titurius et tribunis militum et centurionibus ſequi iusſis ivit ipſe, quo deſtinaverat et quo ſua illum ſors trahebat. Cumque ad Ambiorigem propinquaret, iusſit ille ſibi inprimis, ut arma deponeret, et, o peius morte, o Caeſareis [12]) armis inſuetum dedecus, paruit hac in re barbari imperio Romanus et parere comites praecepit. Tum demum cum inermi de pacis 14
conditionibus agi coeptum; dumque [13]) de induſtria proditor tempus trahit, circumfuſi ſenſim barbari Titurium obtruncant. Qui ſecum exierant, retro [14]) ad ſuos, quanta posſunt [15]) celeritate, confugiunt. Hoſtes barbarico ululatu victoriam conclamantes in Romanos ruunt,

1) omni
2) cod. vitam adeo
3) cod. barbarico
4) *om.*
5) cod. interpetri
6) perveuire
7) cod. ſperare
8) fidem illi
9) haec ſeptem cod. *om.*
10) tantum
11) hoſtium — F. *tamen, quam ad hoſtem*. G.
12) cod. Caeſaris
13) cumque
14) *om.*
15) quanta posſunt ad ſuos

unam vallis in partem [1]) condensos iamque vix impe-
tum sustinentes. Ibi Arunculeius Cotta fortissime di-
micans occiditur, vir haud dignus, qui alienae stulti-
tiae poenas daret; multi alii praeterea, inter quos [2])
Lucius [3]) Petrosidius vexillifer, turba circumventus in-
genti, aquilam, ne [4]) sibi extorqueretur [5]), cum in ca-
stra iactasset, ipse generoso impetu mediis sese hosti-
bus inferens occubuit. Milites ducibus spoliati multo
labore ac virtute usque ad noctem locum, ubi consti-
tuerant, defenderunt; nocte autem desperata [6]) undi-
que salute [7]), ne vivi in manus hostium pervenirent,
indomiti spiritus sese omnes [8]) manibus propriis pere-
merunt, praeter paucos, qui per diem proelio dila-
psi incertis hinc inde tramitibus ad legatum alium La-
15 bienum [9]) tristes nuncii praecesserant [10]). Et hic qui-
dem infaustae legionis exitus [11]) fuit, inter tres belli ex-
terni adversitates Caesareas numeratus [12]). Ubi admo-
nuisse lectorem velim, quod Suetonius Tranquillus,
auctor certissimus [13]), Germanorum hoc in finibus ac-
cidisse ait, Iulius autem Celsus, Caesaris [14]) comes et
qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum re-
fert. Non [15]) autem magna dissensio, cum et tunc con-
terminae nationes essent omnesque hodie sint Germani.
16 Post haec Ambiorix, iniquissimi voti compos, ad gra-
viora se praeparat perque omnes [16]) vicinas gentes odio
raptante discurrit, legatos duos et magnam partem
Romani exercitus periisse [17]) dictitans; monet, orat,
obsecrat, ne vindictae et recuperandae in perpetuum
Gallicae libertatis occasionem [18]) labi per ignaviam pa-

1) una vallis parte
2) quos fuit
3) Lucidius — (Lucius Oud. mſ.)
4) neque — L. *ne ſibi*. G.
5) extorquerent
6) cod. deſperata (littera *i* extremae *a* inſcripta)
7) cod. de ſalute
8) omnibus — L. *omnes*. G.
9) Titum Labienum
10) cod. proceſſerant
11) interitus
12) cod. numeratas
13) cod. certiſſimis
14) *om.*
15) Non est
16) *om.*
17) periſſe
18) *om.* — Videtur deeſſe *occaſionem*. G.

tiantur. Ardentes inflammare perfacile est. Coniu-
rant[1]) igitur concurruntque, et unius hortatu multi
infaniunt, factoque agmine ad alia Romanorum hiber-
na[2]) perveniunt, ad ea fcilicet, quibus Quintus Cice-
ro, magni Ciceronis frater, praeerat, vir[3]) ingentis
animi, fed nullarum virium. Eo itaque cum venis- 17
fent, quo acceptae cladis nondum fama pervenerat,
aliquot lignatores nil tale metuentes in filvis, quo mu-
nitionis caftrorum caufa perrexerant, adventu hoftium
fubito capti funt. Hanc velut arrham victoriae tenen-
tes magno impetu caftra invadunt. Romani ufque ad
vefperam circa defenfionem occupati per noctem ex
convecta[4]) iam ante materia centum viginti turres in[5])
caftrorum ambitu[6]) attollunt tam[7]) mira velocitate,
ut mane hoftes attoniti non humanum opus, fed mon-
ftrum aliquod fibi cernere viderentur. Multis deinde 18
continuis diebus hinc ad defenfionem, illinc ad oppu-
gnationem caftrorum multa utrinque animorum per-
tinacia[8]) atque obftinatione certatum est, dum Galli
perpetuae victoriae hic repofitam fpem putarent, Ro-
mani autem periculum cognofcentes nihil omitterent
et, quod luci defuiffet, nocte fupplerent, ut vix ul-
lum fopori tempus indulgeretur, non ab aliis modo,
fed ab ipso duce, cuius imbecillitatem milites miferati
nonnunquam recufantem illum ad requiem compelle-
bant. Ipse vero iampridem primo ab obfidionis die
de ftatu rerum fuarum Caefarem facere certiorem ni-
fus[9]) erat, fed praeclufis itineribus et comprehenfis
nunciis fruftra fuerat. Tentatum in his etiam hiber- 19
nis fuit, quod in aliis paulo ante fucceſſerat, ut Ro-
mani et coniuratae Galliae et Germanici auxilii metu
incuffo et comitum recentis cafus memoria admoniti

1) Coniuravit — L. *coniurant.* G.
2) caftra
3) Nec vir — L. *Hic* (*v.*). G.
4) confecta — cod. conventa
5) cod. *om.* (cum vacuo fpatio)
6) cod. habitu
7) tunc — L. *tam.* G.
8) pertinacia animorum
9) cod. nixus

abeant, quocunque libuerit, intacti; non [1]) enim fe [2])
Romanos odisfe nec [3]) Ciceronem neque omnino quic-
quam aliud Romani imperii recufare praeter impor-
tunam hanc confuetudinem hibernorum, qua fublata
cetera omnia facile conventura; proinde paratam illis
20 esfe fecuritatem ac licentiam abeundi. Ad haec [4]) Ci-
cero, longe aliter ac [5]) Titurius, non esfe Romanis
morem ait, ut conditiones pacis ab armato hofte fu-
fcipiant; quodfi arma pofuerint et legatos ad Caefarem
miferint, fe illis, ut petita obtineant, apud fuum du-
cem precibus affuturum nec [6]) diffidere illos iuftis cum [7])
petitionibus facilem [8]) reperturos. Amisfa igitur [9]) fpe
fallendi ad cogendum vi [10]) ftudium omne translatum
est, et ad legionem unam oppugnandam quanta ho-
ftium turba confluxerit, vel hinc liquet, quod muni-
tiones quindecim milia [11]) pasfuum in circuitu [12]) horis
tribus non integris explevere [13]); et fuis locis turres [14])
additae munitaeque obfidionalibus inftrumentis; quibus
in rebus ab ipsis Romanis praecedentibus annis edocti
erant et nunc captivorum quorundam Romanorum con-
21 filio atque opera iuvabantur. Multis diebus duravit
oppugnatio, et die quodam [15]) ventis forte vehementi-
bus igne arida [16]) in caftra traiecto [17]) cunctifque intus
ardentibus res in ultimum est adducta difcrimen. Tan-
ta autem Romanorum militum virtus fuit, ut, cum
et [18]) telorum procellis urgerentur et flammis afflati [19])
ac [20]) feminufti esfent et fortunae eorum incendio omnes
abfumerentur [21]) nunquam aliquis aut ad illas oculum

1) cod. *om.* a m. pr. (a m. f. int. verf. habet)
2) fe enim
3) cod. ne (*c* a m. f. fuperaddita)
4) hoc
5) cod. ut
6) ne — L. *nec.* G.
7) cum — L. *eum.* G.
8) cod. *om.*
9) ergo
10) fall. in vim m.
11) cod. XV.
12) haec duo cod. *om.*
13) et explevere
14) vires
15) diebus quibusdam
16) cod. arido
17) iactato
18) cod. e
19) cod. afacti (ex corr. a m. f. *affecti*)
20) cod. et
21) cod. confumerentur

reflecteret[1]) aut momento temporis a defenſione ceſ-
ſaret[2]). Et quamquam Romanis dies ille duriſſimus,
nihilo[3]) tamen levior Gallis fuit, eorum plurimis vul-
neratis atque occiſis, ita ut intrinſeci deſerta ſtatione,
quam defendebant, hoſtes nutu frontis ac verbis[4]) ad
introitum invitarent[5]); neque omnino, qui introire
praeſumeret, inventus est aliquis. Erat[6]) in legione 22
Romana[7]) par virorum fortium, quorum minime mi-
hi quidem praetereunda videtur[8]) hiſtoria. Alteri Ti-
tus Pullo, Lucius Vorenus alteri nomen fuit. His per-
petuum inter ſe de virtute erat[9]) ac ſuperioritate cer-
tamen, unoquoque ad ſummum tota vi[10]) nitente neque
ſponte alteri ceſſuro. Dum ad munitiones igitur res[11])
ferveret[12]), Pullo exclamans Quid agis, Vorene[13]),
inquit, ſeu quid cogitas? Noſtrarum litium dies iſta[14])
ſententiam feret[15]). Haec dicens caſtris egreditur mu-
nitionemque[16]) hoſtium, qua denſiſſima erat, irrumpit.
Nec Vorenus ſegnior ſeu virtutis ſtimulis adactus ſeu
metu infamiae aemulum conſequitur. Pullo, cum ad 23
iactum teli pervenisſet, unum hoſtium, qui ſe ante
alios ferebat, pili emiſſione transfigit. Currunt[17]) con-
tra unum milia[18]) et cadaver ſuum clipeis protegentes
hoſtem telis omnes premunt reditumque eius impe-
diunt. Iam ſcutum ſagittarum una traiecerat balteo-
que haeſerat dextramque[19]) ad capulum reflectenti ob-
ſtabat. Sic implicitum hoſtes premunt, aemulus ad-
iuvat fertque illi, quem odisſe conſueverat, auxilium.

1) reflecterent (Lem. reflecteret)
2) ceſſarent (Lem. ceſſaret)
3) cod. nichilo minns
4) veber — L. *vocibus*. G.
5) cod. convitarent
6) cod. Erant
7) Romana legione
8) videretur — L. *videtur*. G.
9) cod. *om.*
10) *om.* — Pro *tota* videtur legendum *locum*. G.
11) cod. mun. res igni
12) ververet — F. *ferveret*. G.
13) Verone (ed. Lond. et Lem. Vorene)
14) iſte
15) cod. ferret
16) communitionemque
17) cod. cucurunt
18) L. *mille*. G. — Pluralis non est mutandus. cf. Ep. rer. ſen. L. IIII. ep. 4. p. 785: ante annorum milia. ib. L. VIII. ep. 2. p. 834: milia ibi tamen querulorum.
19) dexteramque — cod. deſtramque

In hunc primo obmisso[1]) tota acies ruit. Ipse stricto
gladio seque et illum protegens uno hostium occiso
parumper alios submoverat, sed dum ardentius inve-
hitur, e loco altiore excidit. Cui confestim Pullo af-
fuit et similiter circumventum e manibus hostium ex-
peditus et nudato iam gladio metuendus eripuit. Sic
illaesi ambo ad suos multis hostium caesis et adhuc
24 ambigua lite virtutis evasere. Ceterum quanto in dies
durior obsidio et vulneribus interiore militia afflicta
decrescebat numerus defensorum atque hostium auge-
batur, tanto Cicero attentius cogitabat de statu rerum
nuncios ad Caesarem destinare, quorum aliqui in ma-
nus hostium[2]) lapsi et sub oculis suorum crudelibus
suppliciis[3]) interfecti reliquos merito[4]) terrore com-
pleverant. Inventus est tandem servus unus ex[5]) Gal-
lia, qui libertate et magnis praemiis promissis literas
iaculo insertas Gallus non suspectus Gallis tulit ad
25 Caesarem[6]). Qui, ut erant[7]), rebus cognitis legiones
sibi omnes expectandas non existimans, ne mora pe-
riculum allatura esset, evocatis proximis satius duxit[8])
cito cum paucis, quam tarde cum multis, proficisci.
Convenerunt, qui evocati[9]) erant, omnes. Labieno
scripserat, ut, si rei publicae commodo posset, ad se
veniret. Ille rescripsit legionis et legatorum caede su-
blatos animos hostium et omnem potentiam[10]) Trevero-
rum ad tria milia passuum in armis esse: si discedat
hoc in statu, non[11]) profectionem, sed fugam potius
visum iri, nec praeterea suum iter vacare periculo.
26 Caesar, quamvis ad paucos redactus, legati tamen[12])
consilium approbavit, dumque ad hostes properat, in
itinere audit[13]), quanto apud Ciceronem in discrimine

1) omisso
2) hostium manus
3) supplicibus — L. *suppliciis*. G.
4) cod. int. vers. a m. s. habet
5) e
6) ad Caesarem detulit
7) cod. erat
8) dixit -- L. *duxit*. G.
9) vocati
10) potestatem
11) cod. int. vers. a m. s.
12) tum — L. *tamen*. G.
13) audivit

res esſent. Illius ergo ſollicitus Gallum equitem quendam promisſis ingentibus impellit, ut ad Ciceronem literas ſuas [1]) ferat et, ſi caſtra ingredi nequeat, alligatas iaculo intra vallum iaciat. Paret ille et, cum ad caſtra [2]) venisſet, accedere metuens, ut iusſus erat, literas iaculatur. Illae caſu quandam in turrim inciderunt neque a [3]) quoquam ante diem tertium viſae ſunt; tunc conſpectae a quodam milite detrahuntur et ad ipsum, cui inſcriptae erant [4]), Ciceronem perlatae atque in concilio militum recitatae magna omnes fiducia et gaudio replevere. Erat autem perbrevis epi- 27
ſtola, ne a barbaris posſet intelligi, ſcripta literis Graecis hac [5]) ſententia: Ego iam cum legionibus iter arripui conſeſtimque adero: tu virtutem priſtinam ut [6]) retineas, quaeſo. Accesſit ad ſpem fumus ex ea parte proſpectus, qua venturus erat Caeſar, et [7]) villarum incendia, ſigna propinquantium legionum. Galli de adventu hoſtium ab exploratoribus edocti obmisſa [8]) obſidione caſtrorum venientibus [9]) obviam eunt. Quod ut Cicero intellexit, eum ipsum, qui primas tulerat, cum literis aliis ad Caeſarem mittit [10]), monens, ut iter ſuum caute peragat; hoſtes enim omnes ſe dimisſo contra eum properare. Erant autem milia armatorum ſexaginta [11]). Caeſar literis nocte perceptis 28
exercitum de contentis in eisdem admonet; iubet fortibus esſe animis et ad proelium paratis. Primo mane caſtra movet et ad [12]) quatuor milia pasſuum progresſus hoſtem videt, quem repente aggredi loco iniquisſimo periculoſum et Cicerone liberato [13]) dilationem tutam ratus [14]) ſubſtitit et locis idoneis caſtra meta-

1) lites ſuas ad Ciceronem — F. *literas.* G.
2) ad caſtra cum
3) cod. *om.*
4) cod. *om.*
5) cod. ac
6) virt. tuam ut priſtinam
7) ut — L. *et.* G.
8) omisſa
9) cod. *om.*
10) mittit ad Caeſarem
11) armatorum ſexaginta milia
12) cod. *om.*
13) cod. deliberato
14) cod. raptus

tus [1]) est quantis quivit anguſtiis, id [2]) agens, ut
ſic hoſtibus contemptum ſuae paucitatis obiceret [3]).
Erant enim vere pauci, vix ſeptem milia, ſed virorum,
et [4]) impedimentis dimiſsis videbantur etiam pauciores
et arte ducis effectum erat, ut paucisſimi viderentur.
Tantus denique contemptus fuit, ut mane proximo ad
caſtra hoſtes accederent [5]), Caeſar vero equitatum pa-
rumper proelio expertus quaſi trepidanter [6]) in caſtra
retraheret et portas claudi et caſtra [7]) undique com-
muniri multa cum ſimulatione metus imperaret. Tan-
to [8]) enim tamque [9]) invicto erat animo, ut de tantà
hoſtium multitudine nil timeret [10]), niſi ne proelium
detractarent [11]). Denique, quod omnes cupiunt, iſte
29 unus [12]) metuebat, fugam inimicorum. Illi vero con-
ſpicientes, quae apud Romanos gerebantur, et formi-
dinem arbitrati [13]) e [14]) loco, ubi conſtiterant, altiore
deſcendunt et transmiſso rivo, quo ab invicem [15]) ſe-
parabantur, urgente impetu animorum iniquis aciem
in [16]) locis inſtruunt et caſtra primum telis [17]), mox
et [18]) manibus invadunt; et eo uſque contemptus ex-
creverat, ut praecones circum caſtra dimitterent, qui
et Gallis et Romanis edicerent aeque licitum utriſque
ad ſe, ſi velint, ante horam tertiam ſine periculo tran-
30 ſire, post eam horam [19]) non licere. Caeſar, ubi ani-
madvertit ſic esſe omnia apud hoſtes, ut optaverat, ſi-
gno dato ſubito caſtris erumpens ſua cum [20]) contem-
ptibili paucitate multitudinem illam inſolentem [21]) et

1) cod. caſtramentatus
2) cod. *om.*
3) obiiceret
4) in cod. deletum est.
5) occiderent — L. *accederent.* G.
6) trepidantis — L. *trepidantes.* G.
7) portas — F. *omnia undique.* G.
8) cod. Tantoque
9) tantoque — L. *tamque.* G.
10) cod. timerēt (lineola a m. ſ. addita)
11) detrectarent
12) unicus
13) arbitrari — L. *arbitrati.* G.
14) cod. *om.*
15) cod. quo adinvicem
16) *om.*
17) cod. *om.*
18) cod. *om.*
19) cod. moram
20) cod. *om.*
21) cod. inſuetam inſolentem (ſed prius deletum est.)

confidentiam [1]) obſtupentem miraculo [2]) eruptionis ag-
greditur. Omnes in fugam vertit occiditque quam-
plurimos atque exarmavit, multo [3]) plures occiſurus,
niſi profugos inſequi ſilvis de more [4]) terrarum ac pa-
ludibus vetaretur. Coepto itaque progresſus itinere
eodem die ſalvis ſuis omnibus ad Ciceronis hiberna per-
venit. Turres, quas in circuitu erexerant, atque ope- 31
ra hoſtium miratus inveniénſque e militibus legionis
illius vix decimum quemque [5]) ſine vulnere, quanta
ibi res cum virtute [6]) geſta esſet, agnovit. Et Cicero-
nem et legionem ergo dignis laudibus concelebrans [7]),
centuriones nominatim et tribunos militum, ut cuiu-
ſque virtus atque operatio merebantur, poſtero [8]) die
concione advocata confirmat [9]) ſuorum animos ſolatur-
que ſuper damno fraude hoſtis et legati temeritate ſu-
ſcepto [10]), oſtendens coelitum favore et virtute mili-
tum illius malis artibus quaeſitae victoriae haud lon-
gaevam fuisſe laetitiam; conſequens esſe, ut nec eis
diuturnior dolor ſit. Huius fama victoriae ad [11]) La- 32
bienum tanta velocitate perlata est, quod, cum hora
diei nona pugnatum esſet, ante mediam noctem Remi
ad caſtrorum portas, quae ſexaginta pasſuum milibus
aberant, iubilantes Caeſarem vicisſe nunciarent. Qua
re latius vulgata Indiciomarus [12]), cui [13]) caſtra Labie-
ni in craſtinum adoriri propoſitum erat, cum omnibus
ſuis noctu abiit Treverimque [14]) repetiit. Caeſar in 33
hiberna concesſit, nullum tamen [15]) in eis otioſum

1) confidentia — Lem. *inſolentem confidentia et obſt.* Non male; ſed codicis lectio tolerabilis videtur ita, ſi abſtractum pro concreto accipiatur.

2) numeraculo — L. *miráculo.* G.

3) cod. multos

4) Lem. *ſilv. humore.* Male.

5) cod. quenquam

6) cum virtule res

7) celebrans

8) Poſtremo — L. *Poſtero.* G. (Interpunctionem mutavi.)

9) confirmavit

10) ſuſcepta (Lem. ſuſcepto)

11) cod. *om.*

12) Induciomarus — et ita in ſeqq. — cod. h. l. Indiciomarius

13) omnia — F. *cui.* G.

14) Trevirimque — Lem. *Treviroſque.* Male.

15) *om.*

diem agens, quin quottidie [1]) et [2]) legatos et exploratores undique deſtinaret, per quos ſtatum ac propoſitum civitatum noſceret: tanti et tam crebri motus Galliarum omnium ferebantur, et clandeſtina ſaepe concilia et nocturna etiam in ſilvis habere [3]) colloquia, et ad ſummam [4]) pacati pene [5]) nihil audiebatur. Inter cetera Lucius Roſcius [6]), qui tertiaedecimae praeerat legioni, nunciavit copias ingentes Gallorum ad oppugnanda eius caſtra venientes accepta victoriae ſuae fama
34 ſubito fugientibus ſimiles abiiſſe. Quibus Caeſar [7]) indiciis unum erga [8]) ſe animum Galliarum luce clarius intelligens non tamen deſtitit evocatis [9]) ad ſe principibus hos blanditiis et hos minis, quantum quivit [10]), in obſequio retinere [11]), idque illi [12]) continuum hiemale [13]) ſtudium fuit. Senones, quorum inter omnes et fama et auctoritas magna erat, Cavarium quendam, alibi Cavarinum invenio, ſtirpis regiae, quem Caeſar illis regem dederat, publico de [14]) conſenſu occidere voluerunt, cumque is fugae praeſidio mortis periculum evaſiſſet, perſecuti [15]) ſuis eum [16]) finibus expulerunt; cum autem ſuper his excuſatum legatos ad Caeſarem miſiſſent, atque ipse ſenatum civitatis ad ſe
35 venire praecepiſſet, minime paruerunt. Tanta omnibus cupiditas novandarum rerum erat, ut nihil eis ad rebellandum [17]) praeter ducem defuiſſe videretur; qui ubi affuit, mox emerſit occultata [18]) rebellio. Sic opinio inveterata praevaluerat, qua in rebus bellicis Galli omnibus ſe gentibus praeferebant et [19]) praeferendi

1) quotidie
2) *om.*
3) L. *haberi*. G. — imo e *Galliarum* repete *Galli* et *ferebantur*.
4) cod. ſumma
5) *om.*
6) cod. Roſtius
7) *om.*
8) contra
9) deſtitit. Evocatis
10) qoanta quivit diligentia
11) obſ. ſtuduit retinere.
12) Idque ad — Graevius ſtellulam praepoſuit.
13) cont. hic male
14) cod. *om.*
15) perſecutis - nec aliter cod. (Lem. perſecuti)
16) cum — L. *eum*. G.
17) debellandum — L. *rebellandum*. G. Non audivit Lem.
18) cod. occulta
19) *om.* — Adde *ac*. G.

eſse ab aliis credebantur, ut Romanorum imperio ſu-
beſse pudendum ſibi ac miſerum iudicarent et omnes
penitus aut rebelles Caeſari[1]) fierent aut ſuſpecti, prae-
ter Remos dumtaxat atque Aeduos, quos ille ſemper
ſummo[2]) habuerat in[3]) honore. Principes rebellio- 36
num multi erant, inter quos Indiciomarus Treverique[4])
magnum ſibi locum ſingulari[5]) quadam animoſitate[6])
praeſumpserant, legatos trans Rhenum mittendo, pe-
cunias promittendo, magnam partem Romani exerci-
tus interſectam et ſuperſtites metu ſemianimes asſeren-
do. Nec[7]) tamen aut mendaciis aut promisſis movere
animos potuerunt memores Arioviſti et bellorum cum
Romanis infeliciter expertorum. Deſtitutus Indicioma-
rus a Germanis ad Gallica ſe convertit auxilia, et tan-
tum valuit audacia, ut nomen atque opinionem ma-
gnanimitatis arriperet, atque ideo ad eum legati omnium
gentium hinc inde concurrerent[8]), et ipse fretus hac fi-
ducia concilium[9]) indiceret[10]), quod armatum appella-
bant, ad quod armati omnes puberes convenirent, et ve-
nisſe novisſimum capitale erat. In eo concilio[11]) inter[12]) 37
multa[13]) Cingetorigem, adverſarium, licet generum,
ſuum[14]) publicatis bonis hoſtem[15]) publicum[16]) denun-
ciat[17]), quod Caeſarem ſequeretur. Hinc edicit iturum
ſe ad Senones et Carnutes[18]) urbeſque alias, a quibus
expetitus[19]) atque expectatus[20]) ſit; tranſiturum vero
per Remorum fines eoſque populaturum, ante omnia
tamen oppugnaturum caſtra Labieni, quae vicina es-
ſent, et quid in eis[21]) exequendis facto[22]) opus ſit,

1) cod. Caeſaris
2) ſummo ſemper
3) cod. *om.*
4) Induciomarus. Treviri
5) *om.*
6) cod. animoſitate quadam
7) neque
8) cod. cucurerent
9) conſilium — L. *concilium.* G.
10) cod. induceret
11) conſilio
12) cod. *om.*
13) cod. mulcta (*c* int. verſ.)
14) ſuis
15) *om.*
16) Videtur addendum *hoſtem.* G.
17) cod. denuntiaut
18) Caruntes
19) repetitus — cod. expedit — L. *expetitus.* G.
20) cod. aſportatus
21) his
22) cod. *om.*

38 exponit. Sic concilio [1]) celebrato et auxiliis hominum atque equorum a finitimis recollectis [2]) Galliaeque omnis exulibus ac [3]) damnatis ad ſe blanda prece allectis [4]) et ſpe uberi praemiorum ad invadenda Labieni caſtra progreditur. Ille autem, ut horum nihil ignorabat, ſic nil penitus omnium [5]) metuebat, et [6]) ſitu et munimine loci confiſus [7]); quaerebat tamen, ardentisſimo hoſti ſi qua [8]) nocendi ſe [9]) offerret occaſio. In hoc unum intentus Cingetorigem et amicos alios nunciis ſollicitat, ut ad certum diem ſibi, quanto valeant,
39 equitatu adſint. Parere parant [10]) omnes. Interea Indiciomarus nunc inexpugnabilem loci ſitum intuens, nunc minas [11]) et nunc tela iaciens in dies propinquius [12]) caſtris [13]) obequitat, et Labienus in caſtris [14]) ſeſe continens maiorem quotidie metum ſingit. Magis atque [15]) magis creſcit hoſtium [16]) audacia, donec intromisſis [17]) clanculum equitibus intempeſta nocte et re ſummo ſtudio ſuppreſſa, ut nec ſciri nec ullis indiciis posſet intelligi, reverſa luce ipse etiam Indiciomarus ex more revertitur et inſultat caſtris, intraque vallum [18]) tela iaciuntur a ſuis et contemptisſime Romani milites altis vocibus ad proelium [19]) evocantur [20]).
40 Obſtinato illi ſilentio ſeſe tenent. Galli loco multum [21]), nihil hoſtibus [22]) tribuentes tandem ad veſperam, ut ſolebant, ſtando [23]) feſſi ſparſim abeunt. Quos ubi late effuſos Labienus vidit, ſubito patefactis caſtrorum portis erumpere equitatum iubet praeſagienſque, quod

1) conſilio — L. *concilio.* G.
2) collectis
3) atque
4) cod. ellectis
5) omnino
6) *om.*
7) viſus — L. *ſiſus.* G.
8) cod. *om.*
9) cod. *om.*
10) cod. adſint parere. parent
11) minus — L. *minas.* G.
12) propinquis
13) cod. *om.*
14) caſtra
15) magiſque et
16) hoſtium creſcit
17) intermisſis — L. *intro misſis.* G.
18) vallem — L. *vallum.* G.
19) cod. proelia
20) advocantur
21) militum
22) hoſtium — F. *Galli loco multum, nihil hoſtibus tribuentes.* G.
23) ſcandio — F. *taedio.* G.

accidit, Nemo, inquit, aliquem feriat, donec Indiciomarus interfectus ſit, ne forte alios feriendo ille ſpatium habeat evadendi. Tum[1]) praemia interficientibus proponit ingentia; mox egresſis equitibus electorum peditum ſubmittit auxilia. Ut iusſi erant, faciunt. Inopina re perculſis [2]) ac fugientibus hoſtibus, ex adverſo autem in unum intentis omnibus, in medio fluminis alveo Indiciomarus circumventus occiditur; caput truncum Labieno reportatum [3]) est. Hinc in ceteros factus est impetus ac plurimis interfectis ſero reditum in caſtra. Re, ut erat, in vulgus effuſa Eburones populique[4]) alii, qui Indiciomari[5]) hortatu coierant[6]) et in armis erant, territi dilabuntur, et ex illo aliquamdiu pacatior Gallia Romanis ducibus fuit.

CAPUT XV.

Neque his tamen fiſus Caeſar et Gallorum mores animoſque cognoſcens experimento[7]) maioreſque undique rerum motus expectans detrimenta militum per hos[8]) dies accepta[9]) reficere cogitabat. Itaque et dilectus novos per legatos habuit et ope Gnei[10]) Pompeii Magni proconſulis, cuius ea tempeſtate potentia Romae ingens erat, tunc quidem generi et amici ſui, tanti mox futuri hoſtis, obtinuit, ut tres ſibi legiones ante hiemis exitum adderentur et cohortes, quae[11]) cum Titurio perierant, duplicarentur, dicens, quod verisſimum erat, non in praeſens modo, ſed in omne

1) tamen
2) Inopiam repercuſſis — cod. Inopinare (e corr. inopinate) perculſis — F. *Inopina re perculſis.* G.
3) cod. portatum
4) populi (Lem. et populi)
5) ita h. l. ed.
6) cod. cogerant
7) experimento agnoſcens
8) eos
9) recepta — L. *accepta.* G.
10) Cneii
11) qui (non correxit Lem.)

tempus expedire rei publicae[1]) perſuaſum[2]) et Galliae et mundo tantas esſe vires Italiae, ut non ſolum damna bellis accepta ſubito[3]) reſtaurari, ſed copiae etiam duplicari posſent; quod ipse tunc et brevitate temporis et magnitudine copiarum liquido notum ſecit.
2 Et Indiciomari quidem morte Galliarum rebellio non quievit. Propinqui eius, ut imperii, ſic[4]) et propoſiti ſuccesſores, omnes, quos poterant, concitantes Ambiorigem iam Romanis ſcelere ſuo inviſum ſibi ſociant. Sentiens Caeſar Senones cum Carnutibus[5]) coniurasſe, Germanos in bellum a Treveris excitari, multos iam populos esſe in armis et fervere cuncta tumultibus, nihil differendum[6]) exiſtimans ante hiemis finem et[7]) omnium opinionem fines hoſtium improviſus[8]) aggreditur et nullum eis deliberandi aut conveniendi ſpatium relinquens late omnia populatur et praeda militibus permisſa multos hoſtium datis[9]) obſidibus[10]) in deditionem recipit[11]), tum[12]), quaſi nihil
3 egisſet, in hiberna revertitur. Inde veris initio Galliae concilium indicit[13]). Convenerunt omnes praeter Treveros et Senones et Carnutes[14]). Horum ille contumaciam quaſi quandam belli arrham accipiens, ne hanc rem negligere videretur, concilium ad Lucetiam Pariſiorum[15]) rurſus indicit. Hi[16]) Senonibus proximi ſunt. Inde igitur profectus in Senones tam repente, ut nec fugae illis nec defenſionis copiam daret, reſipiſcentes et per legatos veniam poſtulantes[17]) Aeduorum precibus motus admiſit, centum datis obſidibus, quos ſervandos Aeduis dedit. Secuti Carnutes[18]) deditionis

1) cod. reip.
2) Adde *esſe*. G.
3) cito
4) *om.*
5) Caruntibus
6) deferendum — L. *differendum*. G.
7) et ante
8) cod. improviſos (*o* poſterius e corr.)
9) datos
10) *om.*
11) recepit
12) cod. cum
13) indicat — L. *indicit*. G.
14) Caruntes
15) Lutetiam Pariſeorum
16) cod. In
17) cod. poſtolantes
18) Caruutes

exemplum et obſides miſerunt et Remorum precibus
veniam meruerunt. Sic in animis tunc Gallorum
odium metuſque certabant, ut primo pacem ſervare [1]),
ſecundo bellum gerere vetiti [2]) perpetuis atque incer-
tis motibus fluctuarent [3]). His incidenter exactis ad 4
concilium Caeſar redit et foederatis civitatibus equitatu
indicto et parte Galliae pacata toto animo converſus
in Treveros perfidumque Ambiorigem eo proficiſci in-
ſtituit, et cum Senonum equitibus Cavarinum, regem
gentis, ſecum duxit, ne, ſi eum domi relinqueret, vel ex
odio populi in eum vel ex ira eius in populum aliquis in
urbe motus oriretur. Erant ſane Menapii, confines Ebu- 5
ronum, Ambiorigis hoſpites, amici etiam Germanorum.
Caeſar Ambiorigem ſe proelio committere non auſurum
pro comperto habens hos auxiliares ſibi praeripere cen-
ſebat utilius, quam ipſum illum bello aggredi, ne ſic
eum in fugam atque in latebras cogeret, quod nolebat.
Duabus igitur legionibus cum omnibus impedimentis
exercitus miſſis ad Labienum, Treverorum tunc in
finibus, ut diximus, hibernantem, ipſe cum reliquis
(erant autem quinque expeditiſſimae legiones) in Mena-
pios pergit, atque illis pugnam detractantibus [4]) ſilva-
rum obicibus ac paludum omnia populatus nihil fer-
ro flammiſque liquit intactum, donec malis [5]) coacti [6])
datis obſidibus pacem precibus impetrarent, hoc prae-
cepto, ne vel Ambiorigem vel eius nuncios intra ſuos
fines admitterent; alioquin pacem praeſtitam nullam
fore. Interea Treveri, quietem peroſi, Labienum in- 6
vadere decreverant magno equitum ac peditum appa-
ratu, turpe ſibi pudendumque ducentes unicam legio-
nem eis invitis caſtra ſuis in finibus habere. Sed dum

1) ſervare incipere ſe — L. (ſ.) *incipientes*. G.

2) Lem. *veriti*. Male; neque opus est altero participio, quod idem ſecundum Graevium recepit. *Primo*, *ſecundo* ablativi ſunt, non adverbia, et ad *odium metumque* referenda.

3) fluctuarunt — L. *fluctuarent*. G.

4) detrectantibus

5) male — L. *malo*. G.

6) cod. *om*.

eunt, viae medio duas legiones ſupervenisſe ſentientes ſubſtitere [1]) et expectare [2]) Germanorum auxilia decrevere. Labienus, de temeritate hoſtium ſperans, dimisſo praeſidio hibernis illis obviam procedit [3]) et prope eos [4]) mille pasſuum ſpatio conſedit. Flumen erat in medio rapidum ripis extantibus [5]), quod nec ſibi tranſire propoſitum nec tranſitum iri ab hoſtibus
7 ſpes erat. Creſcebat interim in dies auxilii fama Germanici; hinc [6]) nactus occaſionem conſilium [7]) advocat et clara voce coram omnibus Audio, inquit, ingentes Germanorum copias adventare. Non est animus meque et exercitum in diſcrimen mittere. Cras prima luce caſtra [8]) movere et hinc abire diſpoſui: eſtote
8 igitur ad officium parati. Erant Galli in exercitu, qui, quamquam ſub Romanis ſignis militarent, naturali tamen patriae amore tenebantur. Neque certe aliter fieri poterat, quin ex tam multis aliqui ſic affecti esſent, ut magis originis, quam militiae, meminisſent. Per hos ſtatim res [9]) hoſtibus innotuit; neque Labienus aliud eventurum arbitratus fuerat, neque alium ad effectum verba illa in [10]) conſilio [11]) dixerat. Mox igitur clam accitis tribunis militum et primis exercitus ſui conſilii rationem pandit, quod ne inefficax ſit, ſimulari pavorem et omnia tumultuoſius fieri iubet. Paretur: fiunt ſingula ante tempus, trepidatione ac metu et [12]) fremitu inſolito; et ipse fragor abeuntium et exploratorum dicta conveniebant, Romanos fugere,
9 non abire. Conclamant hoſtes lentam esſe Germanorum expectationem nec priſcae Gallicae virtutis tantis hominum armatorum milibus paucos Romanos fugientes inſequi non audere. Haec [13]) inter magno impetu

1) ſubſiſtere
2) cod. aſpectare
3) cod. venit procedit
4) cod. illos
5) exſtantibus — cod. eſtantibus
6) cod. hinc Labienus (poſterius int. verſ.
7) Lem. concilium
8) *om.*
9) *om.*
10) mihi — L. *in.* G.
11) Lem. concilio
12) haec duo *om.*
13) hoc

caſtris crumpunt, flumen tranſeunt et iniquo copias
exponunt locò. Labienus, ut praeviderat, rem ſucce-
dere intelligens per inceptam ſimulationem, lento tamen
procedebat greſſu, donec inſequentes, quo deſtinave-
rat, produxisſet [1]). Tum converſus Oblata, inquit,
o milites, facultate pugnae proſperioris utimini. Ha-
betis hoſtem et iniquitate loci et ſuo errore ſuaque
dementia circumventum. Praeſtate mihi ſemel, quod
imperatori noſtro totiens praeſtitiſtis: agite, ut ſoletis,
et adesſe illum credite et videre, quae geruntur, omnia,
ſub cuius [2]) oculis tam multa ſaepe gesſiſtis [3]) egregie.
Haec dicens celſiore loco ſepoſitis parumper impedi- 10
mentis appoſitiſque praeſidiis totam aciem in hoſtes
obvertit et horrendo irtuit [4]) clamore. Illi, quos, ut
proſugos, ſequebantur, ad ſe tanta redire conſtantia
admirantes et attoniti vix primum tulere impetum
ſeque effuſa fuga proximis ſilvis occuluere [5]). Inſtant
Romani acriter, et victis principibus coniurationis,
multis in acie [6]), multis in fuga caeſis, multis etiam
captis, Germanis inſuper, qui, etſi primum negasſent,
expugnati donis ac precibus tandem eis auxilio venie-
bant, ad rei famam reverſis ad propria, civitatem
omni [7]) iam ſpe ac ſubſidio [8]) deſtitutam recipit [9]).
Indiciomari [10]) necesſariis fuga elapſis [11]) Cingetorigi,
qui Romanis fidus ab initio in finem fuerat, libera-
tae [12]) patriae regnum datur. Ad hunc modum Caeſar 11
non per ſe tantum, ſed per legatos etiam, qui ſub
eo virtutem militiamque didicerant et eius exempla
ſequebantur, maximas res agendo per diverſa terrarum

1) cod. perduxisſet

2) cuius ſub

3) cod. geſtis a m. pr. (*s/i* int. verſ. a m. ſ.)

4) horruit — cod. innuit — Lem. terruit

5) occuluere ſilvis

6) cod. aciem

7) omnium

8) ſpe et praeſidio

9) Lem. *recipiunt*. Fruſtra; ſcriptor iam hic de Caeſare cogitavit.

10) et Indiciomari (nam *Indic.* h. l. est in ed.)

11) cod. lapsis

12) libertate — F. *cum libertate patriae*. G.

ſui Romanique famam nominis attollebat. Quem [1]),
cum veniſſet in Treveros, voluntas cepit Rhenum
iterum tranſeundi. Duplex huc [2]) animum urgebat
cauſa, et quod [3]) hoſtibus auxilia, licet ſera, trans-
miſerant, et ne hoſti alteri Ambiorigi auxiliari posſent
aut ad ſe profugum receptare. Pontem ergo pari cele-
ritate parique militum fervore et paulo ſupra eum
locum, ubi primum fecerat, reficit [4]) et in Treveris et
ad pontem firmisſimo praeſidio dimiſſo reliquum tra-
12 ducit exercitum. Transgresſum [5]) Ubii [6]), gens Ger-
mana [7]), per legatos adeunt exponuntque, ex quo ſe
in poteſtatem [8]) Romanorum dederint, neque auxilia
Treveris aut [9]) ullis hoſtibus populi Romani [10]) miſiſſe
neque ulla in re fidem fregiſſe [11]). Orant, ne com-
mune odium Germanorum innocentiam ſuam premat;
ſi plus obſidum petat, paratos eſſe. Caeſar rerum [12])
veritate diſcuſſa comperit, non ab eis miſſa cis Rhe-
num, ſed a Suevis, auxilia. Excuſatione igitur Ubi-
13 orum [13]) admiſſa in Suevos accingitur. Nec ita multo
post ab iisdem [14]) Ubiis [15]) cognoſcit Suevos bellum
parare et late ſparſis edictis omnes ſuos ad arma con-
trahere. Itaque, ne quid [16]) temere agat, apto [17]) et
tuto loco caſtra communit frumentariaeque rei curam
exhibet; Ubios [18]) iubet pecora omnia campis abducere,
ſi forte barbaros coactos inedia, cuius impatientisſi-
mum genus est, ad [19]) iniquum certamen posſet in-
ducere; praecipit inſuper, ut ſummo ſtudio actus et

1) cod. quem Caeſarem (poſte-rius int. verſ. a m. ſ.)
2) cod. hunc
3) cod. quod et
4) refecit
5) cod. transgr. Caeſarem (hoc int. verſ. a m. ſ.)
6) cod. *ubi* ante corr.
7) cod. Romana
8) in poteſtate ſe
9) neque
10) cod. Ro.
11) cod. frangiſſe
12) haec undecim *om.* — Deſunt nonnulla. Caeſar autem hoc loco ait: *ne communi odio Germanorum, innocentes pro nocentibus poenas pendant.* G. atque hoc ſupplemento uſus est Lem.
13) cod. *Ve* ante corr.
14) eisdem
15) cod. ubi (addita dein ſyllaba *is*)
16) quod
17) cod. *om.*
18) cod. ubi (add. *os*)
19) cod. *om.*

conſilia hoſtium explorent eumque de ſingulis crebris
nunciis certiorem [1]) faciant. Illi obnixe iuſſa peragunt
paucoſque post dies nunciant Suevos ſuis [2]) omnibus
ac ſuorum viribus in extremo ſinium conſedisſe ad
ſilvam maximam, quae illos a Cheruſcis [3]), vicina
gente, diſterminat [4]); ibi [5]) Romanum exercitum ex-
pectare. Id pergratum Caeſari, bellorum cupidisſimo, 14
fuerat, ſicut illud poſtea [6]) permoleſtum, quod eis-
dem [7]) nunciantibus Suevos ſe in ſilvas intimas rece-
piſſe cognovit. Ut enim proelium exoptabat, ſic tae-
dium formidabat et iacturam temporis ac perplexam
horrebat indaginem, ſaepe expertus, quam difficile
esſet hoſtes ſilvis incognitis venari. Nec cesſavit tamen;
ſed id fruſtra fuit. Ac, ne pluribus agam, quam
oportet, non de hoc tantum, ſed de primo quoque
Rheni tranſitu deque alia hoſtium in ſilvas fuga [8])-ele-
gans ac ſuccincta Flori brevitas huic ſe loco inſerat
hiſtoriae, te, o lector, non ſolum patiente, ſed plau-
dente. Archanis [9]), inquit, hoſtem quaeſivit etiam [10]) 15
ſilvis; ſed in ſaltus ac paludes genus omne diffugerat:
tantum pavoris incusſit intra ripam ſubito Romana vis.
Nec ſemel Rhenus [11]), et [12]) iterum quoque et quidem
ponte facto penetratus eſt; ſed maior aliquanto trepi-
datio. Quippe cum Rhenum ſuum [13]) ſic ponte [14]) quaſi
iugo captum viderent, fuga rurſus in ſilvas et palu-
des; ſed, quod acerbisſimum Caeſari fuit, non fuere,
qui [15]) vincerentur. Haec, ut legis, ad literam Flori 16
ſunt, quibus innuit [16]) primum Rheni tranſitum non
ponte factum eſſe, ſed navibus. Imo [17]) vero hoc

1) certius — L. *certiorem*. G.
2) F. *cum ſuis*. G.
3) Ceruſis — cod. Cheruſtis
4) diſcriminat
5) ubi — L. *ibi*. G.
6) *om.*
7) cod. eisd. Ubiis (hoc a m. ſ. int. verſ.)
8) cod. ſuga in ſilvas
9) Apud Florum legitur *Hircinüs*. G. Id recepit Lem.
10) in
11) cod. *Renū* e corr.
12) *om.*
13) *om.*
14) ſic parte — L. *ſic ponte*. G.
15) facere, quae — L. *fuere qui*. G.
16) cod. iuitur
17) primo

non [1]) innuit [2]), ſed affirmat. Sic enim ante haec ſcriptum invenies: Iam Caeſar ultro Moſellam [3]), qui [4]) amnis est Treverorum, navali ponte transgreditur ipsumque Rhenum. Sed is, qui praeſens erat, dum haec fierent, utrumque tranſitum ſtabili ponte deſcribit; quem in hac narratione ſecutus ſum. Procedo
17 autem. Videns ergo Caeſar rem temporis indigam longeque difficilem, praecipue prae frumenti inopia, quod eo tempore Germanis agriculturae ſtudium non erat: magna pars venatu et latrocinio utebantur, quorum altero [5]), ſit modo facultas, libenter nunc etiam utuntur; lacte, carne, caſeo victitabant [6]); omiſſo incepto rurſus in Galliam ſtatuit reverti [7]), ſed ut metu ſui reditus barbarorum impetum frenaret, non pontem fregit, ut prius, niſi ab ea parte, qua Germaniam contingebat. Illa quidem parte extrema in dextram [8]) Rheni ripam deſinente ducentorum pedum ſpatio reſciſſa et [9]) turri lignea ſuperimpoſita et multimodis circumvallata munitionibus duodecim cohortes ad tutelam pontis impoſuit et Vulcatium Tullum eis [10]) praepoſuit, cui [11]) et pontis et cohortium curam dedit.
18 Ipse vero adverſus Ambiorigem proficiſcens per Arduennam [12]) ſilvam, maximam omnium Galliarum, quae inter Treveros Nervioſque [13]) et Remos quingentis et eo amplius paſſuum milibus in longum, ita enim proditum a ſcriptoribus rerum est [14]), in latum vero unius aut circiter aeſtivae lucis itinere, quod ego ipse ſum emenſus, extenditur, Lucium Baſilium [15]) cum toto praeire iubet equitatu et cavere, ne ignes in caſtris

1) non hoc — cod. haec non
2) cod. imuit
3) in Offellam — cod. in Moſſellam — L. (*in*) *Moſellam*. G. Ego vulgatae lectionis indicio praepoſitionem delevi.
4) *om.*
5) *om.*
6) cod. victabant
7) reverti ſtatuit
8) dexteram
9) *om.*
10) his
11) *om.*
12) cod. Aduernam
13) cod. Nernioſque (ut ſupra)
14) *om.*
15) L. *Baſilum*, et ſic post *Baſilus*. G.

fieri ſinat, ne quod indicium ſui adventus detur [1]), neu ſtrepitus aut tumultus incedentium audiatur, ſi forte velocitate vel ſilentio proficeret [2]) ad iniquiſſimum hominem opprimendum: quod pene ſucceſſit. Nam Ba- 19
ſilius praepropere [3]) ſupraque [4]) longum iter peragit [5]), cumque indiciis comperiſſet haud [6]) procul Ambiorigem inter ſilvas comitatum paucisſimis equitibus ſe tenere, improviſus ac ſubito ſupervenit [7]) ita, ut currus equoſque [8]) et arma eius et omne bellicum inſtrumentum Romani equites ante, quam ab eo viderentur, arriperent; deque [9]) ipso actum erat, niſi quidam [10]) e ſuis loci [11]) anguſtias paulalum [12]) defendisſent, et [13]) ipse interim unius manu [14]) inermis equo impoſitus et poſtico nemoroſae domus emiſſus per ſilvarum devia et calles abditos erupiſſet. Sic utram- 20
que in partem erga unum hominem una hora vim ſuam exercuit fortuna, ut incautus opprimeretur, oppreſſus evaderet. Nec ſatis ſcio, quis nocentium unquam tam indignus evaſerit; niſi quod ſupplicii genus fuit tam [15]) vicinae mortis metus, qui, ut mihi quidem videtur, ipsa peior est morte. Et quid ſcimus, an ſibi fuiſſet utilius ad manus [16]) irati licet Caeſaris [17]) pervenire? Nam, ut erat inexhauſtae clementiae, confitenti [18]) crimen et oranti forſitan [19]) veniam non negaſſet. Nunc per ſilvas transrhenanas vagus ſemper ac profugus perpetuis vitam egit in latebris, conſcien-

1) detur adventus
2) cod. perficeret
3) propere
4) Videtur ex Caeſare reponendum: *ſupraque omnium opinionem*. G. Repoſuit Lem. ſine neceſſitate. Scriptor hyperbole uſus est.
5) peragat — L. *peragit*. G.
6) cod. *haut* ante corr.
7) pervenit — F. *ſupervenit*. G. Non asſenſus est Lem.
8) eqnos
9) De quo
10) quidem
11) locis — F. *quidam e ſuis loci*. G.
12) *om.*
13) ut
14) manus. — F. *ut ipsae* (Lond. *ipsa*) *interim unius manu inermis*. G. (Lem. *ipse*)
15) *om.*
16) *om.*
17) Caeſaris poteſtatem
18) confiteri — L. *confitenti*. G.
19) cod. forſitam

tia[1]) illum, ſi qua erat, et iugi[2]) pavore plectenti-
21 bus. Illud plane odioſum, quod de rege nefario[3])
nulla unquam aut[4]) Caeſari aut populo Romano[5])
vindictae occaſio data est: et ipse latitans atque invi-
ſus et inultum ſcelus in finem fuit. Ceterum quo die
e manibus Romanorum vix evaſit, ut diximus, vita
retenta contentus ſpe proiecta ſuis, quos a tergo lique-
rat, per nuncios fugiens mandavit, ut, qua posſet,
ſibi quiſque conſuleret. Qui per diverſa effuſi multum-
que vexati[6]) pars ſe paludibus condiderunt[7]), pars
in alienas manus non ſine ſuis miſeriis inciderunt.
22 Cathovoltus[8]) vero, qui ſecum[9]) ſuper Eburones
pari regnarat imperio eiuſque[10]) conſilium ſecutus
Romanis ſeſe bellis immiſcuerat, quonam res venisſet,
intelligens, iam grandaevus et laboris impatiens nec
fugere valens nec pugnare auſus ſuarum auctoris ae-
rumnarum Ambiorigis caput multis imprecationibus
execratus mortem ſibi conſcivit. Vicinae gentes hoc
eventu regum territae per legatos pacem a Caeſare
petierunt, quam eis hac lege concesſit, ut, ſi qui
Eburonum ex fuga in illorum fines devenisſent, ad ſe
captivos adducerent; ſe, ſi hoc facerent, temperaturum
23 ab offenſis ait. His actis omnes copias trifariam divi-
ſit, neve eum curae aliae diſtraherent, impedimenta
omnia unum contulit in locum: Aduatica[11]) oppido
nomen, locus, ubi Titurius Sabinus et Arunculeius
Cotta hibernaverant, unde, ut memoravimus, impru-
denter infeliciterque diſcesſerant. Hic locus eligitur et,
quod aptus ad cetera, et, quod munitiones anni alte-
rius adhuc integras habebat, ut labori militum parce-
retur. Legionem quartamdecimam praeſidio dimittit, le-

1) conſcientiam — L. *conſcientia*. G.
2) cod. in m. *l' vigili*
3) cod. nefaria
4) cod. et aut
5) cod. R.
6) cod. ut vexati
7) haec quatuor cod. *om.*
8) cod. Cathavolenus — Caeſari est *Cativulcus*. G.
9) cod. qui ſecum vero
10) eiusdem
11) cod. Aduanea — in m. natucha

gioni praeficit[1]) Quintum Tullium Ciceronem. Tum[2])
populatum in Menapios tribus cum legionibus Labie-
num et Gaium[3]) Trebonium cum[4]) totidem in Adua-
ticis[5]) adiacentem regionem dirigit. Ipse cum totidem 24
ad[6]) Arduennam et fluvium Scalden[7]), qui Eburonum
in finibus Mosae illabitur, pergit, quod eo Ambiori-
gem, qui nondum Rhenum transierat, confugisse au-
diebat. Digrediens[8]) se ad diem septimum rediturum
spondet; idem[9]) legati duo, quos mittebat, ut[10]) fa-
ciant, si liceat[11]), monet; Ciceroni praecipit, ut castrorum
custodiae intentus nullum portis egredi sinat. Et tunc
quidem acies hostium, quae timeri posset, in circuitu nul-
la erat: sparsim se silvis ac paludibus continebant; quos
persequi et latebris eruere operosum erat ac difficile.
Nam, si simul exercitus duceretur, loca erant legionibus
ac signis impervia, sin autem spargeretur, erat paucis ab
omni parte periculum, quod[12]) hostes mille[13]) locis in-
cognitis delitebant[14]). Hinc magna duci orta erat ambi- 25
guitas, quid consilii caperet. Tandem illud elegerat, ut
potius aliquid de iustissima[15]) hostium ultione remitte-
ret, quam de utili militum cautela. Ne tamen ultio-
nem ipsam negligeret, mittit[16]) edicta[17]) per proximas
civitates, ut, qui lucrari cuperent, convenirent. Mul-
tos vetus odium, inter vicinos maxime vigere solitum,
neque pauciores cupiditas attraxit. Sic utilius fieri
dux providentissimus[18]) extimabat, ut Gallorum opera

1) praefecit
2) tamen
3) Caium
4) *om.*
5) Aduaticos
6) *om.*
7) Scaldam — L. *Scaldim.* G.
8) et digrediens
9) Inde — L. *idem.* G.
10) Graevius stellulam praeposuit, sine iusta caussa. Lem. *Inde legatos duo, quos mittebat, ut item faciant, si liceat, monet.* Male.
11) cod. licet
12) *om.*
13) nullas — L. *autem.* G. Oud. in m. veram lectionem coniecit. Lem. *nullo periculo*
14) cod. dellatebant
15) iust. aiqua exoptissima — F. *exoptatissima* (pro *exoptissima*). G.
16) haec novem *om.* — Hic aliqua desunt, quae ex Caesare suppleri possunt. G. Lem. remitt. q. *cum aliquo detrimento militum noceretur: itaque pronunciat de edicto* per etc. Temere.
17) cod. edita
18) prudentissimus

Galli diriperentur [1]), quam periculo Romanorum, praesertim cum locorum notitiam, quae Romanis deforet, Galli haberent. Simul Eburonum urbem ita meritam cum [2]) funditus optaret [3]) everti, his [4]) edictis hoc consequi sine suorum discrimine videbatur.

26 Iam dies [5]) septimus aderat, reditui Caesareo praefixus, nec ipse redierat nec legati. Accidit interea [6]) inopinus casus, quo suam fortuna [7]) potentiam [8]) in bellis praecipuam demonstraret. Iam praedae in partem omnes acciri trans Rhenum quoque fama vulgaverat. Mox Sicambri, gens Germana praedae avida, collectis duobus milibus equitum Rhenum navigio transeunt, Eburonicos [9]) fines invadunt, praedam non tantum cum impunitate, sed etiam Romanorum cum gratia relaturi. Iam hominum pecudumque magnam vim collegerant et urgente lucri dulcedine procedebant, nec eundi nec praedandi finem sibi cupiditas faciebat.

27 Sic euntes captivorum unus avertit [10]): Et quid, inquit, huic praedae laboriosae atque inopi tanto studio inhiatis, cum perveniendi ad summas opes tanto facilior breviorque sit via? Trium spatium horarum Aduaticam [11]) vos perducet. Ibi Romanus exercitus opes suas fortunasque reposuit. Perexiguum praesidium loco est. Caesar longe abest. Hic [12]) dies ipse [13]), ni respuitis [14]), opulentos nullo faciet [15]) negotio. Praeceps hominum genus et consilii inops, ut [16]) sunt plane proni [17]) omnes acquiescere consiliis, quae delectant, mutato repente proposito praedaque omni [18]), quam cepe-

1) cod. deriperentur
2) cod. tam — F. *ut*. G. — Lem. *om.*
3) Lem. optabat
4) Lem. Dies
5) haec novem *om.* (cod. editis)
6) praeterea
7) fortunam
8) ponam — L. *bonam*. G. Temere obsecutus est Lem.
9) Eburones — L. *Eburonum*. G. — Epist. Variar. 26. p. 1007: Ciceronicam Catonis excusationem.
10) cod. adverlit
11) cod. ad Nalucham
12) haec
13) *om.*
14) respuistis — L. *respuitis*. G.
15) Addendum *vos*. G.
16) et
17) plane proni sunt
18) omnium — L. *omni*. G.

rant, recondita eodem ipso confultore et duce Aduati-
cam [1]) brevi calle perveniunt. Cicero, cui legionis loci- 28
que cuftodia commiffa erat, totis feptem diebus Cae-
farei memor imperii fuos omnes intra vallum fic te-
nuerat, ut nec militum nec calonum quidem quifquam
caftris effet egreffus. Cogitans demum neque Caefarem
promiffo venturum tempore, quem proceffiffe[2]) fama
erat, infuper et fuorum impulfus increpationibus[3]),
qui illius obedientiam tam exactam defperationi atque
obfidioni non abfimilem[4]) murmurabant[5]), non effe[6])
enim timendi caufam ullam propinquo Caefare, falvis
legionibus, integro equitatu victifque ubique hoftibus
ac diffipatis et prae timore latitantibus[7]), parumper
et praeceptum ducis inflexerat et appetitui[8]) militum
frena laxaverat et quinque cohortes in vicinas fegetes
frumentatum non tam miferat, quam ire permiferat.
Secuta erat ingens vis calonum et huiufce[9]) generis
hominum. Sicambri[10]) interim (quis[11]) tunc eos expe- 29
ctasfet? fed parere fuperioribus tutum est) improvifi
et tecti filvis ad caftra perveniunt eaque non oppu-
gnare, fed recta via eodemque, quo venerant, impetu
ingredi[12]) moliuntur; tantamque formidinem inopini
hoftis incurfus totis caftris effuderat[13]), ut vix portae
defenderentur, et frequentare illa foliti mercatores,
qui tum forte[14]) portis excesferant, fubita re territi
et oppreffi nec fugiendi nec fe intra vallum referendi
fpatium haberent. Semper quidem moeftisfimus vates
timor omnia fibi triftia et periculofa fingebat: Quidam 30
fufis copiis ac deletis et imperatore pesfumdato[15]) ve-
nire barbaros ad reliquias confumendas, nunquam ali-
ter hoc aufuros; alii infauftum Romanis legionibus

1) cod. ad Natucham
2) proc. utilius — F. *ulterius*. G.
3) increpationibua impulfus
4) cod. adfimillem
5) numerabant
6) abesfe — F. *adesfe*. G.
7) latentibus
8) appetui — F. *appetitui*. G.
9) huiufcemodi
10) et Sicambri
11) in cod. *s* in fine deletum est.
12) iotrare
13) infuderat
14) cod. *om.*
15) cod. pasfu dato

locum esſe, ubi paulo ante legio altera legatique peri-
erint; alii hoſtes intra vallum esſe et capta iam caſtra
vociferari, nemo ullam ſolitae virtutis imaginem aut
actu forti aut[1]) animoſa voce praetendere: huc illuc
ſine ordine, ſine ratione diſcurritur. Qua trepidatione
Sicambri ſui ducis dicto magiſque[2]) fidei habere coe-
perant, nullum intus esſe praeſidium, ſeque mutuo
31 incitantes eo acrius inſultabant. Actum erat, ni vir
unus iſque aeger aſſuisſet[3]), quem ſupra nominavi-
mus, Publius Sextius[4]) Baculus, tanta tunc presſus
aegritudine, ut iam quinque diebus ſine cibo ageret,
et morbo ſimul et inedia iam vicinus morti. Sed ge-
neroſum animum res nulla deicit[5]). Is ut videt[6]) deſeri
tutelam caſtrorum et de fuga, non de virtute, cogitari,
remque in anguſto poſitam nutare, et ſuae et publi-
cae ſaluti metuens[7]) ſurgit e grabatulo[8]) ira vires
dante et acceptis ab obvio quodam armis gradu tre-
mulo portam occupat caſtrorum ſeque ſemianimem
hoſtibus obicit[9]). Sequuntur centuriones, viri[10]) fortes,
aliquot hinc metu, hinc pudore exciti, hoſque alii
32 ſequuntur: ita ſenſim pugna reſtituitur. Ipse post
paululum[11]) audendi[12]) inceptor et[13]) dux Sextius
morbo additis vulneribus iam fatiſcens ſuorum[14]) ma-
nibus proelio ſubtractus in tabernaculo reponitur. Non
tamen obmittitur[15]) reſumpta defenſio. Frumenta-
tores interea revertuntur, re conſpecta territi et, quid
agant, neſcii. Fortes[16]) etiam animos repentina con-
cutiunt. Itaque ipsi quoque barbari[17]) adventu illorum

1) aut animo aut
2) Puto *magis magiſque*. G. Malim *magis*. cf. Epiſt. rer. fam. Lib. VII. ep. 17. p. 686: nuſquam prudentiae minus, nuſquam periculi magis est.
3) cod. adfuisſet
4) cod. Sextus
5) nulla res deiecit
6) cod. vidit
7) metuens ſaluti
8) grabaculo—L. *grabatulo*. G.
9) abiicit — cod. abicit — L. *obiicit*. G.
10) cod. virique
11) paulum
12) audiendi — L. *audendi*. G.
13) haec duo cod. *om.*
14) *om.*
15) omittitur
16) L. *hoſtes*. G.
17) haec octo *om.* (cod. cūcutiunt)

ſubito permoti et legiones reduces opinati ſubſtitere,
mox recognita[1]) paucitate, quos timuere, deſpiciunt
atque invadunt. Ibi et conſilia diverſa et res varie
geſta est[2]); pars incolumis Gaii[3]) Trebonii cuiusdam
alterius ducatu ipsos per hoſtes in caſtra penetravit,
cumque[4]) his equites et calones multi pari impetu
in[5]) tutum evaſere, pars egregie pugnans periit; pars
eorum, qui in collem proximum confugerant, viſa[6])
comitum virtute per eorum veſtigia in caſtra feſtinans
ſalva pervenit, pars praeventa et circumventa procu-
buit. Barbari deſperantes caſtra, ut crediderant, capi 33
posſe ad praedas, quas in ſilvis occultaverant[7]), atque
inde ad patriam ſunt reverſi. Neque tamen hoſtibus
digresſis abiit pavor ſic affixus animis[8]), ut nocte,
quae hunc caſum inſecuta est, praemisſus a Caeſare
Gaius[9]) Voluſenus[10]) cum[11]) equitatu adveniens et im-
peratorem cum exercitu adventare nuncians fidem non
invenerit: ſic omnibus[12]) perſuaſum erat deleto exer-
citu fugisſe equites, neque omnino[13]) aliter barbaros[14])
caſtra aggredi auſuros, ut dictum[15]); denique boni ni-
hil penitus cogitare audebant in deterius inclinati ani-
mi. Mirum valde, unde[16]) ea conſternatio in tam 34
fortes viros, niſi opinari libeat, cum omnia humana[17])
inſtabilia ſint[18]), esſe aliquas horas, quae conſtantes
quoque animos ſui oblitos emolliant ac perturbent.
Neque vero hic metus altisſime radicatus ulla re alia
exſtirpari[19]) quivit, quam ipsius Caeſaris cum exercitu
redeuntis aſpectu, in quo uno ſecuritas[20]) habitabat.

1) re cognita — F. *recognita*. G.
2) cod. ſunt
3) Caii
4) eumque (Lond. et Lem. cumque)
5) et — L. *in*. G.
6) vita — L. *viſa*. G.
7) cod. occulerant
8) animus
9) Caius
10) cod. Volesſenus
11) qui (Lem. cum)
12) cum omn. — L. *enim* (*o.*). G.
13) L. *Germanos*. G.
14) *om.*
15) dictum est — cf. §. 30. init.
16) unde venit
17) humana omnia
18) ſunt
19) extirpari
20) omnis ſecuritas

85 Caesar ergo rediens et fortunae vim casuumque varie-
tatem ab experto[1]) sibi notissimam recognovit[2]) in eo
maxime, et quod eo praeter omnium[3]) opinionem bar-
baros adduxisset, et[4]) inde eos pene iam voti compo-
tes abstraxisset. Haec, ut communia, non admirans,
unum non poterat non mirari, unde haec barbaris
consilii tanta mutatio, ut, qui[5]) in gratiam Romano-
rum ad populandos[6]) Eburonum fines et Ambiorigem
persequendum venerant, ad oppugnanda Romana ca-
stra[7]) conversi Ambiorigi atque Eburonibus[8]) gratissi-
mam rem fecissent. De reliquo, quod contra suum
praeceptum cohortes in praedam emissae castra deseruis-
sent, legati inobedientiam leniter[9]) arguit, ut qui
et mitissimus natura et legati huius esset amantissimus,
quod ex familiaribus ad eum fratris[10]) epistolis evi-
86 denter elicitur. Haec cum suis Caesar; at[11]) adversus
hostes iratior in omnes partes diffundit exercitum:
abiguntur pecora, convectantur praedae, consumuntur
frumenta, exuruntur aedificia, omnia[12]) denique per-
vastantur[13]), tantoque impetu hinc inde discursum est,
ut Ambiorigem a se visum multi dicerent atque ad
eum comprehendendum incredibili celeritate contende-
rent, omni labore peti dignum extimantes, quo im-
mensam Caesaris gratiam mererentur, et canis in mo-
rem leporem captantis saepe ab effectu suae intentio-
nis minimum absuisse tantumque[14]) non manibus il-
lum[15]) arripuisse se crederent[16]), dum ille interim nu-
squam tutus die noctuque latebras mutaret, nonnisi
quatuor comitibus, cum salutem suam pluribus[17])

1) ab aperto — F. *olim* aut simile quid. G. (ab aperto Lem.)
2) cod. cognovit
3) omnem
4) ut — F. *et inde*. G.
5) *om.* — F. *ut qui in*. G.
6) cod. populaudas
7) *om.* — Addendum *castra*. G.
8) Eburonis — L. *Eburonibus*. G.
9) leviter
10) factis
11) cod. et
12) cod. omniaque
13) pernascantur — L. *pervastantur*. G.
14) cod. tamenque
15) cod. illum non manibus
16) concederent — L. *contenderent*. G.
17) cod. prelibus — in m. pluribus

committere non auderet. Sic inultum ſemper Ambiorigi crimen fuit, quamvis fuga iugis et perpetuus pavor et latebrae longum ſupplicii genus esſe potuerint [1]). Tandem Caeſar fugitivum unum ſequi et diffi- 37
cile ſibi videns et inglorium [2]) omnibus in circuitu vaſtatis [3]) in Remorum fines rediit. Ibi concilium [4]) Galliae indixit et de coniuratione rebellium Senonum ante alios et Carnutum [5]) quaeſtionem habuit, de Acthone [6]) autem, principe coniurationis, Romano more ſupplicium exegit, cuius eventu [7]) quidam [8]) ſibi [9]) male [10]) conſcii effugere; aqua et igni contumacibus interdictum est. Sic compoſitis rebus eis decem legiones ita partitus est, ut duae Treverorum, totidem Lingonum, ſex aliae Senonum in finibus hibernarent, proviſiſque necesſariis ad Italiam est profectus.

CAPUT XVI.

Caeſar ut ex Gallia diſcesſit, ecce novi undique motus, novae rebelliones; ubique conventus, ubique concilia [11]), non in urbibus modo [12]), ſed in ſilvis lociſque abditis. Multos odium antiquum incitabat, multos pavor novus [13]) Acthonis [14]) morte concusſerat: recaſurum [15]) ſuum in caput illius ſupplicium cogitabant [16]). Accedebat commiſeratio communis patriae et

1) potuerit
2) in gloriam — L. *inglorium.* G.
3) cod. vaſtantibus
4) conſilium — L. *concilium.* G.
5) Caruntum
6) *Accone* est in Caeſare. G.
7) *om.*
8) quidem
9) Lem. *om.*
10) mole — F. *male conſcii.* G. — Lem. nonnulli
11) conſilia
12) cod. *om.*
13) novis — L. *novus.* G.
14) Atthonis — cod. Atonis
15) rectisſimum — Senſus poſtulat legi *unuſquiſque enim.* G. — immiuentisſimum Lem.
16) cogitabat — Lem. cogitabant

indignatio gloriofae olim Galliae[1]), tunc Romano iugo
fubditae et Romano[2]) imperio fervientis[3]). Multae
2 caufae ad unum finem animos urgebant. Caefar cifal-
pinam in Galliam cum venisfet, mox ad eum rumor
de Clodii caede perlatus est. Hunc, amicum Caefaris,
Milo, amicus Marci Ciceronis, occiderat, de quo
praeclara eius extat[4]) oratio, quae Milonia[5]) dicitur.
Eius rei caufa magni Romae motus fuerant, nec fama
finibus Italis contineri potuit Alpesque tranfcenderat.
Hinc rebellantibus occafio data erat hiftorias novas in
Caefarem fingendi. Dicebant vulgoque percrebuerat
urbanis detentum fimultatibus non posfe deinceps in
provincias[6]) reverti. Tanto illi acrius inftare, tanto
alacrius Gallia omnis confpirare. Nihil e contingen-
tibus[7]) omisfum; preces pollicitis[8]) cumulantur, et
qui fe rebellionis in Romanos[9]) ac Gallicae libertatis
auctores profiteri aufi esfent, his ingentia praemia
3 proponuntur[10]). Illud primum maximumque delibe-
rant, qualiter Caefar, fi fors[11]) redeat, a fuis legio-
nibus fegregetur. Id[12]) tamen haud difficile factu esfe
confirmant, quod neque abfente[13]) duce loco fe mo-
vere audeant legiones, neque ad eas dux incomitatus
accedere, modo[14]) fit aliquis, qui illius iter[15]) impe-
diat, nec unius hominis nomen totus[16]) orbis exhor-
reat; poftremo quifquis[17]) rem cafus exceperit, fatius
esfe multo fub patriis[18]) armis mori, quam fub ex-
terno iugo vivere, multoque tolerabilius hanc praefen-

1) cod. patriae
2) cod. Ro.
3) cod. fervitutis
4) cod. eftat
5) Miliona — L. *Miloniana.* G.
6) provinciam
7) F. *a cunctis gentibus.* G. Recte non obfecutus est Lem. *Contingentia* noftro funt, quae ad rem facere videantur. v. Ep. rer. fen. L. XV. ep. 1. p. 946: nihil unquam de contingentibus intermifi — quo Ciceronis libros undecunque conquirerem.
8) cod. follicitis
9) Romanis — L. *in Romanos.* G.
10) cod. praeponuntur
11) fors — F. *forfan.* G. forte Lem.
12) Illud
13) cod. abesfente
14) cod. modus
15) rei facultatem
16) totius — L. *totus.* G.
17) quifque (Lem. quifquis)
18) propriis

tem vitam brevem et caducam, quam antiquam glo-
riam et avitam[1]) perdere libertatem. His ac simili- 4
bus[2]) consiliis agitatis Carnutes[3]) sese ingenti[4]) nego-
tio duces offerunt, et quoniam[5]) silvestribus in locis,
ubi haec fiebant, copia obsidum non sit nec[6]) acciri
queant, quin res in apertum exeat, quam religiosis-
simo se vicissim sacramento obligant, ne quis Gallus
belli[7]) duces metu aut spe aut quacunque causa de-
serat. Sic firmatis rebus multis cum laudibus ingentes
gratiae Carnutibus actae sunt, atque ita demum quasi
maiore[8]) parte negotii confecta ad sua quisque digre-
ditur. Dies aderat claro praefixa facinori. Carnutes,
tantae rei duces, perditissimis sibi ducibus comparatis
Genabim[9]) oppidum invadunt civesque Romanos ibi
negotiantes et prorsus incautos, nominatim Gaium[10])
Suffium[11]), illic a Caesare rei frumentariae[12]) praefe-
ctum, honestum virum Romanumque equitem obtrun-
cant ac bona omnium[13]) tanquam bello parta diripiunt.
Illico[14]) rei fama diffunditur, ut sunt Galli rumorum 5
ferendorum ante alios studiosi, ut, cum scilicet haec
caedes atque ista direptio ortu solis factae essent, forte
ideo, ut[15]) cum lucis initio belli principium conveni-
ret[16]), ante primam noctis proximae vigiliam rei no-
titia ad Alvernos per centum sexaginta milia passuum
pervenisset[17]). Ibi vero laudatores atque improbato-
res, ut variae sunt hominum sententiae, res invenit.
Erat tunc Alvernis ille, ut Flori verbo utar, corpore,

1) avidam — cod. habitam — L. *avitam*. G.
2) consimilibus
3) Carnntes — L. *Carnutes*, et sic in sequentibus corrige. G. Vitium non amplius notabo. In cod. autem nonnunquam est *Carmites*, ut XVIIII, 4. 5.
4) cod. *om.*
5) quum
6) neque
7) cod. quis Galli du.
8) maiori
9) Genabin
10) Caium
11) L. *Fufium*. G.
12) cod. re frumentaria
13) omnia
14) Illic — L. *Illico*. G.
15) haec quatuordecim *om.* (cod. dirrectio)
16) *convenisset* Lem., non infeliciter lacunam transiliens.
17) deveniret

armis ſpirituque terribilis, nomine etiam quaſi[1]) terrore compoſito, Vercingetorix[2]) quidam[3]), potentisſimus ac factioſisſimus adoleſcens, olim filius Cebali[4]), qui principatum omnis Galliae cum teneret, ad re-
6 gnum aſpirans a populo fuerat interemptus. Hic, ut erat et potentiae ingentis et ardentis ingenii, clientelis amicitiiſque collectis, quod vult, facile perſuadet. Arma omnes capiunt atque ad bella ſe praeparant. Erat illi patruus Gobacio[5]), vir provectioris aetatis et conſilii ſanioris, et ſicut hunc ſtulti iuvenes, ſic ſenes providi illum[6]) ſequebantur. Quibus ergo iuvenile conſilium non placebat, quique ſtultam et inutilem hanc fortunae experientiam iudicabant, Vercingetorigem[7]) ab incepto prohibent, reluctantem Gergonia[8]) oppido
7 perturbant[9]). Loco ille mutato animum non mutavit, quin etiam multo enixius[10]) urgebat inceptum; et, ſicut fere accidit, ut male agentes comitatiores[11]) ſint ſemper[12]), inopes perditique omnes, quorum innumerabilis[13]) turba est, ad hunc talem ducem confluunt. Quibus fretus et iniuriae memor Gergoniam[14]) redit[15]) patruumque et reliquos, a quibus pulſus erat, expellit et creſcente vano favore multitudinis, quod optasſe pater morte emerat, rex dicitur. Iamque inſaniae auctoritate addita legatos per diverſa transmittit et reverentius auditur et promptius exauditur, tantumque brevi profecerat[16]), ut ſecum Senones, Pariſii, Pictones[17]), Cadurci, Turones, Aulerci[18]), Lemoni-

1) cod. quaſi etiam
2) cod. Vercingetoris
3) quidem — L. *quidam*. G.
4) L. ex Caeſare *Celtilli*. G.
5) Gobocio — In Caeſare ſcribitur *Gabanitio*. G. — Gobanitio Lem.
6) illum providi
7) cod. Vercengetorem
8) L. *Gergovia*, et ſic in ſequentibus ſcribendum. G.
9) F. *proturbant*. G.
10) cod. in ipsins
11) comitationes — F. *malis comitatiores*. G. (comitatiores Lem.)
12) *om.*
13) immutabilis — Puto *innumerabilis*. G.
14) cod. Gergoniae
15) rediit
16) cod. praefecerat
17) cod. Pithones
18) cod. Aluerci

ces[1]), Andes et ceteri, qui ad oceanum vergunt, una-
nimiter coniurarent. Neque id satis: omnium consen-
su regnum ei atque imperium defertur. Sic ea tem- 8
pestate Gallorum animi et consilia volvebantur, sic
Romani nominis odium alte animis insiderat[2]), ut,
quisquis se illis opponere ausus esset, regno dignissi-
mus haberetur[3]). Iam non Alverniae[4]) rex igitur, sed
Galliae, contraque Romanos belli dux non orat[5]) ne-
que consulit, ut solebat, sed obsides, sed arma, sed
milites imperat et paretur, imperiumque ipsum seve-
ritate terribile efficit. Gravioris noxae reos flammis
exurit, tormentis excruciat; leviora[6]) ausos effusis[7])
oculis aut auribus resectis[8]) vitae linquit[9]) ad ludi-
brium[10]), ad exemplum. Iam potens atque horren-
dus et natura ferox et regio tumidus fastigio Luthe-
rio[11]) Cadurco, audacissimo viro, cum parte exerci-
tus in[12]) Ruthenos misso petit ipse Bituriges. Illi ad- 9
ventu subito permoti ab amicis Romanorum Aeduis
auxilium per legatos petunt[13]). Aedui rem ad legatos
Caesaris reiiciunt[14]) eorumque consilio equitum illis
ac[15]) peditum dirigunt auxilia. Qui cum ad Ligerim
amnem[16]), Aeduorum tunc et Biturigum imperii limi-
tem pervenissent, aliquot ibi[17]) dierum mora exacta
redierunt, hanc causam reditus praetendentes, quo-
niam, si transissent, hinc ab Alvernis, hinc a Bituri-
gibus[18]) opprimendi essent: id enim ambabus genti-
bus fuisse propositum. An id sane tali metu ege-
rint[19]), an fraude, ne dicam hodie, sed tum quoque

1) L. *Lemovices*. G.
2) insederat
3) habetur — L. *haberetur*. G.
4) Alvernae — Lem. Arverniae
5) erat — L. *orat*. G. — erat, deleta *non*, Lem.
6) leviores — Lem. leviora
7) effossis
8) refectis — L. *resectis*. G.
9) relinquit
10) Adde *et*. G. addidit Lem. deleta *ad*.
11) cod. Lutterio
12) in urbe — F. *in urbem Rhutenorum*. G.
13) petit — L. *petunt*. G.
14) reiiciunt
15) et
16) amicorum
17) sibi — L. *ibi*. G.
18) cod. Biturgibus
19) egerit

dubium fuit. Tamen hinc Aeduorum fecuta defectio,
hinc, quod ftatim reverfis[1]) auxiliis Aeduorum fe Al-
vernis Bituriges adiunxere, rem fufpectam faciunt.
10 Caefar haec[2]) audiens et urbanis motibus Pompeii
Magni virtute compofitis non fe tunc amplius Italiae
necesfarium ratus in Galliam redit. Ingens illum exer-
cebat cura, qualiter fuis fefe iungeret. Nam five ipse[3])
ad illos proficifci[4]) vellet, non fat tuto fieri posfe
cogitabat, ut in tanta rebellione regionum omnium
inter eos etiam, qui amici credebantur, cum pau-
cis fecurus[5]) incederet: tam modicum fidei undi-
que[6]) videbat; five ad fe illos evocare mallet, haefita-
bat, ne itinere in ipso fuperventu hoftium fe ab-
11 fente[7]), quod nolebat, pugnare cogerentur. Has inter
curas Lutherius[8]) Cadurcus a Vercingetorige[9]) misfus
Ruthenos Alvernis attraxerat nec mandatum implesfe
contentus alias quoque urbes acceptis obfidibus in po-
teftatem redegerat et rebus profperis evectus[10]) in
Narbonenfem[11]) provinciam properabat. Caefar confi-
lium hoftis intelligens praecurrit[12]) et praeventos metu
animos confirmans praefidia opportunis locis per ex-
trema provinciae hoftibus obiecta diftribuit et parte
fupplementi nuper ex Italia adducti in Helinos[13]) prae-
12 misfa fubfequitur. Helini[14]) ab Alvernis Cevenna[15])
monte afperrimo ac nivofisfimo diftinguuntur, quo fe
Alverni quafi muro valido circumfeptos arbitraban-
tur[16]), ea maxime[17]) parte anni, qua non dicam
exercitui, fed ne[18]) viatori quidem permeabilis fuisfe

1) reverfus — L. *reverfis*. G.
2) hoc
3) ille
4) proficifci ad illos
5) fecurius
6) undique fidei
7) cod. abesfente
8) cod. Lucherius
9) Vercingethorige — cod. Vercingetore
10) L. *erectus*. G. Male fecutus est Lem. V. Invect. L. II. p. 1094: ob hoc confcientiae fiducia evectus victricem capiti lauream impofuit.
11) Nerbonenfem — L. *Narbonenfem*. G.
12) cod. percurrit
13) Aeduos
14) Aedui
15) Cebenna
16) arbitrantur
17) maxima
18) cod. *om.*

unquam diceretur. Et erant ab ea parte eo[1]) tempore
plane tuti, si cum alio res fuisset. At Caesar, quem[2])
nulla res morari posset aut deflectere, nive altitudi-
nis[3]) pedum sex dimota et itinere per adversum iu-
gum[4]) multo[5]) labore pedum[6]) expedito Alvernos
fines inexpectatus aggreditur. Iuvat aliter hanc rem 13
ipsam Flori verbis exponere. Per invios, inquit, ad
id tempus montium tumulos, per intactas vias et ni-
ves expedita manu emersus occupat Galliam. Mox
vero, ut Alverniam attigit, equitatu in omnes partes[7])
effuso tantum subiti terroris incusserat, ut trepidi
omnes Vercingetorigem ad ferendam opem patriae suis
consiliis laboranti nunciis ac precibus excitarent; qui-
bus motus in patriam redibat. Caesar interim dimisso 14
in Alvernis Bruto adolescente cum parte copiarum ius-
soque[8]) sine intermissione agros hostium populari ipse
ne suspicantibus quidem[9]) suis, quam celerrime po-
test, Viennam[10]) proficiscitur; inde equitatu, quem il-
luc[11]) praemiserat, accepto per Aeduos pergit in Lin-
gones, tanta ubique velocitate, ut non tantum hostes
pavore, sed amicos stupore perfunderet: sic inopinan-
tibus aderat. Illic duae legiones in hibernis erant.
Illis eductis octo reliquas hinc inde dispersas evocat
priusque, quam hostes, quo ivisset aut quid ageret[12]),
nossent, omnem exercitum congregavit atque, ut Flo-
rus idem ait, ex distantibus hibernis castra contraxit
et ante in media Gallia fuit, quam ab ultima timere-
tur. Vercingetorix audito Caesaris digressu retro in 15
Bituriges reversus[13]) atque hinc profectus in Boios

1) cod. eoque
2) ut quem .
3) multitudinis — F. *in altitudinem*. G.
4) adversum per iugum itinere
5) multito — L. *multo*. G.
6) peditum
7) *om.*
8) Caesar interim dimissoque sine etc. (octo vocabulis omissis.) — Nonnulla hic desunt, quae ex Caesare suppleri possunt. G. — Caesar interim iubet sine etc. Lem.
9) quid
10) cod. I Ena
11) ille
12) agere — L. *ageret*. G.
13) reverso

tranfalpinos oppidum illorum, fub Helveticae victoriae
tempus aedificatum a Caefare Aeduifque, contra edi-
ctum[1]) oppugnare difpofuit (oppido nomen Gorgo-
bina[2])) gloriofum fibi extimans[3]), fi Aeduorum rece-
ptaculum fimulque Caefareum opus everteret. Caefaris
animum res haec[4]) valde follicitum habebat, ne aut
neglecta[5]) amici oppidi[6]) defenfio defectionem[7]) focio-
rum et contemptum fibi, aut fufcepta anni tempore
adverfo difficultatem rei frumentariae legionibus im-
poneret[8]). Satius tandem[9]) duxit[10]) pati omnia, quam
contemni et contemptu fuo alienare fibi animos ami-
16 corum. Itaque dimisfis impedimentis omnibus et dua-
bus ad cuftodiam legionibus et provifa cum Aeduis,
quam[11]) potuit, fubvectione[12]) commeatuum, in Bo-
ios ducit. Erat viae medio Velladunum Senonum[13])
oppidum: illud, ne quid hoftile[14]) post terga dimit-
teret, aggredi confilium fuit. Oppidani[15]) bidui oppu-
gnatione tolerata die tertio legatos ad Caefarem de
pace ac deditione transmittunt; iusfi arma et iumenta
et obfides dare nihil recufarunt. Ne quid autem tem-
poris amitteret[16]), G. Trebonio legato ad peragenda
omnia dimisfo ipse iter inceptum[17]) folita celeritate
17 profequitur. Genabum erat oppidum Carnutum, ubi
Romanos negotiatores initio coniurationis occiderant.
Id oppidum amnis praeterlabitur; ipsum in ripa fitum
ripae alteri medio ponte iungitur[18]). Ad loci huius
defenfionem Carnutes auxilia[19]) conquirebant, eo

1) contradictum — cod. contra editum — F. *attributum*. G. — Lem. vulgatam feufu carentem admifit. *Contra edictum* est *fecus, quam dixerat.* V. Caef. Gall. VII. 8. extr.
2) Gorgobia
3) exiftimaus
4) haec res
5) cod. *om.*
6) *om.*
7) cod. defectione
8) importaret
9) tamen
10) cod. dixit
11) cod. quan — f. *quantum*
12) fubventione
13) Vellendiuum Scenonum — *Vellaunodunum Senonum* Caefari. G.
14) cod. *om.*
15) opidum
16) cod. admitteret
17) interceptum
18) couiungitur
19) confilia

tamen lentius, quo diutius Velladuni[1]) crederent rem
hacſuram et ſimillimum veri[2]) esſet morem impiger-
rimi ducis ignorantibus. Huc ergo cum biduo perve-
nisſet, oppugnationem, quod diei illius ſero erat, in
diem proximum edicit. Quid fieri velit, milites edocet
veritusque, ne Genabenſes noctu diffugerent, huic[3])
rei excubitrices duas armatas legiones adhibuit intenti-
ſque animis atque[4]) auribus pernoctare iusſit. Atque,
ut praeſagierat, accidit: oppidani[5]) intempeſta nocte
per pontem taciti abibant. Caeſar eorum abitu per 18
exploratores cognito legiones, quae paratae erant,
muris admovet et portis ſubito effractis indefenſum
capit oppidum, captum diripit, direptum incendit,
praeda militibus concesſa; ſimul exitus obſerari[6])
omnes iubet mittitque, qui profugos praeveniant[7])
ac[8]) ſequantur. Itaque paucisſimi evaſere[9]); viarum
et pontis[10]) anguſtiis capti omnes. Caeſar hinc trans
Ligerim ducto exercitu in Bituriges tendit. Quo cum
venisſet, Vercingetorix[11]), ubi id ſenſit, Gorgobinae
obſidione derelicta contra eum pergit. Caeſar interea 19
Noviodunum[12]) aggresſus oppugnat; quem confeſtim
oppidani per legatos orant, ne in eos praeter ſuum
morem ſaeviat neve pro tam levi cauſa de ſua celeri-
tate aliquid[13]) intermittat, quae tot illi victorias pepe-
risſet, ſed eis vitae dimisſis feliciter progrediatur ad
reliqua. Piae preces videbantur: flectitur itaque et
iis[14]) arma, equos obſideſque imperat. Et iam pars

1) bellandum — cod. Volandini — Lem. in bellando — Haec ſunt corrupta. G. — Emendat Daviſ. ad Caeſ. VII, XI. Oud. mſ. (*auxilia* — *Vellendini* — *veri* Daviſius ſcribendum vidit.)

2) viri — Lem. et ſimul illius viri esſe morem impigerrimi ducis ignorarent.

3) hinc — L. *huic*. G.

4) ac

5) oppidum — F. *oppido enim*. G. — Lem. Oppido

6) cod. obſecrari

7) praenominant — L. *praeveniant*. G.

8) atque

9) cod. periere

10) ponti — F. *pontis*. G.

11) cod. Vercingetoris

12) Noviodinum — L. *Noviodunum*. G.

13) aliud — F. *aliquid*. G.

14) cod. hiis

obſidum data erat, et centuriones aliquot cum paucis militibus oppidum introgresſi cetera conquirebant, dum[1]) repente de longinquo equitatus a Vercingetorige[2]) praemisſus[3]) apparuit. Oppidanos ſpe tempeſtivae opis erectos[4]) deditionis coeperat poenitere. Velut igitur ex condicto[5]) clamorem tollunt, arma corripiunt, muros ſcandunt, portas obſtruere properant. Sed Romani illi pauci, qui in oppido erant, animorum mutatione perpenſa[6]) ſtrictis ſubito gladiis portas praeoccupant

20 et incolumem[7]) exercitum intromittunt. Capto ad hunc modum oppido Caeſar ſtatim equites ſuos contra[8]) equitatum hoſtium adventantem[9]) educit[10]) et illos equeſtri proelio conſerto multa cum eorum ſtrage vicit et in fugam vertit. In qua victoria, ne privemus ſua laude barbariem, quadringentorum[11]) equitum Germanorum, qui ſub Caeſare militabant atque ab ipso principio ſecum erant[12]), opera fuit egregia. Ab eo enim immisſi laborantibus aliis in tempore ſubvenerunt fregeruntque Gallos repentino impetu. Hoc videntes e moenibus oppidani ſpe auxilii amisſa iram Caeſaris metuentes eos, qui tumultum excitaverant, vinctos ad eum deduxerunt coeptamque[13]) deditionem

21 peregerunt. Ipse autem his peractis Avaricum, maximum optimumque oppidum Biturigum et uberrima finium in parte ſitum oppugnare conſtituit, quod eo capto civitatem ipsam captum iri non diffideret. Vercingetorix[14]) tot adverſis nondum animo collapsus ſuis

1) L. *cum*. G. (Lem. dum)

2) cod. ſyllabam *to* a m. ſ. int. verſ. habet.

3) promisſus — L. *praemisſus*. G.

4) cod. erreptos

5) cod. condito

6) L. *perſpecta*. G. Lem. *perpenſa* recte tenuit; et miror Graevio hoc uno loco ſuſpectum fuisſe, quod VI, 10. XVIII, 45. XX, 18. et XXIIII, 32. ſine nota tramiſit. V. praeterea Rer. mem. L. I. c. 2. p. 404: quod eos laetius, quam oratores, audiri ſola numerorum ſuavitate perpenderant. ib. L. IIII. c. 2. p. 468: perpendi abſque difficultate potuerat. Mythol. p. 543: nullum unquam mutati animi perpendit iudicium.

7) cod. incolumen

8) cod. *om.*

9) cod. *om.*

10) cod. aducit

11) cod. quadraginta

12) cod. princ. militabant

13) captam — L. *coeptam*. G.

14) cod. Vercingetoris

ad concilium evocatis[1]) in hanc ſententiam disſeruit: Quottidie[2]), inquit, experiendo et diſcendo fiunt homines doctiores. Quod cum in[3]) rebus omnibus, tum praecipue in re bellica verum esſe deprehenditur. Magnis[4]) animis grave bellum[5]) ſuſcepimus, ſed gerendi modum belli non ſat ſollerter advertimus. Alia nobis itaque bellandi ratio incunda est: non ſponte cum Romanis concurrendum, ſed omni ingenio providendum, ut pabulo hoſtes et[6]) commeatibus arceantur. Id nobis haud difficile videri debet, cum et equitatu praeſtemus et anni[7]) parte adiuvemur. Illud 22
quoque nobis[8]) acriter cogitandum: hoſtes nobiſcum in finibus noſtris pugnant et contra nos noſtris frugibus ſuſtentantur. Non vos a conſilio publico ſtudium rei familiaris avertat[9]). Ubi Romani pabulantur, vicos, domos[10]) frugeſque comburi forte damnoſum[11]) videatur: utilisſimum est; ne ſub noſtris tectis noſtri hoſtes habitent, noſtris alantur frugibus. Inopiam aut non ferent[12]), aut non tuto longius pabulatum ibunt. Nihil ad victoriam interſit, an hoſtes occidamus, an bello necesſariis ſpoliemus. Gravius[13]) aliquanto videbitur[14]), quod dicturus ſum, ſed virtuti nihil praeter culpam atque infamiam grave est. Oppida quoque, quae non penitus valida ac munita ſunt, exurenda cenſeo, ne aut noſtris inertiae aut hoſtibus offenſae diverticula[15]) ſint. Si quis est, cui haec acria videantur, cogitet, quanto ſit[16]) acrius[17]) liberos atque uxores in ſervitutem trahi cernere, exarmatum hoſti iugulum praebere et alia multa

1) conſilium vocatis
2) Quotidie
3) cod. *om.*
4) magis — L. *magnis.* G.
5) bellum grave
6) ut
7) cod. amni
8) cod. nobis quoque
9) haec novem *om.* (cod. avertatur)
10) domoſque omnes (*omnes* cod. a m. ſ. int. verſ. habet.)
11) comb. damnoſum fortasſe vid.
12) ſere — cod. ferrent — F. *ferent.* G.
13) cod. *u* a m. ſ. int. verſ. habet.
14) videtur
15) cod. diverticlam
16) *om.*
17) Addendum *ſit*. G. (non addidit Lem.)

pati, quae bellorum iure victi a victoribus patiantur.
23 Perſuaſit his verbis: viginti et eo amplius oppida una
luce combuſta ſunt. Neque ſolum in finibus Bituri-
gum, ſed in reliquis hac illac, quocunque oculos fle-
cteres, incendia cernebantur, non ſine omnium dolore;
quos [1]) ea ſpes lenibat, quod parta victoria cito per-
dita omnes [2]) reſtaurarent. De Avarico in conſilio [3])
agitatum est, an incendi illud, an intactum linqui
melius foret. Enimvero ad hoc verbum ad Vercinge-
torigis [4]) pedes Gallorumque [5]) omnium, qui conſilio [6])
intererant, affuſi Bituriges [7]) obteſtantur, ne pulcherri-
mum Galliarum oppidum, decus [8]) provinciae Bituri-
genſis [9]) ac praeſidium, flammis immeritis deleatur,
cum defendi poſſit [10]) locus pene inexpugnabilis natura,
cui, ſi defenſio militaris acceſſerit, maledici poſſit, non
24 noceri. Movebant hae [11]) preces animos cunctorum:
unus Vercingetorix [12]) cunctis obſtabat; qui et ipse
tandem victus miſericordia in ſententiam ceterorum
tranſiit. Sic defenſoribus rebuſque aliis ad cuſtodiam
opportunis eo transmiſſis ſervatur Avaricum a Gallo-
rum flammis, ſed non ab obſidione Romanorum; in
qua quidem obſidentium fortis et animoſa tolerantia
25 emicuit. Cum enim hinc [13]) Vercingetorix [14]) caſtra
propius admoviſſet et ab exploratoribus per ſingulas
horas, quid in Romanis caſtris ageretur, edoctus omne
iter eorum obſervaret et Romanos circum omnibus
exuſtis urgente neceſſitate longius pabulantes crebris
incommodis ac damnis afficeret, illinc [15]) vero Aedui
ac Boii [16]), quibus ea cura mandata erat, illi quidem,
quia [17]) mutato erga Romanos animo non curabant,

1) quem
2) omnes perdita
3) Lem. concilio
4) cod. Vercingetoris
5) cod. Gallorum
6) Lem. concilio
7) cod. Biturges
8) de cuius — F. *decus*. G.
9) cod. Biturgenſis
10) poſſet
11) cod. hec
12) cod. Vercingetoris
13) cod. *om.*
14) cod. Vercingetoris
15) cod. illic
16) cod. Boi
17) quod

hi, quia[1]) parum poterant, rem Romanam maligne
commeatibus adiuvarent, ad tantam penuriam deve-
nere[2]), ut diebus plurimis frumento carentes tenui
pecore vix proferrent imbecillem ſpiritum, nunquam
tamen ideo[3]) ab oppugnatione ceſſarent, nunquam
vel irata vel mollis cuiuſquam ex ore vox erumperet
aut Romanae non conveniens maieſtati, imo vero, cum
Caeſar laborem militum miſeratus inter exhortandum
ſaepe diceret: Si nimis aſpera ſunt iſta perpeſſu[4]),
nulla per me mora est: oppugnationem omittere ſum
paratus, unanimiter reſponderent: Noli[5]) hoc[6]), quae-
ſumus[7]), optime imperator. Sic multos annos te duce
militavimus, ut nullus metus, difficultas nulla nos
fregerit, nullus hoſtium nobis hanc ignominiam ir-
rogarit[8]), ut coepta deſeramus: ne tu ergo, dux no-
ſter, hanc aeternam maculam nobis immiſeris[9]). Si-
ne modo; omnia pati malumus[10]), quam, ne noſtra
mollitie manibus[11]) Romanorum civium apud Gena-
bum[12]) Gallica nequitia peremptorum Gallico ſanguine
ſatisfiat. Haec Caeſari, haec eadem et tribunis militum
et centurionibus repetebant, ut per eos imperatori
familiarius dicerentur[13]). Caeſar, dum hac nobili per- 26
ſeverantia in oppugnatione proceditur, iam turribus
muro admotis diſcit ex captivis Vercingetorigem caſtra
propter defectum pabuli promoviſſe et cum equitatu
expeditiſque peditibus inſidiatum ſero ad ea profectum
loca, quo Romanos populatores[14]) luce proxima ven-
turos opinaretur. Quo cognito nocte media digreſſus
primo mane caſtra hoſtium attigit ducis[15]) carentia.

1) qnoque — Lem. qnod
2) devenire — L. *devenere*. G.
3) *om.*
4) progreſſu
5) Non
6) haec
7) cod. quaeſimus
8) irrogant — L. *irroget*. G.
9) F. *inusſeris*. G. — Nil mu-
tandum. Apologia contra Galli
calumnias p. 1078: fortaſſe ete-
nim tacuiſſet nec perpetuam il-
lam famae notam immeritis im-
miſiſſet.
10) malimus — L. *malumus*. G.
11) in cod. ſuper *manibus* a m.
ſ. ſcriptum est *animabus*.
12) Genabim (Lem. Genabum)
13) diceretnr.
14) L. *pabulatores*. G.
15) duce

27 Illi [1]) adventu praecognito impedimenta ſilvis intruſe-
rant, aciem altiuſculo in colle, quem difficilis palus,
ſed anguſta, cingebat, erexerant et [2]) praeciſis pontibus
quaſi clipeo quodam ſe palude protexerant ibique [3])
conſtiterant [4]) in Romanos verſi. Eratque res facilis
et pene aequa proſpectui, ſin [5]) ad experientiam ve-
niretur, iniquisſima, plena difficultatis ac periculi.
Itaque milites rem nonniſi oculorum iudicio metientes
nobili indignatione permoti Caeſarem circumſiſtunt: Et
quid hic, inquiunt, rei est? quis hic pudor? quae-
nam haec indignitas, imperator? Ergo hoſtes conſpe-
ctum noſtrum e tam proximo pati posſunt [6])? Quin tu
nos pugnare iube et ſignum [7]) proelii propone, ut
iamiam ex his [8]), quibus fidunt, locis hos barbaros
28 detrahamus. Fide militum laetus Caeſar [9]) Ego, inquit,
ſic affectos cum vos videam, ut nullum diſcrimen pro
mea gloria recuſaretis [10]), impius ſim [11]), niſi veſtram
vitam meae praeferam ſaluti. Proinde, cum tempus
fuerit [12]), ſolita virtute dextriſque [13]) victricibus uſuri
nunc quieſcite [14]): electionem temporis et conſilii capiendi
curam mihi [15]) linquite. Nempe haec victoria, quam
tam facilem iudicatis, loci ſitu, non hoſtium vigore,
difficilis, multorum, mihi credite, virorum fortium
morte conſtaret, quod adverſus penitus propoſito at-
que animo meo est. Etſi enim vincendi avidum me
nec negem nec disſimulem, nunquam tamen mihi pla-
cuit multo ſanguine meorum empta victoria. Quieve-

1) in cod. ſuper *Illi* a m. ſ. *hoſtes* ſcriptum est.

2) pars — cod. *et* e correctione habet.

3) ubique

4) conſtituerant — F. *conſtiterant.* G.

5) cod. ſi

6) posſint — L. *posſunt.* G. Non ſecutus est Lem.

7) cod. ſi non

8) iam ex iis

9) fuit Caeſar.

10) recuſetis

11) ſum — L. *ſim.* G. Lem. retinuit indicativum.

12) *om.*

13) dexteriſque

14) quieſcente, et — in codice post *quieſcite* aliquid deletum est.

15) *om.* (cod. michi) — F. *cum tempus erit ſolita virtute dexteriſque victricibus uſurus ſum: nunc quieſcite, mihique electionem.* G. et ita fere edidit Lem.

runt tanti ducis auctoritate represſi; quos ille eo[1])
ipso die nulla alia re geſta reduxit in caſtra atque ad
inceptam oppugnationem ſtudium omne convertit.
Vercingetorix[2]) interea irritis reverſus inſidiis (o[3]) tre- 29
mula ſemper et fragilis humana potentia[4])) cum ad
ſuos pervenisſet[5]), accuſatus ab eis est, quod ſine
praeſidio et ſine duce de induſtria derelictis caſtris equi-
tatu et omni flore militiae abducto Romanis Galliam
prodere voluisſet, quodque in ſe fuerat, prodidisſet;
nempe regnum concesſu[6]) populi collatum ſibi ſor-
dere et illud a Romano duce conſequi ſibi glorioſius
extimare; proinde Galliam ſui regis fraude proditam
loci opportunitate et coeleſti favore liberatam; neque
enim caſu aliquo, ſed certo conſilio evenisſe, ut et
caſtra tutis locis abduceret et[7]) Romanis propius ad-
mota deſereret, imo etiam ſpoliaret omni robore,
vixque eo digresſo hoſtes velut nuncio moniti advolaſ-
ſent. Accuſationis haec ſumma, hic ſuſpicionum[8]) 30
color fuit, quibus apparebat tanti modo regis in du-
bio ſalutem verti, niſi[9]) reus his obiectis conſtantisſime
reſpondisſet. Nam, ut[10]) caſtra moverem, inquit,
pabuli coëgit inopia et hortatus veſter; ut propius
Romanis accederem, ipse[11]) loci ſitus[12]) attraxit per
ſe[13]) ipsum tuti[14]). Equites abduxi, quos paluſtribus
locis inutiles ſciebam[15]), utiles autem, quo pergebam.
Ducem certum abiens non dimiſi[16]) veritus, ne for-
tasſis acquieſceret[17]) vocibus atque conſiliis inſanorum
pugnam laboris[18]) intolerantia, non virtute, poſcen-

1) in eo — cod. etiam *eo* a m. pr. non habet.
2) cod. Vercingetoris
3) a — F. *ah*. G. (Lem. o)
4) potentia humana
5) cod. praevenisſet
6) conſenſu
7) *om.*
8) cod. ſuſpicionis (ſyllaba *nis* int. verſ. a m. ſ. addita)
9) cod. ubi
10) quod
11) ipsius
12) ſitus loci
13) *ſ. ſitum* a m. ſ. in cod. ſuperſcr.
14) *ſunt* a m. ſ. in cod. ſup.
15) *entes* a m. ſ. in cod. ſup.
16) *vobis* a m. ſ. in cod. ſup.
17) *ille dux* a m. ſ. in cod. ſup.
18) *om.*

tium. Romanos ſi me abſente [1]) caſus attulit, fortu-
nae, non alteri, imputandum: at, ſi aliquo ſuadente
contigisſet, habenda illi gratia esſet, a quo vobis [2])
praeſtitum [3]), ut eorum et [4]) paucitatem videretis et
ignaviam noſceretis, qui ſtulto adventu, turpi [5]) reditu
31 et conſilii et virtutis inopiam detexere. A Caeſare ego
non regnum per proditionem, ſed de eo victoriam per
virtutem ſpero, quae iam proxima, iam pene nobis in
manibus est [6]). Quin hoc ipsum regnum, quod con-
ſenſu omnium iure posſideo, ſponte dimittere paratus
ſum, ſi forſitan vos honorem mihi potius contulisſe
creditis, quam a me beneficium accepisſe. Caeſar Ro-
manuſque exercitus ultima laborat inopia. Iam ad pu-
gnam atque ad opus et animi et corporeae [7]) vires de-
ſunt, et niſi confeſtim aliquid [8]) inſperatae proſperita-
tis [9]) affulſerit, abitum moliuntur. Horum ut [10]) a
me fictum nihil ſuſpicemini, Romanos milites audite.
32 Erant ſervi aliqui inter pabulandum capti et in carcere
torti multipliciter et afflicti, iusſique, quid [11]) per eos
dici vellet, et producti in medium legionarios ſe [12]) mi-
lites dixerunt: extrema fame victos e caſtris clanculum
effugisſe: pari omnem exercitum fame confectum esſe.
Cetera dehinc omnia dicto regis conſona perſecuti [13])
ſunt. Tum Vercingetorix [14]) exclamavit: Et per [15])

1) in cod. inter *b* et *ſ* aliquid deletum est.
2) nobis
3) *est* a m. ſ. in cod ſup.
4) cod. *om.*
5) turpe (Lem. turpi)
6) cod. in manibus est nobis
7) cod. corpore
8) aliud
9) felicitatis
10) cod. et
11) quod
12) Hic multa deſunt, ut videre licet in Caeſare. et ſequentia pertinent ad orationem, quam Vercingetorix habuit ſuis militibus post Avaricum captum. attamen tranſpoſita fuerunt, et ſequitur eadem narratio infra 96. ubi est hoc ſignum ⸸. G. Scilicet in ed. inter *legionarios ſe* et *milites dixerunt* perperam interiecta ſunt *ſtultum esſe* etc. (§ 42) uſque ad *magnis curſibus* (§ 53) p. 96. ed. Graev. Ibi vero excipiunt haec noſtra *milites dixerunt* etc. uſque ad *Romanis obtigisſe* (§ 42) p. 98, quo demum loco ſeries p. 96 interrupta verbis *in anteriora* continuatur. Errorem notavit et correxit Graevius: in codice omnia recte diſpoſita leguntur.
13) cod. profecuti
14) cod. Vercingetoris
15) cod. pro

me, inquit, quem proditionis [1]) accufatis, haec vobis
cuncta proveniunt [2]), atque illud extremum, ut fine
veftro periculo victus Caefar ac fugiens nullis agris
aut [3]) urbibus receptetur; id enim inter multa meo
confilio conftitutum est. His dictis verfi [4]) repente ani- 33
mi variae gentis et credulae ufque adeo, ut laeto plau-
fu et armorum crepitu [5]), quod fignum erat, dicta
concionantis [6]) aftantibus complacuisfe [7]), et clamare-
tur [8]) et una voce Vercingetorix [9]) fummus ducum ac
fidelisfimus hominum crederetur [10]). Caefar Avarici 34
coeptam obfidionem coeptamque defenfionem hoftes
peragunt, inque dies obnixius utrique. Nam et Ro-
mani aggerem immenfi operis gelu ingenti atque [11])
imbre perpetuo praepediti [12]) virtute tamen ac perfe-
verantia difficultates fuperante vigintiquinque diebus
extraxerant et muris admoverant, et Galli decem mi-
lia ex omni Gallia electorum [13]) hominum oppido in-
truferant eo confilio, ne vel [14]) folis Biturigibus [15]) fa-
lus publica crederetur, vel fervati oppidi gloria folo-
rum esfet Biturigum, fed Gallorum omnium. Et actis
fub terram cuniculis incenfoque per noctem aggere et
fimul factis eruptionibus Romana caftra in magno di-
fcrimine pofuisfent, nifi fumma ducis providentia es-
fet occurfum, qui [16]) duas asfidue legiones excubare
pro caftris faciebat. Harum interventu [17]) et eorum,
qui eiusdem iusfu totis noctibus in opere vigilabant,
et flammae extinctae et infultus hoftium funt repulfi,
et excitati omnes totis ex [18]) caftris ad auxilium con-
venerunt. Nec Romana virtute Gallica ideo pertina- 35

1) cod. *om.*
2) cod. perveniunt
3) ac
4) ufi — F. *verfi.* G.
5) cod. e corr. *ftrepitu*
6) cod. contonantis
7) placuisfe
8) acclamarent (omisfa *et*)
9) cod. Vercingetoris
10) duceretur — Lem. diceretur
11) ac
12) cod. perpediti
13) delectorum
14) cod. conf. neve
15) cod. Biturgibus
16) quod
17) interventum
18) e

cia lenteſcebat. Obſtinati in mortem non tantum reſiſtebant, ſed erumpere audebant nec vel hoſtes invadere vel iactare incendia deſinebant et defesſis integri et vivi mortuis ſuccedebant, ut qui [1]) in eo ipso temporis momento ſitum patriae ſtatum et ſalutem totius Galliae cogitarent. Qua in parte praetereundum non videtur illud memorabile, quod nec ſcriptor, a quo ante alios iſta decerpimus, ſibi praetereundum extima-
86 vit [2]), ſub oculis ſuis geſtum. Gallus quidam ante portam oppidi traditas ei [3]) ab intrinſecis picis ac ſevi glebas in ignem iactabat: ſcorpione traſixus [4]) exanimatuſque procubuit. Hunc iacentem unus e proximis transgresſus [5]) et periculi oblitus eodem officio fungi coepit. Illo quoque pari ictu ſcorpionis occiſo mox ſuccesſit tertius et tertio quartus, nec ante ſuccesſionum talium finis fuit, quam extincto igne depulſiſque
87 hoſtibus in oppidum pugnae etiam finis esſet [6]). Vercingetorix tandem oppidanorum animis atque corporibus fatigatis, ut quorum conatus omnes in nihilum recidisſent, fugae illis auctor esſe coepit, quam tutam fore caſtrorum ſuorum vicinitas ſpem dabat [7]) et inſequi volentibus obiecta palus. Ad id nocturnum tempus idoneum viſum erat. Fugae conſilium caſus mirabilis impedivit. Nox aderat, et taciti [8]) per tenebras itineri ſe parabant [9]). Tum matronae aliae parvulos ſuos ſtringentes ad ubera, aliae humi ſtratae flebiliter obſecrabant, ne ſe neve communes filios hoſtibus ad ludibrium et ad poenam darent: ſe quidem ad proſequendam ſuorum fugam ſexu, aetate illos invalidos. Ubi ſuos nec pietate nec precibus flecti et in propoſito fixos vident, et pudorem et amorem ſuperante metu, e muris exclamare [10]) et Romanis, ut poterant, da-

1) quae — Lem. qui
2) exiſtimavit
3) eis — L. *ei.* G.
4) transfixus
5) unus e proximis transgresſus hunc iacentem
6) cod. fuit
7) dabat ſpem
8) tanti — L. *tutos.* G.
9) teu. ituros ſe ſperabant
10) ex clamore — F. *exclamare.* G.

re inftautis fugae fignum [1]) coeperunt [2]). Quo metu oppidani, ne re ab hoftibus intellecta praeclufis itineribus caperentur, abeundi confilium mutaverunt [3]). Caefar die proximo cum muro oppidi turres et ma- 38
chinas admovisfet, repente tantus imber nimbis effluxit [4]), ut perfacile esfet alium territurus. At ipse, qui faepe foedis [5]) tempeftatibus ad victoriarum uti foleret occafionem, imbrem [6]) illum fibi [7]) iter ad id, quod intendebat, aperuisfe [8]) extimans, quod et fnos ad opus folito pigriores cerneret et hoftes ad tntelam oppidi lentos et incautos ex rarioribus per muros cuftodiis animadverteret, hortatus [9]) milites, ut fructum tandem longi laboris arriperent [10]), et primis in murum [11]) afcendentibus [12]) praemia confueta pollicitus tuba proelii fignum dedit. Ira igitur et fpe praemii ftimulante et 39
unoquoque certatim adnitente primum gradum laudis apprehendere muri undique ad faftigia [13]) non tam afcenderunt, quam evolaverunt. Stupefacti cives infperata [14]) hoftium corona fefe locis patentioribns liberius defenfuri, ne viarum premerentur anguftiis, in plateam confugerunt. Postquam vero [15]) animadverterunt haudquaquam [16]) Romanos in plana defcendere, fed uno alium [17]) attollente magis ac magis moenia complere, metuentes undique circumcludi fugamque eripi trepide armis abiectis extrema oppidi curfu rapido petiere. Ibi 40
pars portarum in exitu fe coartans, pars limen [18]) transvecta ab equitibus ad hoc [19]) misfis caefi omnes. Nullum praedae ftudium, fed vindictae fuit: omnibus an-

1) fenfum
2) inceperunt — in cod. ante c aliquid deletum est.
3) haec tria *om.* — Supple ex Caefare: *confilio deftiterunt.* G.
4) affluxit
5) cod. fidis
6) *om.*
7) fibi illud (pro *illum fibi*)
8) apparuisfe
9) cod. oratus
10) L. *acciperent.* G. Recte Lem. *arriperent* tenuit.
11) muris — L. *murum.* G. — Lem. muros
12) afcenfuris
13) faftidia — L. *faftigia.* G.
14) in fpera — F. *infperata.* G.
15) cod. *om.*
16) cod. aut quaquam
17) cod. allio
18) flumen
19) haec

te oculos mors erat mercatorum Romanorum, qui ad
Genabum immeriti illi quidem ſola Gallorum crudeli-
tate perierant. Eius caedis recordatio ſupra Roma-
num [1]) morem acerbabat animos, ut nec aetati nec
ſexui parceretur. Ex omnibus itaque, qui in oppido
ſunt inventi, quorum numerus ad quadraginta milia
capitum aſcendit, vix octingenti [2]), qui ad primum
capti oppidi [3]) clamorem ſeſe portis muriſque prori-
puerant [4]), evaſere. Et Avarici quidem longa ac diffi-
41 cilis obſidio hunc [5]) habuit finem. Vercingetorix vero
Avaricenſes reliquias nocturna fuga in ſua caſtra dela-
pſas [6]) clementer excepit ac veritus, ne qua eorum [7])
permiſtione [8]) tumultuandi occaſio praeberetur, ſegre-
gandos curavit, ut, cum caſtra esſent ſecundum nu-
merum populorum [9]) diſtributa, ad ſuos quiſque de-
duceretur [10]). Ipse vero neque hoc fractus aut [11]) deie-
42 ctus eventu ita conſolatus est ſuos, ut diceret: Non
virtute, ſed arte quadam muros oppugnandi victoriam
hanc Romanis contigisſe [12]); ſtultum esſe in bellis pro-
ſpera omnia ſperare; temperanda dulcibus [13]) amara,
laetis triſtia; nunquam ſui conſilii fuisſe, ut defende-
retur Avaricum [14]); fecisſe hoc Biturigum improvidam
pietatem et facilem nimis indulgentiam ceterorum; per-
mittendum fortunae ſuo iure uti, quod illi cum ubi-
que magnum, tum [15]) in bello maximum atque inexu-
43 perabile ſit; quod ad ſe attineret, ſummo ſtudio eni-
ſurum [16]), ut incommodum nunc illatum multis et ma-
gnis commodis reſarciat [17]) et compenſet, atque in pri-

1) Romanorum
2) cod. octingenti
3) cod. *om.*
4) praeripuerant — L. *proripuerant.* G. — Lem. vitioſum ſervavit.
5) cod. tunc
6) delatas
7) ex eorum — et *ex* cod. a m. ſ. int. verſ. habet.
8) permixtione
9) *om.*
10) duceretur
11) ut — L. *nec.* G. — Lem. aut
12) obtigisſe — in cod. *con* e corr.
13) cod. *l* a m. ſ. int. verſ. habet.
14) *om.*
15) cod. tamen
16) cod. enixurum
17) cod. reſerciat

mis civitates, quae a conſenſu publico diſcesſisſent [1]),
in ceterorum ſententiam traducturum [2]), ut unum ſit
omnis Galliae conſilium [3]), unum corpus, una mens,
cui terrarum orbis impar haud dubie ſit futurus; id
ſe facturum non ſperare [4]) tantummodo, ſed pene iam
effectum reputare; quod necesſitas praeſens poſcat, ca-
ſtra ſaluti omnium proſutura labore omnium [5]) ac ſtu-
dio munienda esſe, quibus ſubiti incurſus hoſtium [6])
arceantur. Grata omnibus haec fuit oratio, quod non 44
animo deſeciſſet, ſed, ubi duces alii magnis cladibus
acceptis ſeſe abdere [7]) ſoleant vultuſque militum refu-
gere, hic in publicum prodierit [8]) et novum ſalutis
iter oſtenderit [9]); eoque plus fidei illi erat, quo Avari-
cum incendendum deſerendumque cenſuerat [10]), clarum
providentiae eius indicium. Sic, cum ceterorum mi-
nui ſoleat, adverſis creverat ducis huius auctoritas. Ne- 45
que aut in caſtris communiendis, quae prima [11]) Ro-
mano more in Gallia communita ſunt, quicquam a
militibus est omisſum, quamvis impatientisſima gens
laborum ſit, aut a duce in conciliandis reliquis, ut
promiſerat, urbibus ulla in parte cesſatum. Cogita-
bat aeſtuabatque animo, diebus ac noctibus laborabat,
ſollicitabat univerſos [12]), ad res novas omnem Galliam
excitabat; inque hoc opus quos mitteret, viros elege-
rat [13]), qui vel noti in populis acceptique vel blanda
oratione atque ingenio vel principum familiaritate pol-
lentes ac [14]) gratia idonei viſi erant. Eos vero, qui ad
eum ſeminudi et inermes capto oppido confugerant,
veſtibus atque armis inſtruxit inque gradum priſtinum
militiae [15]) reſtituit. Ad haec diverſis ex urbibus ſagit- 46

1) cod. diſcenſisſent
2) cod. traditurum
3) cod. concilium
4) id ſe non facturum (*om.* ſperare)
5) haec tria cod. *om.* — ed. pro futuro l. o. — F. *profutura*. G.
6) hoſtium incurſus
7) cod. adere (a m. ſ. altera *d* int. verſ. praepoſita)
8) prodiit
9) oſtendit
10) conſuluerat
11) primo
12) univerſas
13) cod. elligeret
14) cod. hac
15) militiae priſtinum

tarios et omnis generis contraxit auxilia, quibus acce-
ptum Avarici detrimentum ſuppleret [1]). Acceſsit Olo-
viconis [2]) filius Teutomotus [3]), Nichioborgum [4]) rex,
cuius patrem Romanus ſenatus amicum appellaverat;
ſed, ut ſaepe filii derelictis parentum ſemitis novas quae-
runt, iſte contra Romanos ad Vercingetorigem cum
47 multo ſe contulit equitatu. Caeſar ad Avaricum com-
pluſculos dies egit et frumenti ibi larga [5]) copia atque
omnium commeatuum inventa feſſum atque eſurien-
tem exercitum recreavit, inde, quod vernum bellis
aptum tempus inſtaret, ad hoſtem ire tota mente di-
ſpoſitus, ut inventum vel taedio [6]) in apertum eliceret
48 et in pugnam cogeret vel obſidione conficeret. Dum
ad hoc iter accingitur, legationibus Aeduorum exhor-
tatus [7]) ad componendas eorum lites et controverſias
inteſtinas ante omnia proficiſci habuit [8]), quae inter duos
primores populi de ſummo magiſtratu ortae totam ur-
bem alterius [9]) ſuffragiis agitabant, non [10]) ignarus qui-
dem, quanta praeſertim in bello iactura ſit temporis,
quantum in dilatione periculum; ſed amicam urbem
deſtituere populo Romano [11]) ſeque indignum arbitra-
batur, quam iam in armis eſſe hanc [12]) ob cauſam et
pene iam confligere fama erat. Neque inhoneſtum mo-
do, ſed periculoſum providebat eam rem negligere, ne
auxilium fortaſsis ab hoſtibus pars inferior poſtularet.
Neque vero [13]) legi amicorum ulla in parte derogare
fas ducebat, qua cautum erat, ne is, qui ſummo prae-
eſſet magiſtratui, fines patrios ulla ratione tranſcende-
ret, quem ſibi gradum pars utraque vindicaret, rebus
omnibus regno parem, niſi aetate; erat enim annuus

1) ſuppleretur
2) Oloruconis
3) Theotomotus
4) cod. Victioburgum — *Olloviconis filius*, *Theutomatus Nitobrigum rex.* Sic Caeſar. G.
5) larga ibi
6) cod. praelium (*prael* e corr.)
7) exoratus
8) haec quatuor *om.* h. l.
9) cod. *om.* — Lem. alternis — ſine neceſsitate.
10) aute omnia eo proficiſci ſtatuit, non
11) cod. Ro.
12) cod. *om.*
13) vere — F. *veteri.* G.

magiſtratus [1]). Quamobrem neque [2]) ad ſe partes [3])
evocare ſuſtinuit neque indignum cenſuit negotium, ad
quod componendum ipse proficiſceretur. In Aeduos 49
ergo [4]) cum venisſet, Deceliam [5]) oppidum et par-
tes et ſenatum omnem convenire iuſsit et praeſens de
iure partium cognovit motuſque [6]) omnes ſua au-
ctoritate compeſcuit. Cotnm [7]) enim, virum nobilis-
ſimum et totius gentis potentisſimum, cum creatum
contra leges certis teſtimoniis deprehendisſet, cedere [8]),
Convictolitanem [9]) vero, rite per ſacerdotes more pa-
trio inſtitutum, praeesſe magiſtratui [10]) imperavit; ob-
temperatumque praecepto est ſine ullo murmure aut
querela. Hortatus dehinc Aeduos, ut civilibus diſcor- 50
diis abſtinerent, quae peſtiferae ſemper magnis urbi-
bus ac funeſtae ſunt [11]), atque in praeſens bellum au-
xilia, quae posſent, mitterent devicta [12]) Gallia digna
a ſe praemia percepturi, equitatus ab his omnis [13]) et
decem milia peditum ut ſibi mitterentur [14]), obtinuit.
Tunc exercitum duas diſtribuit in partes: quatuor le-
giones et partem non exiguam equitatus ſub Labieno
in Senones atque Pariſios [15]) direxit, ipse cum ſex le-
gionibus et reliquo equitatu in Alvernos rediit perrexit-
que Gergoniam [16]). Vercingetorix adventu Caeſaris prae- 51
cognito, qua tranſeundum illi noverat, omnes fluvii
pontes fregit, cui Laber [17]), alicubi Claver, nomen in-
venio. Itaque perveniens et praecluſos aditus et adver-

1) fas duc. qua ulla ratione qui ſibi gradum pars utraque vendicaret rebus omnibus regno parem; niſi aetate. erat enim animus ingratus. — Mendoſus locus et mutilus. G. — fas duc. quum nulla ratione ſibi gradum pars utraque vindicaret, rebus omnibus regno par, niſi aetate: erat enim animus ingratus. Lem.

2) ue

3) patres — F. *nec ad ſe partes.* G.

4) igitur

5) cod. Decenam

6) metuſque

7) cod. Totum

8) credere — L. *cedere.* G.

9) cod. Convictolitavem

10) magiſtratu — L. *pro magiſtratu.* G. — magiſtratu Lem.

11) L. *ſint.* G. Lem. vulgatam recte tenuit.

12) cod. de victa

13) omnes (omnis Lem.)

14) cod. mitterent

15) Periſeos — L. *Pariſios.* G.

16) cod. Gorgoniam

17) *Elaver* Caeſari dicitur. G.

ſa in ripa obambulantem hoſtem reperit. Hoc in ſtatu
premebant variae duces [1]) curae: Vercingetorix, ne quem
Caeſar e pontibus reficeret, metuebat, Caeſar vero, ne
fluminis alveo praepeditus, quod vadari ante autumnum non [2]) ſoleat, otioſam agere cogeretur aeſtatem.
Omne tamen incommodum vicit ducis [3]) ingenium. Siquidem praemiſſis e regione omnibus impedimentis et
quatuor legionibus additiſque cohortibus aliquot, ut
conſtare numerus videretur omnium legionum et ſpeciem exercitus praeberet [4]) alibi aditum quaerentis, ipſe
locis abditis cum duabus tantum, quae ſupererant, legionibus ſe tenuit ſuiſque, ut quam longiſſime procederent atque ita a ſe hoſtem diſtraherent, imperavit.
52 Tunc hoſte digreſſo et Romani exercitus iter obſervante, ut ubicunque tranſire volentibus obviaret, locum
vacuum relictum Caeſar occupat atque e pontibus unum,
cuius pars ima [5]) viſa est intactior minoriſque egens
operae, confeſtim reficit et traductis legionibus caſtra
communit [6]) praemiſſaſque legiones ad ſe e veſtigio re-
53 verti[7]) iubet. Intelligens ſe deluſum Vercingetorix, amoto [8]) obice, quo ab hoſte ſeparabatur, ne invitus ad pugnam cogi poſſet, ex eo ipſo loco, ubi erat, dum reditum legionum et proprium vidit errorem, magnis
curſibus in anteriora [9]) contendit. Quem non ſegnius
ſua per veſtigia Caeſar inſequitur quintoque die Gergoniam [10]) pervenit, et primo ſtatim adventu leve [11])
proelium equeſtre commiſſum, ſed nil in eo memorabile geſtum est. Caeſar urbem altiſſimo in monte ſitam et acceſſu ab omni parte difficilem ſpeculatus et
agnoſcens non exigui temporis opus eſſe oppugnationem differendam ſtatuit, donec curam rei frumenta-

1) cod. ducis
2) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
3) vicis ducit — L. *vicit ducis*. G.
4) praeberet exercitus
5) una
6) cod. communuit
7) remitti
8) amato — L. *amoto*. G.
9) L. *ulteriora* vel *interiora*. G. — Neutrum neceſſarium. Lem. poſterius elegit.
10) in Gergoniam
11) cod. bene

riae et commeatibus impendisſet [1]). Vercingetorix [2]) 54
ſingulos populos in ſingulis collibus Gergoniae circum-
fuſis explicuerat [3]) oſtentatione terrifica, quae hoſtes
facile ſolo [4]) ſpectaculo conſternasſet, niſi et Romani
fuisſent et ducem Caeſarem habuisſent. Erat ex plu-
rimis collis unus, quem ſi Romani occupasſent, pote-
rant hoſtes et aquatione et pabulo impediri. Is col-
lis, quod ceteris omnibus difficilior erat atque praeru-
ptior, negligentius ſervabatur. Sed virtuti nil uſquam
difficile, nil praeruptum. Loci [5]) huius opportunita- 55
tem conſpicatus Caeſar non miſit, qui eum caperent,
ſed per ſe ipsum nocte intempeſta profectus e caſtris
aſcenſum luce media [6]) vix accesſibilem ſuperavit et
repentinus adveniens depulſo [7]) inde praeſidio hoſtili
occupavit collem et caſtra ibi minora conſtituit, quibus
duas legiones asſignavit. Tum duplicem fosſam duo-
denos pedes ſeu altitudinis ſeu latitudinis habentem a
minoribus caſtris ad maiora perpetuam duxit, quo
nulla vis hoſtium vetare posſet, quin inter ſe libere
commigrarent [8]). Sic ad victoriam prona omnia vide-
bantur.

CAPUT XVII.

Nulla est autem in terris inconcusſa felicitas. Neſcio quomodo [9]) in procurſu rerum ad vota fluentium proſperis adverſa ſe inſerunt. Caeſare ad Gergoniam res agente nilque, niſi de hoſtibus, ſollicito [10]) pericu-

1) cod. impedisſet
2) Ipse Vercingetorix
3) explicuerat; circumfuſis — cod. circumfuſos explicuerat
4) cod. *lo* int. verſ. a m. ſ. habet.
5) cod. locis
6) haec duo *om.*
7) cod. deprehensſo
8) L. *commearent*. G. — Vulgatam ſerri posſe agnovit Lem. quamquam paullo aliter XXI, 20. et Ep. rer. ſen. L. I. ep. 4. p. 740 verbo *commigrare* uſus est noſter.
9) quo
10) ſolito — L. *ſolicito*. G.

loſa defectio, unde minime timebatur, erupit. Civi-
tas Aeduorum, prima amica populi Romani [1]) et ſui
ducis et ſenatus ſaepe decretis honeſtata interque omnes,
imo prae omnibus Gallicis urbibus ſummo ſemper in
honore habita, de rebellione (quis hoc unquam crede-
ret?) cogitavit [2]). Initium rebellionis a Convictolitane[3])
illo, quem Caeſar ante paucos dies in civilium ſeditio-
2 num diremptione [4]) praetulerat. O quam facile ingra-
tis animis magnorum licet atque recentium beneficio-
rum [5]) ſurrepit [6]) oblivio. Ille ſiquidem [7]) beneficio Cae-
ſaris obſtrictum ſe [8]) faſſus, quod ſibi iuſtisſima ta-
men ſavisſet in cauſa, omisſa mentione pecuniae, quam,
ut Romanis fidem frangeret, ab Alvernis acceperat, cum
nulla ſit turpior perfidia [9]), quam cui avaritia cauſam
dedit, foedoque propoſito velum cauſae [10]) honeſtioris
obtendens et plus ſe libertati patriaeque asſerens debe-
re, quam Caeſari, nonnullis adoleſcentibus nobilibus
ac ſuperbis facile perſuaſit, ut Romanae amicitiae vin-
culum leve [11]) diſcuterent ſeque non ſolum libertati
3 natos, ſed imperio, meminisſent. Unicam esſe urbem
Aeduorum, quae totius Galliae victoriam remoretur;
eius exemplum ſequi alias; hac ad commune bonum
redeunte ceteras ſecuturas [12]), nec Romanis, ubi dein-
ceps pedem ponant, in Gallia ſuperesſe; neque vero
praeter ignaviam Aeduorum quicquam cauſae esſe, cur
Romanos magis Aedui, quam Romani Aeduos, de ſuis
quaeſtionibus adeant; non haec amplius toleranda esſe,
ſed Caeſari ac Romanis oſtendendum et liberos ſe et
4 viros et Gallicos. Et eorum quidem adoleſcentium
princeps erat Litavitus [13]) quidam eiusque germani, qui

1) cod. Ro.

2) cognovit — cod. cogavit — L. *cogitavis*. G.

3) Convittolitane

4) direptione — et ita cod. — L. *diremtione*. G.

5) *om.* — Videtur deesſe *beneficiorum*. G.

6) ſubrepit

7) cod. quidem — ſe quidem Lem.

8) obſtrictum Caeſaris — ſe Vosſ. ad Caeſ. L. VII, 37 Oud. mſ.

9) perfidia turpior

10) carae — L. *cauſae*. G.

11) cod. bene

12) ſecuritas — L. *ſecuturas*. G.

13) Litavictus — et ita in ſeqq. — cod. Lictavitus h. l.

cito omnes non consilium, sed [1]) auctorem consilii ex-
timantes senioris atque potentioris et [2]) magistratu [3])
summo praediti in sententiam transierunt; sed quo-
niam [4]) civitatem beneficiorum Caesaris oblivisci posse
nec [5]) sperabant nec credibile videbatur, alia ad id via
fraudulentior est inventa [6]), stulta tamen inventio et in-
ventoribus suis digna. Ea vero fuit huiusmodi: auxi- 5
lia, quae ab Aeduis ad Caesarem [7]) mittenda monstra-
vimus, ut Litavito [8]) ducenda committerentur. Id
quidem nullo negotio impetratum [9]) est. Is ergo prae-
missis ad Caesarem fratribus, quid de reliquo sint actu-
ri, cum eisdem ordinat. Cum ergo Romanis castris
cum exercitu appropinquasset [10]) neque iam amplius,
quam triginta milibus passuum, abesset, substitit et
repente quasi tristi nuncio accepto versus ad suos et
lacrimans [11]) Quo pergimus, inquit, et quid agimus, 6
amici? Omnis nostra nobilitas, omnis noster equitatus,
qui cum Romanis erat, absumptus [12]) est. Eporedorix
et Viridomarus [13]), principes [14]) gentis nostrae, falso
proditionis crimine circumventi, quod cum Alvernis
clandestina colloquia habuissent, praerepta facultate de-
fensionis occisi sunt. De fratribus meis ac propinquis
loqui lacrimis impedior. Omnium similis est fortuna.
Si mihi non credite, hos audite, quos ex ea caede non
Romanorum misericordia, sed ipsorum fuga subtraxit.
Ad faciendam verbis fidem subornati testes prodeunt
de conficta historia nil mutantes. His auditis territi 7
omnes exclamant, Litavitum orant, ut saluti omnium
consulat. Quasi non facti, inquit, sed consilii tempus

1) *om.* — Adde *sed.* G.
2) cod. *om.*
3) cod. magistratus
4) *om.*
5) *om.* — L. *desperabant.* G.
6) inventa est
7) haec duo *om.*
8) cod. Lictavito h. l.
9) imperatum — L. *impetratum.* G.
10) propinquaret
11) illacrymans
12) assumptus — L. *absumtus.* G. Lem. non obtemperavit.
13) Vindomarus (Lem. Viridomarus)
14) princeps — L. *principes.* G. — in cod. *ipes* e corr.

ſit. Non est de rebus certisſimis conſultandum. Quin imus igitur in Gergoniam et Alvernorum ſignis noſtra ſigna coniungimus? Cui enim dubium [1]) esſe potest, quin Romani tanto ſcelere polluti non hic [2]) peccandi finem facturi, ſed in noſtram necem illico, ut [3]) nos viderint, ruituri ſint? Mortemque igitur [4]) fugiamus
8 et, qua datur in praeſens, ulciſcamur occiſos. Erant in comitatu Romani cives magnam vim frumenti et commeatuum reliquorum ad caſtra Caeſaris deferentes, qui, ut tutius proficiſcerentur (o mens hominum caeca et futuri inſcia) ſeſe illis adiunxerant: eos Litavitus [5]) oſtendens digito Occidamus, inquit, hos latrones. Pareretur ſtatim impiis praeceptis. Vixdum verba finierat, concurſuque militum crudeliter interſecti ſunt et direpta, quae ferebant, omnia. Neque hoc contentus flagitio Litavitus per omnes Aeduorum [6]) fines hunc rumorem ſpargit ſuadetque omnibus idem facere, quod ipſe fecerit [7]), ut ſcelere implicitos vel errore impio a
9 Romana disiungat amicitia. Erant cum Caeſare duo Aedui adoleſcentes egregii, quorum ſupra [8]) mentio est habita, Eporedorix [9]), proſapia ortus illuſtri magnaeque inter ſuos potentiae, et Viridomarus, par gratia atque aetate, ſed genere longe impar. Hunc Caeſar ſibi a Divitiaco commendatum ex imo in altum valde provexerat ita, ut cum Eporedorige [10]) ipſo de prioritate contenderet; de quorum caede Litavitus apud exercitum mentitus erat, ut diximus. Ad hunc Eporedorigem [11]) circa medium noctis huiuſce [12]) rei fama pervenerat: et, quid Litavitus dixisſet, quid egisſet, audivit et, quid animo volveret [13]), cogitavit. Statim ergo nulla mora

1) cod. in dubium
2) hunc
3) cum
4) Mortem itaque
5) cod. Lictavitus (*c* e corr. et inter *i* et *t* aliquid deletum est.) — L. *Litavicus*. G. — Lem. ubique *Litavictus*.
6) cod. Aeduorom omnes
7) fecit
8) cod. *om.*
9) cod. Eporidirix (e corr. Eporidorix)
10) cod. Eporidorige
11) Epodorigem — cod. Eporidorigem
12) huiuſcemodi
13) cod. volverat

interpofita Caefarem adit [1]) et proditionem aperit fu-
turus ipse mox proditor. Re, ut erat, expofita du- 10
cem orat, fua fapientia temerariis et iniquis iuvenum
confiliis ut occurrat nec permittat fibi populoque Ro-
mano [2]) amicisfimam civitatem paucorum, imo unius
hominis, mendacio alienam fieri; praevidere enim fe
animo futurum, fi tot milia Aeduorum civium fe ad
hoftes ducis licet fraude contulerint, ut vix civitas rem
contemnat. Abfcesfit hoc nuncio fomnus Caefari, cu-
ra autem gravis [3]) accesfit, quod Aeduorum res fem-
per ei cordi fuerat, et periculum providebat. Et quo- 11
niam celeritatem eximiam res pofcere vifa est, ftatim
cum toto equitatu et quatuor expeditisfimis legionibus
caftris egreditur, quae temporis exclufus [4]) anguftiis
non arctavit [5]), ut decuit, fed ingenti fpatio praefidium
exiguum nonnifi duarum fcilicet legionum fub legato [6])
Fabio dimifit. Ante omnia tamen Litaviti [7]) fratres ca-
pi iusferat. Illi autem, ut cum fratre convenerant,
ad hoftes paulo ante profugerant. Ita fraudem omni 12
ex parte conftantem Caefar intelligens tanto intentius
coepto [8]) procedit itinere inque ipso caftrorum exitu
hortatus fuos, ne nocturno labore turbentur, esfe enim,
ut ineptum tempus ad eundum [9]), fic [10]) necesfarium
piumque iter, et debere pietatem [11]) viae duritiem fu-
perare, omnibufque alacritatem multam atque eundi
cupiditatem geftu ac voce fignantibus [12]) proficifcitur et
vigintiquinque milibus pasfuum exactis videt ab adver-
fo venientem aciem Aeduorum praemittitque illis ob-
viam equitatum, qui illos impediat ac retardet, gravi
omnibus inhibitione propofita, ne quem prorfus occi-

1) cod. adiit
2) cod. Ro.
3) cod. *om.*
4) exclufis — L. *exclufus.* G.
5) artaverat
6) legatos — F. *legato C. Fabio.* G. — Lem. legato Fabio
7) cod. Lictaviti
8) capto — L. *coepto.* G.
9) adeundum — nec aliter cod. — F. *ad eundum.* G.
10) fit
11) pietate
12) F. *fignificantibus.* G. — *Signare* idem est. Sic Ep. r. fam. L. I. ep. 6. p. 579: dialectica — fignat veri viam. Ep. f. tit. 8. p. 620: fila perplexum iter tacita ope figuantia.

derent, non feveri iudicis, fed pii more patris caftigare volens, non perimere. Nominatim Eporedorigem [1]) et Viridomarum ire iubet et fuos alloqui, ut videant
13 eos caefos non esfe, ficut proditor ille confinxerat. Qui ubi ad Aeduos venere amicofque et notos compellare coeperunt (nemo autem illos e toto agmine non et noverat et amabat), percusfit animos [2]) illico vera confideratio, fenferuntque [3]) omnes [4]) fe praecipitem in locùm fui ducis fraude perductos. Proiectis itaque ftatim armis et [5]) protentis ad Caefarem manibus coeperunt alta voce erroris veniam implorare. Litavitus vero intelligens inefficax fuum esfe commentum dimisfo exercitu amplius non fuo cum clientibus fuis, qui cum [6]) more Gallico in nulla deferere poterant fortuna, equo ftimulis adacto clam dilabitur pervenitque
14 Gergoniam [7]). Caefar nunciis Aeduum [8]) misfis, qui proditionem Litaviti [9]) fuamque clementiam nunciarent, fervatricem fuorum civium, quos occidere belli iure licuerit [10]), non amplius, quam tres horas noctis, ad requiem fuis dedit, veritus, credo, ne nimio fopore
15 marcefcerent; inde Gergoniam [11]) redit [12]). Duo interim periculofa [13]) contigerant [14]). Nam et Alverni eo digresfo caftra eius invaferant [15]), et caftrorum latitudo et paucitas defenforum et vis hoftium rem in fummum difcrimen adduxerat: id fe primo die pasfum proximoque pasfurum atque ad id fe praeparare Caefari Fabius nunciavit, is, qui legatus ad caftra remanferat; et hic illi [16]) nuncius noctis et viae medio occurrit, per

1) Eporidorigem — et ita cod. — Lem. Eporedorigem
2) cod. amicos
3) fenferunt
4) *om.*
5) in cod. deletum est.
6) haec duo cod. *om.*
7) Gorgomam
8) Sic infra 107 (XVIII, 16) *Aeduum versus.* ac etiam 111 (XVIII, 29) *Aeduum accedat.* G. Adde IIII, 14 *Aedui pollens* quod idem Graevius vitiofum putabat.
9) cod. Lictaviti
10) licuit
11) Gorgomam
12) *om.* — Deest *proficifcitur.* G.
13) pericula
14) cod. contingerant
15) evaferant — L. *invaferant.* G.
16) ille — L. *illi.* G.

quem [1]) greſſu addito accelerans ad caſtra nondum or-
to ſole pervenit: et [2]) Aedui Litaviti de ſuorum caede
nunciis auditis in furorem verſi omnes nihil amplius
expectantes nilque aliud requirentes, an falſa eſſe poſ-
ſent, quae veri utique faciem non haberent, ſed more
gentis audita quaelibet pro compertis accipere ſolitae
Romanos cives, qui apud eos ceu [3]) fidiſſimos amicos
ſecuri agebant, aut morte aut ſervitute damnaverant [4]),
bona diripuerant, nil impietatis omiſerant. Agitabant 16
animos latenti odio accenſos avaritia, ira, temeritas, fa-
miliares peſtes gentium illarum, et addebat ſtimulos
furori Convictolitanis, Caeſaris munere ſummus Aeduo-
rum magiſtratus, ſummus Romanorum hoſtis ac Cae-
ſaris [5]), horum conſiliorum auctor omnium [6]) et prin-
ceps. Is ſua ſponte concitatum populum verbis urge-
bat, ut eo illos adduceret, unde reditus nullus eſſet ad
ſaniora conſilia. Itaque et tribunum militum Marcum 17
Ariſtium [7]) et negotiatores Romanos fide data Cabillone
oppido eductos in itinere contra fidem aggreſſi ſpoliant
ſeque in locum eminentem defenſionis gratia receptan-
tes die noctuque circumſiſtunt ac multis ultro citroque
occiſis in diem poſterum vim maiorem parant. Sed
haec agentibus atque parantibus [8]) nuncius ſupervenit:
decem milia illa ſuorum in poteſtate Caeſaris eſſe, vix
Litavitum [9]) fuga ereptum evaſiſſe. Tum ſubito de-
iecti [10]) metu ad tribunum, quem obſidebant, vultibus
mutatis, ſed non animis, feſtinant, factum temere ſine
conſenſu populi excuſant, de bonorum direptione iu-
dicium inſtituunt, Litavitum [11]) fratreſque eius exilio
condemnant [12]), bona publicant, ſuper his ad Caeſarem

1) occurrit. Propter — F. (*o.*) *propterea.* G.

2) F. *At.* G. — Male ſecutus est Lem. Alterum hoc ex duobus periculoſis est, reſpondens illi *et Alverni.*

3) cod. ſeu

4) depravaverant

5) Caeſar — L. *Caeſaris.* G.

6) *om.*

7) Ariſcium

8) parentibus (Lem. parantibus)

9) cod. Lictavitum

10) deiecto — F. *et deiecti.* G. — Lem. deiecti

11) cod. Lictavitum

12) cod. condampnant

legatos mittunt, qui factum purgent, veniam petant.
18 Et haec omnia non fide, fed metu agentes folita in-
terim in fecreto belli confilia agitabant urbefque finiti-
mas ad arma per nuncios hortabantur. Mille benefi-
ciorum atque honorum memoria exciderat: folius Cae-
fareae meminerant clementiae. Quae cum omnes ad
amorem atque obfequium excitasfe debuerit, multos
(indignum quidem) ad iniurias excitavit; poftremo
haec [1]) eum ad mortem ufque perduxit. De quo fuo
19 dicetur loco: nunc coepta profequimur. Itaque Cae-
far, etfi animos Aeduorum plane [2]) noverat, legatis ta-
men eorum ad fe venientibus benignisfimum refpon-
fum dedit: propter aliquot dementium vanitatem non
fe minus urbem fibi carisfimam amare, nec posfe fibi [3])
in animum venire, ut, quos ipse tanto opere [4]) diligat
femperque dilexerit [5]), ab iis parcius diligatur. Haec
legatis.

CAPUT XVIII.

Ad fe autem curis cor urentibus verfus multa circumfpiciens magnos undique confurgentes motus [6]) Galliae praevidebat, dum [7]) interea quaedam fibi praeter fpem profperioris eventus occafio fe oftendit. Forte enim in eum collem, quem captum et communitum caftrifque [8]) minoribus deputatum fosfaque maioribus caftris adiunctum memoravimus, fpectandi gratia confcendenti [9]) collis alter ab hoftibus posfesfus apparuit vacuus cuftodibus, quibus confertis-

1) hoc
2) *om.*
3) fibi posfe
4) tantopere
5) dilexerat (Lem. dilexerit)
6) montes — F. *motus.* G.
7) F. *Cum.* G.
8) caftris
9) cod. confcendendi

ſimus' esſe conſueverat. Tum parumper gradum ſi- 2
xit admirans reique cauſam quaeſivit ex perſugis [1]),
qui in dies ad eum [2]) multi veniebant. Audit ex iis,
quod ab exploratoribus ſuis iam prius audierat, omnes
inde evocatos ad muniendos aditus loci alterius, cui
maxime metuebant, quod inde planum iter esſet ad
oppidum; quem aditum ſi Romani caperent, qui col-
lem alterum iam haberent, tum ſibi prorſus obſesſi et
ſecluſi a ſuis et excluſi ab omni libero diſcurſu atque
a pabulo videbantur. Hoc audito recens cogitatio per- 3
cusſit repente animum locum illum occupandi. Erat
autem et [3]) natura et manu hominum aggeſtis per-
plexum [4]) iter ſaxis, et ſuper duplicem difficultatem tria
ibi hoſtium caſtra crebraeque [5]) munitiones inſederant.
Sed difficilia cuncta perrumpere virtus amat. Oſtenta-
tis legionibus, quaſi quod [6]) aliud esſet acturus, et hac
illac per tenebras noctis magno ſtrepitu diſcurrere ius-
ſis equitibus et immixtis turbae mulionibus galeatis,
quo maior ac ſtrepentior motus esſet omniumque ani-
mos errore ac pavore vario atque incerta expectatione
ſuſpenderet, ipse hoſtibus in ſuſpicionem trepidam ad-
ductis [7]) legatis legionum, quid paret, aperit, dicit
rem esſe difficilem, docet, quid iniquitas locorum ma-
li habeat [8]) quantumque [9]) periculi [10]), adverſus quam [11])
occaſione, non proelio [12]), ſit utendum. Ut milites er-
go ſuos contineant, monet atque imperat, ne vel
pugnae vel praedae dulcedine rapiantur, quo non ex-
pedit. Sic ſuos affatus Aeduos aſcenſu alios ad portas 4
oppidi proficiſci iubet; inde ſuis militibus ſignum dat [13]).

1) profugis
2) haec duo cod. *om.*
3) *om.*
4) cod. perplesſis
5) *om.*
6) *om.*
7) cod. abductis
8) haec decem *om.*
9) cod. quantūcoque
10) Videtur omisſum *in iniquitate loci ſit oſtendit.* Vid. Caeſ. VII, 47. G. (45.)
11) cod. qua
12) cod. proelio non
13) *om.* — Adde *dedit.* G. (Lem. dat)

Quo accepto rapidisſime, unde nullus [1]) aſcenſurus [2]) videretur, ad munitiones obvias perveniunt; quibus dicto citius transmisſis trina hoſtium caſtra corripiunt tanta celeritate, ut Votimarus [3]), unus e regulis Gallorum, dum meridiaretur [4]), in lectulo deprehenſus vix manus militum ſemiſopitus evaſerit et ſeminudus [5]).
5 Caeſar ubi, quod animo decreverat, actum videt, receptui cani imperat. Subſtitit legio, quae propinqua erat; altera vero remotior ſeu [6]) ſigno per diſtantiam non audito ſeu fervore Martio impellente animos quamvis retinentibus legatis, quibus hoc ab imperatore mandatum erat, et virtuti tamen [7]) propriae et fugae hoſtium confiſa et victoriarum memoria ſuarum [8]) nil ſibi [9]) iudicans difficile non prius hoſtes [10]) inſequi deſtitit, quam ad portas oppidi perveniret. Tantuſque undique ſublatus est clamor et clamori etiam [11]) mixtus rumor Romanos oppido potiri, ut, qui altera in parte erant [12]), ex ipso ſeſe oppido praecipitanter eriperent, matronae autem flentes veniam orarent, ne [13]), ſicut Avarici geſtum erat, feminae etiam atque infantes occiderentur, utque id facilius impetrarent, e muris veſtem argentumque proicerent [14]), quaedam quoque per murum demisſae ſeſe traderent in fidem et
6 brachia Romanorum militum. Lucius Sabinus [15]), octavae centurio legionis, multis audientibus die illo dixerat ſe praemiis Avaricenſibus, quibus Caeſar muri illius aſcenſorem primum donaverat, excitatum non

1) unus
2) aſcenſus
3) L. *Theutomarus* ex Caeſare. G. — Teutomatus Lem.
4) cod. meridieretur
5) et ſeminudus evaſerit
6) ceu — F. *ſeu.* G.
7) tanti — L. *tantum.* G. — *tamen* aptum est, quum *quamvis* praeceſſerit; *tantum* duplici *et* repugnat.
8) ſuarum memoria
9) *om.*
10) *om.*
11) cod. *om.*
12) haec tria *om.* — Supple *ex parte erant.* G. — ut aliqui altera ex parte, ipso Lem. Scilicet in ed. Lond. eiuſque repetitione notae Graevianae deest *erant.*
13) nec — F. *ne.* G.
14) proiicerent
15) Sabinius (Lond. et Lem. Sabinus)

pasſurum, ut quiſquam Gergoniae[1]) murum ante ſe
ſcanderet. Is cum primus ad murum[2]) venisſet, trium
ſuorum ope[3]) manipularium in illum ſublevatus at-
que ipse ſublevans[4]) cos[5]) capti oppidi ſpeciem prae-
buerat. Sed temeritas, ut ſaepe laeta principia, ſic
moeſtos habet eventus. Alverni enim, qui adverſa in
parte erant, audito capti[6]) oppidi rumore glome-
rati advolant[7]), eligentes, credo, in defenſione pa-
triae mori potius honeſte, quam turpiter in exilio
ſeneſcere[8]), et praecurrente equitatu nullo ordine ce-
tera turba conſequitur ſeque pro muris obicit[9]).
Hinc animus creſcit obſesſis, ut matronae, quae modo 7
Romanos, ſicut diximus, orabant, iam ſparſis more
patrio capillis et praetentis[10]) pignoribus orare ſuos
inciperent. Inſtauratur pugna locis omnibus, ſed ini-
quo partium concurſu. Nam ex alto dimicant Al-
verni, ex inferiore autem loco Romani et pugna prae-
cedenti et aſcenſu feſſi. Quod Caeſar aſpiciens procul[11])
exitumque, qualis futurus[12]) erat, intelligens legatum
Titum Sextium cum expeditis cohortibus ad radicem
collis miſit, ut, ſi ſuos dare terga[13]) contingeret, ho-
ſtes ab inſequendo repelleret; ipse autem, quoniam
locus pugnandi iuſta acie[14]) non erat, rei exitum an-
xius expectabat. Galli quidem loco et numero, Ro- 8
mani ſola virtute praeſtabant, quae tamen[15]) ad ulti-
mum mole hoſtium victa ſuccubuit. Itaque Lucius
Sabinus e muro, in quem primus aſcenderat, cum
comitibus interfectus abicitur[16]), ſperatique locum prae-

1) Gorgomae
2) haec octo cod. *om.*
3) cod. operra
4) *om.*
5) *Excipiens in murum extulisſet.* ex Caeſare ſupple. G. Supplevit Lem.
6) cod. rapti
7) cod. *d* a m. ſ. iut. verſ. habet.
8) ſuſtinere — Puto deesſe *vitam.* G. Non putavit Lem. *ſuſtinere* ſolum tenens.
9) obiicit
10) praetenti — cod. praetemtis — L. *praetentis.* G.
11) procul aſpiciens
12) cod. *om.*
13) terga dare
14) cod. pug. iuxta aciem
15) cod. tantum
16) abiicitur

mii supplicium[1]) occupavit. Memorandum praeterea in hanc ipsam horam facinus incidit. Marcus nempe Petronius, legionis eiusdem centurio, dum portas frangere nititur, multitudine hostium circumventus et plagis multis afflictus ac[2]) versus ad socios Quando, inquit[3]), me vobiscum servare prohibeor, vos servabo, quos mecum gloriae studio in discrimen traxi. Ite
9 incolumes, dum parumper hos barbaros detineo. Haec dicens quasi adhuc integer in adversos invehitur et duobus uno caesis impetu reliquos a portae custodia interim avertit[4]); dumque sui comites, qui inviti et moesti eum deserebant, opem sibi nunc etiam ferre niterentur, ille, ut loqui poterat, Frustra, ait; iam me enim sanguis ac[5]) vita destituunt. Quin[6]) me linquite igitur et vos morti[7]), dum licet, cripite. Sic vociferans insultansque hostibus ruit et moriens suis
10 profuit. His ac talibus suorum casibus Romani tandem praegravati caesis quadraginta[8]) sex centurionibus ac militibus septingentis[9]) iniquo colle reiciuntur[10]). Fuisset et[11]) fuga longior et largior caedes, ni providentissimi[12]) ducis ex sententia Romanae se cohortes Gallis insequentibus obiecissent; cumque ad plana fugiendo, insequendo atque obstando perventum esset, legiones ipsae instructa acie stabant[13]), quibus animadversis Vercingetorix[14]), antequam se[15]) locis aequis[16])
11 crederet, suos in castra revocavit. Haec est legio ad Gergoniam[17]) fusa, cuius meminit Tranquillus in primo, inter tres belli Gallici adversitates Caesareas numerata. Et diei[18]) quidem illius reliquiae sauciis curandis aut humandis mortuis et feris querimoniis sunt

1) loco praemii supplicii — F. *locum praemii supplicium.* G.
2) F. *conversus.* G.
3) cod. *om.*
4) cod. advertit
5) et
6) cod. Quim
7) nos moti — F. *vos morti.* G.
8) cod. quadraginta
9) cod. setigintis
10) reiiciuntur
11) *om.*
12) prudentissimi
13) cod. instabant
14) cod. Vercingetoris
15) cod. *om.*
16) aequis locis
17) Gorgomam
18) cod. dici

abſumptae. Ubi dies proximus illuxit, convocato ad concionem exercitu Caeſar ita diſſeruit: Habetis, o milites, temeritatis [1]) et cupidinis veſtrae fructum animo moeſtum meo, veſtra tamen audacia atque inſolentia non indignum, qui vobis ipsis, quid agendum linquendumve [2]), quo eundum, unde abſtinendum, hoc est, totum veſtri ducis officium uſurpaſtis. Atqui 12
ego veſtrae militiae, ubi poſſum, faveo: vos mihi, quod in vobis est, meum imperium abrogaſtis [3]), qui ſignum receptui a me datum, qui legatorum, imo meos ex illorum ore utiles monitus contempsiſtis atque urgente neſcio quonam animorum impetu iviſtis, unde nec redirent omnes neque, qui redirent, aut ſalutem ſuam aut Romanum decus integrum reportarent [4]). An ignorabatis, ut magni ſaepe exercitus a paucis ſola locorum iniquitate ſuperati ſunt? an, ſi alias neſciretis hiſtorias, obliti eratis, ut nudius tertius ego ipse ad Avaricum, dum hoſtes equitatu ac duce nudatos et per ſe vinci faciles ante oculos haberemus, quia tamen illis loci favebat iniquitas, veſtram [5]) nobilem indignationem ab eorum aggreſſione continui? non quod [6]) victoriam deſperarem, ſed ne ſecum magni aliquid afferret incommodi. Vos 13
et veterum et recentium obliti hoſtes ſimul et naturam vincere voluiſtis. Metite igitur, quod ſeviſtis, et, cui [7]) plus miſereor, metet ipsa res publica tot viris fortibus amiſsis, quanti nec Gergonia [8]) nec tota erat Alvernia [9]). Ego quidem fortitudinem veſtram miror, quam [10]) nec arduus mons nec muri nec caſtra ho-

1) temeritatis o milites
2) cod. liquendumve
3) eod. abrogatis
4) reporarent — L. *reportarent*. G.
5) noſtram — F. *veſtram*. G. — *noſtram* male tenuit Lem.
6) cont. nunquam
7) F. *ſed, cuius plus miſereor, metet*. G. (Lem. et cui) — Dativus huic ſcriptori familiaris est. V. Ep. rer. fam. L. II. ep. 4. p. 595: ut miſereamur afflictis ſen. L. X. ep. 4. p. 875: miſereri miſeris. Et ſaepe alibi.
8) Gergoma
9) Alverni — L. *Alvernia*. G.
10) qua (Lem. quam)

ftium[1]) arcuerunt[2]), fed non minus et fuperbiam et contumaciam veftram damno, qui plus vobis in venturi[3]) praefagio tribuitis, quam imperatori veftro, cui non iubere, fed parere tenemini, quique fruftra datur exercitui, fi ad nutum quifque fuum ire posfit in proelium ac redire. Rarum divinumque[4]) animi bonum providentia est. Ideo pauci funt boni duces, cum
14 multi fint[5]) milites animofi. Quae quidem virtus fi omnibus data esfet, quid in bellis esfet opus[6]) imperatore? Veftra nunc in acie quifque fibi fuit imperator, ego triftium fpectator eventuum et ftultitiae caftigator irritus fui, qui profecto femper in militibus meis et modeftiam et obedientiam non minus, quam fortitudinem, requiro. Nolim[7]) tamen vos hoc errore deici[8]): non terrere, fed arguere et caftigare propofitum est[9]). Reparate et firmate[10]) animos. Errando difcitur. Eritis ad alia in pofterum cautiores. Neque enim, quod[11]) iniquitas loci et veftra fecit[12]) audacia, virtuti hoftium imputandum est. Hefternum diem fortuna fuo egerit arbitrio, in reliquis veftrae fortitudini, ut fpero, veftraeque prudentiae morem geret[13]).
15 His dictis confolatus milites et[14]) pudore ac[15]) moerore[16]) concusfos oratione firmaverat, ipse vero bellis undique orientibus propofitum abeundi ex his dudum locis ceperat. Sed ne abitus[17]) fugam faperet, inftructa acie e caftris in apertum exiit, ut, fi quid hoftes aude-
16 rent[18]), fe paratum invenirent. Vercingetorix[19]), cui mul-

1) cod. *om.*
2) circuerunt — F. *arcuerunt.* G.
3) inventuri — nec aliter cod. — F. *de futuri* aut *inani.* G. (Lem. in venturi)
4) donum — Videtur *donum* expungendum esfe. G.
5) funt
6) opus esfet
7) cod. nolite
8) deiici
9) ita cod. ante corr. fed corr. *propofitumque* habet.
10) reparare et firmare
11) quid
12) ftat — F. *tulerat.* G. — conftat Lem. inepte.
13) gerat — L. *geret.* G.
14) ac
15) et
16) in errore — F. *moerore.* G.
17) aditus — L. *abitus.* G.
18) cod. audirent
19) cod. Vercingetoris

tum animi et plus erat virium, contemplatus abeuntem
ipse etiam in plana deſcendit, concurſumque eſt equeſtri
tantum levi proelio, quo ſuperior Caeſar in caſtra ſe re-
tulit. Par ſequenti die proelium parque eventus. Quibus
et Gallicam iactantiam ſat compreſſam et ſuorum ſpes
erectas [1]) ratus, ne vel hoſtes fugae arguerent digres-
ſos vel ſui non tam duci ad alia, quam ſubduci prae-
ſentibus periculis ſe crederent atque abduci, caſtra
movit nulloque hoſtium inſequente Aeduum verſus,
ubi maxime metuebat, inſtitutum iter arripuit. Erant 17
in exercitu Eporedorix [2]) et Viridomarus Aedui, quo-
rum ſupra mentionem fecimus. Hi magnis beneficiis
praeventi, et praeſertim ſecundus, in multis ſaepe
diſcordes in hoc uno tunc impio et ingrato [3]) animo
concordarunt, ut dominum et [4]) benefactorem ſuum
non ſolum in neceſſitate desererent, ſed contra eum
quoque neſarie coniurarent. Tertio ergo profectionis
die ſimul illum [5]) adeunt, narrant Litavitum, conci-
vem ſuum, magno cum equitatu ad alienandas mentes
popularium a Romanis in patriam profectum, et ne-
ceſſarium eſſe ipsos praevenire, ut conſiliis atque cona-
tibus eius occurrerent. Non fefellit circumſpectiſſimi 18
ducis acumen fucata adoleſcentium oratio. Senſerat
iam pridem erga ſe nutantes Aeduorum animos et
horum iuvenum levitatem certis indiciis iam ante nota-
verat, neque in dubium revocabat, quin horum pro-
fectio allatura eſſet alimenta perfidiae [6]) eſſetque his [7])
praeſentibus latens adhuc proditio eruptura maturius.
Ne tamen aut [8]) liberum commeatum liberis homini-
bus denegando videretur iniurius aut invitos detinendo
pavidus crederetur, licentiam dedit abeundi. Digredi-
entes vero ſic alloquitur: Et ite, ait, amici [9]), quando 19

1) cod. erreptas
2) cod. Eporidorix
3) imperio et in grati — F. *impii et ingrati.* G. (Lem. impio et ingrato)
4) cod. *om.*
5) eum
6) alimenta perfidiae eſſet allatura
7) iis
8) et
9) cod. ſic amici (ſub *ſic* linea ducta)

ſic libet. Mementote[1]) autem et veſtris civibus memorate, ſi forſitan[2]) obliti esſent, mea in illos et populi Romani beneficia. Ego enim, non antiqua res est, ante paucos annos cum vos, Aedui, humiles et conclusos in oppidis, agris fortuniſque omnibus amisſis, per vim obſides aliis ac ſtipendia pendentes, veſtris finitimis[3]) ludibrium acccpisſem, non modo ſtipendio atque obſidibus liberavi, 'ſed ſupra omnis aevi[4]) memoriam glorioſos[5]) feci ita, ut ex miſera et[6]) miſerabili fortuna invidioſos toti Galliae reddiderim. Ite, inquam, mei et horum, quae vobis dixi[7]), memores: humanis etiam in rebus nihil est penitus fide nobi-
20 lius[8]). Illi autem, quibus esſet imis praecordiis affixa perfidia[9]), abiere illico et verborum et rerum omnium et tanti ducis immemores. Itaque ſtatim, ut Noviodunum attigerunt, ubi Caeſar Aeduorum fidei credens obſides ex omni Gallia et frumentum et pecuniam[10]) rei publicae et ſua et exercitus magna ex parte impedimenta depoſuerat equorumque[11]) numerum ingentem in uſus belli ex Italia atque Hiſpania deductorum, comperto, quod Litavitus ab Aeduis cum honore ſuſceptus esſet et magiſtratuum ac ſenatus occurſu[12]), misſique de amicitia publice ad Vercingetorigem legati, et ſibi tempus[13]) audendi aliquid advenisſe[14]) rati nec contenti praeda, niſi cruenta crudelitate reſperſa esſet oppidi cuſtodibus et Romanis negotiatoribus ad unum caeſis, quaecunque ibi reperta ſunt, tanquam bello vel hereditate quaeſita aequis inter ſe portionibus diviſerunt praeter obſides, quos ad magiſtratus ab illis li-
21 bertati[15]) réddendos deduxerunt. Oppidum vero ipsum

1) memento (Lem. mementote)
2) ſorſan
3) inter hoc et ſequens cod. int. verſ. *detinerent dum* habet.
4) ſupra omnium
5) glorioſus — L. *glorioſos*. G.
6) ſeu
7) dico
8) fide nobilius penitus — F. *esſe fide nobilius putate. Illi*. G.
9) praeſidia — L. *perſidia*. G.
10) haec duo cod. *om.*
11) equorum — in cod. *que* a m. ſ. int. verſ. additum est.
12) cod. occursſus
13) tempus ſibi
14) cod. evenisſe
15) cod. libertate

non[1]) ſat validum extimantes, ne quando Romanis
utile eſſe poſſet, flammis immiſſis exurunt[2]), fru-
menti parte navibus[3]), quantum paucis horis licuit,
erat enim in ripa Ligeris oppidum, avecta[4]), parte
aquis[5]) aut[6]) flammis iniecta, ne quid penitus Roma-
nis tanto ex oppido[7]) ſupereſſet. Neque his contenti
duo illi egregii Caeſaris amici colligere omni ex parte
praeſidia, quibus Caeſari obſiſterent[8]), ripas fluminis
cuſtodire, quo eum tranſitu[9]) prohiberent, frumen-
ta[10]) corrumpere aut aſportare, ut eum, ſi non aliter,
ſaltem fame repellerent[11]), quam in ſpem[12]) valde eos
Liger amnis erigebat liquefactis auctus nivibus, ut va-
dari nuſquam poſſe crederetur. Caeſar ita haec[13]) fieri 22
audiens, credo, cognoſcere coeperit[14]) ſe clementiorem
eſſe non, quam ſibi, ſed quam rei publicae[15]) expedi-
ret. Nihil tamen animo deiectus, ſed perfidiam in
auctores vertere cogitans[16]) celerandum ſtatuit, ut, ſi
fieri poſſet, cum hoſtibus ante congrederetur, quam
eorum copiae ex omni Galliarum angulo convenirent,
quae ante retroque innumerabiles et immenſae erant.
Cogitabat autem Ligerim, facto raptim ponte tranſire.
Ad quem cum[17]) die noctuque nunquam intermiſſis
itineribus perveniſſet, melius ſibi, quam putabat, ac-
cidit. Expeditiſſimi quidam equitum ſuorum vadum 23
in flumine reperere[18]), altum quidem ac difficile, ſed
pro qualitate temporis opportunum. Itaque, quod
perſaepe[19]) et fecerat et facturus erat, tranſverſis in
flumine equis maioribus, qui undarum primum im-

1) *om.*
2) exusferunt; et
3) manibus — F. *navibus*. G. (Lem. *manibus* perperam retiunit.)
4) aunecta — L. *avecta*. G.
5) *om.*
6) Suppleo ex Caeſare: *flumine aut*. G.
7) cod. oppoxito
8) obſtarent
9) cum tranſitum — L. *eum tranſitu*. G.
10) ſrumentaque omnia
11) cod. replerent (addita inter *p* et *l* a m. ſ. *e*)
12) qua in ſpe
13) haec ita
14) coepit
15) cod. pu.
16) cogitatis — F. *cogitans*. G.
17) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
18) reperiere
19) cod. perſaepe quod

petum fuftinerent, falvum quidem licet ufque[1]) ad humeros madefactum traduxit exercitum. Et quoniam[2]) praeter omnium opinionem ac fpem venerat, folo hoftibus ftupefactis[3]) afpectu ingentem vim frumenti ac pecoris late effufi adeptus egentes rerum omnium legiones difperfa inter eos rerum copia re-
24 creavit. Dum haec ab imperatore tam celeriter quam feliciter gererentur, legatus vir fortisfimus Labienus in perplexitatibus multis erat. Profectus nempe cum quatuor legionibus Lucetiam[4]) Parifiorum, quae in infula Sequanae[5]) fita erat, ubi nunc est[6]) totius tranfalpinae Galliae famofior civitas fundata Parifius, magna ibi multitudine[7]) hoftium exceptus et nequicquam tentato tranfitu repulfus erat. Sed nocturno inde filentio digresfus Melodunum[8]) venit, oppidum tunc Senonum, et navibus inventis in flumine introgresfus ac pene vacuum nactus locum, quod pars maxima accolarum Lucetiam ad bellum iusfa perrexerat, fine contradictione aut ulla[9]) repugnantia[10]) cum
25 cepit. Inde fuper amnem refecto ponte copias transfert atque illis terreftre iter agentibus ipse fecundo fluminis alveo Lucetiam repetit. Quo praecognito hoftes oppidum incenderunt pontesque oppidi, quorum alter dextram[11]) ripam circumflui amnis, laevam[12]) alter attingebat, refciderunt[13]). Ibi vero non Parifiorum folae, fed finitimarum omnes gentium copiae confliterant, praepofito omnibus Camulogeno quodam[14]) cognomine Aurilio[15]), alibi Aulereum[16]) inve-

1) cod. *om.*
2) quum
3) cod. ftopefactus
4) Lutetiam — et ita in feqq.
5) Secanae — nec aliter cod. Sed cf. III, 9. init.
6) cod. est nunc
7) moltitudo — L. *multitudine.* G.
8) cod. Moledonum
9) cod. *om.*
10) cod. oppugnancia
11) dexteram
12) levem — L. *laevam.* G.
13) cod. reciderunt
14) quo de
15) Aorelio
16) Aurelium — F. *Camulogeno cognomine Aulerco.* Sic Caefar. G. — Aulereum Vosf. ad Caef. VII, 57. Oud. mf. — Camulogeoo, quem cognomine Aulercum, alibi Aurelium invenio. Lem.

nio. Hic vir ſenio gravis, ſed rei bellicae[1]) peritiſſi-
mus habebatur, propter quod hunc laborem conſenſu
omnium coactus extrema in aetate ſuſceperat. Sic ſe 26
rebus habentibus rumores varii iactabantur: Caeſarem
Gergonia[2]) digreſſum ac Ligere[3]) interclusum, de-
mum frumenti inopia ultima compulſum in provin-
ciam Romanam cis Rhodanum conceſſiſſe, Aeduos re-
bellaſſe, Galliam omnem in motu eſſe. Quibus rebus
Labienus ipse permotus non pugnare decreverat idque
unum animo volvebat, qualiter Ageduicum[4]) (id op-
pido nomen erat) unde diſceſſerat[5]), atque ubi prae-
ſidio impoſito impedimenta dimiſerat, ſalvas reduceret
legiones. Interim tamen et Bellonati[6]), inter Gallos 27
famoſi, motibus tantis acceſſerant et rebellione Aeduo-
rum exciti odium diu celatum aperuerant iamque
aperti hoſtes in armis erant. Itaque hinc[7]) Pariſiis,
inde Bellonatis[8]) et varia belli mole preſſus et cir-
cumventus conſilium mutavit[9]) ex tempore ſtatuitque
fortunam proelii tentare; et nocturna tempeſtate hor-
rida adiutus exploratoribus hoſtium nil tale cogitanti-
bus interfectis tota nocte tumultu vario et trepidatione
multiplici fugam ſimulans cum ſollicitos ac ſuſpenſos
hoſtes uſque ad lucem tenuisſet, ſubito conſtitit et in-
ſtructa acie magnifice ſuos adhortatus[10]) est illud in-
primis obſecrans, ut et ſuae priſtinae atque expertae
totiens virtutis ac Caeſaris meminiſſent eumque ſibi
fingerent praeſentem, quo duce tot tam[11]) claras vi-
ctorias habuisſent; ſiquidem[12]) illius auſpiciis etiam
nunc pugnari et vel ſolam ſui memoriam fiduciam
ſuis, terrorem hoſtibus allaturam. His dictis ſignum 28

1) cod. pu.
2) Gergoma
3) Ligeri
4) Agidvicum — cod. h. l. Agreduicum — *Agendicum* Caeſari. G.
5) diſcusſerat (Lem. diſceſſerat)
6) Bellovaci
7) *om.* — Adde *hinc.* G.
8) Bellovacis
9) invitavit — F. *mutavit.* G.
10) hortatus
11) tamque
12) Lem. ſe quidem etc. pugnare — Sine ratione.

pugnae dedit. Pugnatum est magnis hinc inde animis[1]) uſque adeo, ut Galli primo impetu una[2]) ſuorum parte propulſa, ceteri[3]) tamen quamquam multis vulneribus afflicti neque vultus averterint[4]) neque pedem loco moverint[5]). Et cum ſeptima legio clam immiſſa a tergo illos invaderet, terga quidem hoſtium vidit, ſed minime fugientium. Caeſi omnes et ipse quoque Camulogenus, ſuorum uſque in finem hortator egregius, nullo boni ducis officio praetermiſſo; ſed ita ſibi ſtatutum erat, ut vel decrepitus in proelio moreretur[6]). Pars hoſtium, quae praeſidio caſtris relicta erat, audito proelio accurrit[7]), ſed et haec in Romanos incidens victorum impetum non tulit eandemque[8]) cum ſuis ſortem habuit, niſi quod illi fere omnes in proelio, ex his plurimi[9]) in fuga periere.

29 Cum hac magna victoria Labienus ad[10]) Agedincum[11]) redit, inde ad Caeſarem cum incolumi profectus exercitu. Nec minus ideo Gallorum populi coniurant. Aeduis (quis credat?) auctoribus[12]) legati undique deſtinantur. Si qui autem viſi erant ad conſenſum lenti, Novioduni inventi erant omnium fere obſides populorum, quos ibidem Caeſar, ut diximus, ſub Aeduorum fide reliquerat, hique eorum in poteſtate erant omnes; horum ergo ſuppliciis haeſitantes terrebant et nunc precando, nunc minando ſuam in[13]) ſententiam trahebant[14]). Mittunt denique ad ipsum Vercingetorigem legatos, petunt, ut Aeduum accedat ibique de rationibus belli conſilium ineatur. Paret ille haud[15]) gravatim et illorum defectione laetus et belli cupidus

30 gerendi. Cumque[16]) eo perventum eſſet, petere il-

1) cod. hinc inde animis magnis
2) cod. yma
3) cod. certi
4) averterent
5) haec quatuor *om.*
6) cod. morireiur
7) accucurit
8) eandem
9) perplurimi
10) *om.*
11) Agediacum — Agedincum Oud. manus in m. correxit.
12) actorifatibus — F. *autoribus*. G.
13) *om.* — Adde *in*. G.
14) protrahebant
15) aut — F. *haut*. G.
16) cod. Cum

los[1]) in conſilio non puduit (o praeceps[2]) impuden-
tia) ut eis adverſus amicum ſuum Caeſarem belli ad-
miniſtratio crederetur, quam ultro oblatam etſi non
virtute animi, at[3]) ſaltem verecundia, ſi qua esſet,
recuſare debuerunt. Id enimvero cum negatum re-
ſque in controverſiam[4]) verſa esſet, Bibracte[5]), am-
plisſimo tunc Aeduorum oppido, concilium[6]) Galliae
totius inſtituitur, ad quod populi omnes convenere[7])
praeter Remos[8]) ac[9]) Lingones Treveroſque[10]); et il-
los quidem duos amicitia continuit Romanorum, hos
tertios locorum diſtantia et ſuus labor, quem patie-
bantur[11]) eo tempore ab incurſibus Germanorum,
quae res toto illos bello medios tenuit, ut in neutram
partem inclinarent. In eo ſane concilio[12]) commisſa 31
quaeſtione ſuffragiis conſenſu omnium populorum Ver-
cingetorix belli dux decernitur. Cuius decreti pudore
ſimul ac moerore conſternati Aedui et e ſpe improba
deiecti tum primum et Caeſarem cognoſcere[13]) coepe-
runt et fortunam ſuam, non tamen ab incepto reſilire
auſi hinc Caeſaris, hinc Gallorum metu. Tum pri-
mum quoque tumidi adoleſcentes Eporedorix[14]) et Vi-
ridomarus indignantes agnoſcere potuerunt, quanto
esſet honeſtius ſub Caeſare, tali viro et de eis ita me-
rito, quam ſub Vercingetorige adverſus Caeſarem mi-
litare. Ipse autem pridem factus, nunc refectus, quod- 32
que est fortius, contentione[15]) reformatus imperator
Vercingetorix[16]) ſuo iam de ſtatu certior[17]) agit iam
cuncta fidentius edicitque omnibus, ut equitum certum
numerum conficiant, obtemperatumque illico est. Quin-

1) eos
2) praeſens
3) ac
4) controverſia
5) Bibracto — cod. Iibracte — Lem. Bibracte
6) conſilium (Lem. concilium)
7) convenire (Lem. convenere)
8) Romanos — F. *Rhemos*. G.
9) et
10) ita h. l. ed.
11) quam patiebatur — L. *quod premebantur*. G. (Lem. quem patiebantur)
12) conſilio
13) cognoſcere Caeſarem
14) cod. Eporidorix
15) F. *conſenſione*. G. (Lem. veram lectionem tenuit.)
16) cod. Vercingetoris
17) certior de ſtatu

decim milia equitum fuiſſe ſatis convenit: peditatu
ſane non alio, quam quem habuiſſet, opus eſſe pro-
feſſus est, qui octuaginta milium erat; non ſe tamen
proelii fortunam totis his copiis[1]) experturum neque
rem iuſtae commisſurum acici Vercingetorix aiebat[2]),
ſed, quoniam[3]) abundaret equitatu, Romanos pabulo
excluſurum atque ita viros, armis invictos, inedia ac
fame victurum. Neque arcere hoſtem a frumentis
tantum, ſed frumenta ipsa corrumpere ſuis[4]) perſua-
ſerat[5]), ſic[6]) privatis temporalibus incommodis per-
33 petuam publicam[7]) libertatem quaeri dictitans. Et
erat tumultuarius imperator ordinariis curis intentiſſi-
mus, quaſi legitimus[8]) bene moratae cuiuſpiam rei
publicae[9]) ſuffragiis ad imperium aſcendisſet[10]). Inter
alia quidem Allobrogibus[11]) bellum, quod cum Ro-
manis ſentire eos opinabatur, indicat[12]) unaque cum
bello animos eorum ſecretioribus nunciis ac promisſis
tentat ingentibus, principes pecunia[13]), civitatem im-
perio provinciae, ut, quod una non posſit, altera con-
ſequatur via[14]). Hoc adverſus Allobrogas[15]) bellum
Aeduis committit, qui congresſi multis ſuorum ob-
truncatis amicitiam Romanam utilem fuiſſe ſenſerunt,
34 ſub qua dudum honorati quietique vixerant. Caeſar
interea in Sequanos proficiſcitur; cuius iter Vercinge-
torix[16]) fugam ratus ad conſilium ſuos evocat[17]) et
fugere quidem hoſtes ait ac Gallicis finibus abire. Id
in praeſens ſatis[18]) eſſe, ut Galli ſua antiqua in liber-
tate remaneant: in futurum minime. Nam quis dubi-

1) cod. copis
2) cod. ante corr. *agebat*
3) quum
4) cod. *om.*
5) cod. ſuaſerat
6) F. *His.* G. — Lem. *ſic* ſervavit et interpunctionem correxit.
7) cod. *om.*
8) legitimis
9) cod. .p.
10) accidisſent — L. *accesſisſet.* G.
11) Allobrigibus — cod. Alebrogibus
12) indicavit
13) princeps perviam — F. *principes pecunia.* G.
14) alter conſequatur viam — L. *altera conſequatur via.* G.
15) cod. Alebrogas
16) cod. Vercingetoris
17) vocat
18) tis — L. *ſatis.* G.

tet maiore illos nifu [1]) atque impetu reverfuros? Oc-
currendum profugis igitur, ut vel fugere nequeant
vel amisfis impedimentis nudi et inglorii fugiant exem-
ploque alios fimili terreant ab incepto. Confenfum 35
est magnis potius animis, quam confiliis, et religiofis-
fimum iusiurandum more gentis interponitur, ne cui
equitum ad filios, ad parentes, ad coniugem fit redi-
tus, qui non Romanam aciem penetrasfet. Tres acies
Gallorum equitum fuere: totidem his Romanas Caefar
oppofuit, tribufque fimul est certatum locis. Quo
certamine in fubmittendis auxiliis, ubicunque fuos
urgeri fenferat, Romani ducis diligentia ingens fuit.
Germanorum quoque equitum, quos e transrhenanis
urbibus Caefar acciverat, infignis fuit [2]) opera. Fufo 36
hoftium [3]) equitatu captifque [4]) et Caefari praefentatis
aliquot nobilisfimis Aeduorum, qui hoftium in acie
contra eum fuerant, Vercingetorix [5]), qui in [6]) illa
nube peditum feorfum ftabat, cum eisdem pugnae
exitum praevidens abfcesfit, ductis fecum, quos ducere
licuit, ceteris fequi iusfis [7]), Alexiamque [8]) oppidum,
quod non longe aberat, gradu feftinante fe contulit [9]),
caftra prae portis oppidi metatus. Caefar impedimen-
tis tuto loco pofitis abeuntem reliquo confecutus exer-
citu ultimam femper aciem carpendo fic inter eundum
decem [10]) milibus hoftium obtruncatis Alexiam cum
venisfet ad vefperam, nocte illa fubftitit. Ubi illuxit, 37
quamvis altisfimo fita in colle et duobus prope cincta [11])
fluminibus pene inexpugnabilis appareret, fuos tamen
cunctis difficultatibus asfuctos exhortatus vallo illam
atque obfidione circumdat, cuius ambitus XI. [12]) milia

1) vifu — L. *nifu.* G.
2) *om.* — cod. int. verf. a m. f. habet. — Adde *fuit.* G. — Omifit Lem.
3) *om.*
4) raptifque
5) cod. Verciogetoris
6) *om.* — Adde *cum.* G.
7) fequi iusfis caeteris
8) Alexiam
9) contulit. Caftra etc. metatus Caefar etc. — nec aliter diftinctum est in cod. — F. *fe contulit, caftra pro portis oppidi metatus. Caefar.* G.
10) Caefar ponit *tribus millibus*, quod magis verifimile videtur. G. (Lem. decem m.)
11) cuncta — L. *cincta.* G.
12) decem

paſſuum tenebat, tribus ac viginti[1]) caſtellis in circuitu
erectis praeſidiiſque ad unumquodque adhibitis maxi-
meque nocturnis. Quibus nondum peractis et obſeſſis
adhuc nonnihil audentibus equeſtre proelium ante ur-
bem plana in valle conferitur. Ubi cum victoria Ro-
manorum et multa hoſtium caedes eſſet et quidam ex
hoſtibus intra muros refugiendo caſtra deſererent,
priuſquam fuga omnium nudarentur, claudi portas
38 Vercingetorix iubet. Ante quoque, quam[3]) vallum
et munitiones Caeſareae complerentur omneſque prae-
cluderentur ad egreſſum viae, quod in caſtris atque
in urbe[4]) rerum omnium penuria ingens erat, a ſe
equitatum omnem obſidioni gravem et inutilem ab-
dicare diſpoſuit. Quibus tandem ſilentio noctis abe-
untibus anxia atque ſollicita cura imperat[5]), ut
urbes ſuas adeant et pro ſe quiſque ſuos hortetur,
ut univerſos ferendis armis idoneos in bellum mittant,
neu ſe de libertate et gloria Gallicana deque omnibus
ſic meritum inter manus hoſtium ludibrio deſerendum
putent, ſed obſeſſis opem ferre feſtinent; opus eſſe
enim[6]) celeritate, quoniam omni parſimonia[7]) quan-
tumlibet[8]) exacta paulo amplius, quam triginta[9]) die-
bus, tolerari poſſet obſidio; properent ergo, ni[10])
ſegnitie impia octuaginta milia electorum hominum
ſuorum perdita atque hoſtibus prodita pati poſſunt.
39 Sic admonitis et emiſſis equitibus ipſe cum reliquis
intra urbem ſe recipiens ac pecus frumentumque omne
ad ſe relatum parce nimium ac maligne diſpertiens
veri ſpeciem praebebat obſeſſi, non eruptione, non
armis, ſed expectatione ac nunciis bellum gerens, auxi-
lia undique poſtulans et expectans. Caeſar ex perfu-

1) III ac XXIII — Puto legendum *III. ac XX.* G.

2) praeſidiaque — L. *praeſidiiſque.* G.

3) quum (Lond. et Lem. quam)

4) cod. urbem

5) cod. *om.*

6) enim eſſe

7) parcimonia — cod. parſimonia (cum puncto ſub prima *i*)

8) cod. qualibet

9) cod. XXX[ta]

10) in — L. *ni.* G.

gis[1]) et captivis de ſtatu certior obſesſorum munimenta
et turres et[2]) machinas nec non frumenti et pabuli
uberioris abundantiam et quicquid in talibus humano
ingenio cogitari potest, quo non apparentibus[3]) tan-
tum, ſed quaecunque animo[4]) fingi posſent, periculis
obviaret, tanto ſtudio maturabat, ut legere ea vel
audire difficile ſit, quae ſibi factu quoque cuncta faci-
lia victoriae appetitus et[5]) gloriae faciebat. At Gallo- 40
rum populi ſuorum reditu admoniti, quam[6]) in arcto
ad Alexiam res esſent, concilio celebrato et auditis
principum ſententiis nullo pacto negligendum ſibi tan-
tum Galliae periculum conſuerunt, neque tamen[7]),
quod obſesſus petierat imperator, cogere in bellum
omnes, qui posſent arma[8]) portare, ne in infinitum
cederet[9]), ſed ſingulis civitatibus certum numerum
imponere[10]) decreverunt. Longum est ſingula proſe-
qui et, quamquam notitiae rerum aliquid[11]) fortasſe,
non minus tamen interdum taedii habiturum: quadra-
ginta vel circiter nomina urbium ſunt, bellatorumque
ex his equitum octo, peditum vero ducenta quadra-
ginta milia redacta comperio[12]). Cum hac tanta mul- 41
titudine recenti atque integra decem Romanis iam vin-
cendo feſsis legionibus ipsis hoſtium in finibus decer-
tandum erat. Et haec tanta armatorum[13]) moles ho-
ſtium non alibi, quam in campis Aeduorum (nunc,
Caeſar, Aeduos cole[14])) praefectiſque Aeduis, Eporedo-
rige[15]) ſcilicet et[16]) Viridomaro[17]), addito Comio

1) profugis
2) ac
3) non a parentibus — F. *non praeſentibus.* G.
4) *om.*
5) vel
6) quem — L. *quam.* G.
7) conſuerunt neque tantum — F. *conſuerunt. neque tamen.* G.
8) arma posſent
9) F. *creſcerent.* G. — Lem. *creſceret* (quod etiam deterius est.)
10) *om.*
11) F. *utile.* G. — Lem. utile aliquid — *notitiae* genitivus est, nec quicquam addendum.
12) reperio
13) cod. armatorum tanta
14) nunc Caeſar in Aeduos tolerantia, — Videntur delenda haec verba *nunc Caeſar in Aeduos tolerantia.* G. — tunc Caeſaris in Aeduos tolerantia, Lem.
15) cod. Eporidorige
16) ac
17) cod. Viridamaro

Atrebatenſi, qui omnes Caeſaris familiarisſimi fuerant,
42 explicita memoratur. Sed excuſant factum, quia videlicet[1]) tantum ſtudium recuperandae bellicae gloriae et avitae libertatis inceſſerat, ut neque familiaritatis atque amicitiae freno neque ulla beneficiorum[2]) ab aliquo perceptorum obligatione atque memoria cohiberi posſent, eratque[3]) ſpecies impietatis atque perfidiae amicum noſſe, niſi qui[4]) amicus et patriae ſuae esſet. Huic[5]) libertatis et gloriae ſtudio tanta inerat alacritas, tanta ſpes, tanta[6]) quaſi iam praeſentis victoriae anticipatio animorum, ut nullius esſet opinio Romanos tanti exercitus clamorem atque conſpectum, ne dicam vim atque arma, pasſuros, praeſertim cum obſesſi eos rebus cognitis cottidie[7]) eruptionibus exercerent iamque declinatis ac defesſis tantum[8]) ſubito
43 novum pondus accederet. Denique Vercaſivelanus[9]) Alvernus, Vercingetorigis conſobrinus, omnium auxiliorum[10]) dux eligitur, datis e qualibet urbe viris prudentisſimis, quorum conſilio regeretur. His ille conſiliis atque his armis plenuſque fiduciae ingentis Alexiam petit. Et hi quidem feſtinabant, obſesſi autem[11]) conſultabant, neque vero facile magnae res parvo in tempore expediri posſunt. Haec igitur tanta de tam diſtantibus locis hominum coactio[12]) in tam paucis diebus fieri nequivisſet, niſi incredibilis quidam[13])
44 conſenſus omnium affuisſet. Neque tamen omnibus animorum ſtimulis feſtinari adeo tanta res potuit, quin dies illa[14]) trigeſima[15]) a Vercingetorige praedicta tranſisſet totque dies alii, ut res aegre amplius trahi pos-

1) videt — F. *omnes*. G. (Lem. videlicet)
2) beneficio — F. *beneficiorum*. G.
3) cod. erantque
4) quod qui (Lem. qui)
5) cod. hinc
6) *om.*
7) quotidie
8) Iam inclinatis et defesſis tamen
9) Vercaſianenus
10) *om.*
11) cod. tamen
12) coacto — F. *coactio*. G.
13) quidem
14) *om.*
15) cod. trieſima (inter *i* et *e* a m. ſ. addita *c*)

ſet. Tum vero, qui miſerorum mos communis est[1]),
ad conſilia concurritur. Dicuntur ſententiae[2]) pro ani-
morum varietate disſimiles: his deditio, his placet
eruptio; his vita pacifica, his honeſta mors. Erat inter 45
conſiliarios vir unus, magnae inter ſuos opinionis:
origo illi Alverna[3]), clarum genus, durus animus, in-
flexibile propoſitum; nomen viro Tritognatus[4]). Pro-
pter quae non ab re fortasſe fuerit, auditis aliorum
ſententiis, quid iſte ſuaſerit[5]), audire. Quamvis
autem[6]) oratio eius longiuſcula[7]), tamen[8]) haec
omnium ſumma fuit. Dixit eos, qui deditionem ſua-
derent, nec audiendos[9]) quidem, quoniam nomine
deditionis foedam et miſeram ſuadeant ſervitutem; eos
vero, qui eruptionem, viriliter quidem loqui, quod
bene mori viris fortibus exoptandum ſit, non tamen
utiliter nec[10]) conſulte ſatis, quod eorum mors non
ipsos modo, ſed illos quoque, qui eis auxilio[11]) ve-
niant, deiectura ſit, inter ſuorum tot cadavera non
aequis animis pugnaturos; qui ſi neque ipsi ad diem
venire neque eorum nuncii per circumfuſas hoſtium
cuſtodias pervenire potuerint[12]), nequaquam tamen de
illorum fide dubitandum; appropinquare enim illos
haud dubie, idque, ſi aliunde non posſit intelligi, ex
ipsorum[13]) Romanorum trepidatione caſtrorum posſe
perpendi, qui non tam anxie die noctuque operibus
incumberent, niſi vim hoſtium adesſe ſentirent. Harum 46
ergo[14]) ſententiarum altera reprehenſa, altera laudata
quidem in parte, ſed reiecta ipse ſententiam ſuam
dixit, ut corporibus eorum, qui inutiles bello esſent,

1) *om.*

2) finem — F. *ſententiae.* G.

3) Oud. manus in m. *r* pro *l* poſuit.

4) Tricognatus — Londineae repetitio *Tritognatus* habet. Oud. in m. *C* pro *T* ſcripsit. — cod. Trithogratus

5) ſuaſerat

6) cod. tamen

7) cod. longiſcula

8) in — F. *tamen haec omnium.* G.

9) nec audiendi — L. *ne audiendos.* G. (Lem. nec audiendos)

10) cod. ne

11) eos auxilia — L. *eis auxilio.* G.

12) poterant

13) ipsa

14) erga — L. *ergo.* G.

viri fortes vitam fuftentarent, donec praefenti [1]) auxilio iuvarentur; idque et [2]) factum docuit bello altero longe impari, quo Cimbri fcilicet Gallias ante vexaverant, et nunc eo promptius fiendum [3]) esfe, quo Cimbri tranfeuntes praedam, non aliud, quaerebant, Romani autem confidentes [4]) imperium quaerunt; idque ex finitimis posfe cognofci, qui victi ab eis amisfis legibus [5]) patriis et perdita libertate gravi iugo presfi fub immortali fervitio vitam agunt; et fi factum non fuisfet, esfe [6]) tamen faciendum, quod exempla virtutis, ut a maioribus accipienda, fic [7]) pofteris fint tradenda, et fortitudinis opera viris fortibus incohanda [8]),
47 multo magis igitur imitanda. Haec fententia Tritognati fuit, ferox quidem et ferocis index [9]) animi atque ideo ne recepta quidem, fed dilata in tempus ultimae necesfitatis. Adhuc enim [10]) efuriendo licet [11]) et parcendo aliquot diebus vivi [12]) poterat. Deliberatum tamen in praefens, ut [13]) inepti ad bellum vel fexu vel valitudine vel aetate pellantur. Pulfi in primis Mandubii, quorum erat oppidum quique eos amice fuis muris exceperant: documentum evidens, ne quis armatos hofpites [14]) intra fuum limen recipiat [15]); cedunt [16]) enim iura armis. Hi vero cum coniugibus ac natis et annofis parentibus per fuos pulfi patria, dum ad Romanas cuftodias venisfent, gemitu atque obfecrationi-

1) praeventi
2) cod. tum
3) L. *faciendum*. G. — *fiendum* huic fcriptori relinquendum est. Vide Ep. rer. fen. L. VII. ep. 1. p. 817: et quoniam, quod fiendum ille ftatuit (fc. deus), fieri oportet. Vir ill. MS. Vratisl. Acad. fol. 2. p. 2: tertium (fc. longaevitas urbis recentis) nuptiis fiendum apparebat. Item Ep. rer. fen. L. XIIII. ep. 4. p. 934 pro *fidendus* fcribi debet *fiendus*.
4) L. *confidentes*. G. bene, ad *tranfeuntes*. Ceterum ferri potest *confidentes*, per fe; neque mutatum est a Lem.
5) legionibus — F. *legibus*. G.
6) esfet
7) fit — F. *accepta*, *fic*. G. (Lem. accipienda, fic)
8) inchoanda
9) index — L. *index*. G.
10) enim in utrumque — Lem. enim per utrumque
11) Lem. fcilicet
12) vinci — F. *duci*. G. (vinci Lem.
13) et — F. *ut*. G.
14) fofpites — L. *hofpites*. G.
15) fponte recipist
16) cedant — L. *cedunt*. G.

bus inſtant in ſervitutem recipi, cibo reſici. Negat Caeſar coſque, unde venerant, mox reverti iubet. Dum talia obſeſſi agunt, expectata aderant auxilia, 48
quae caſtris iuxta Romana caſtra diſpoſitis die proximo omnem, quae ante Alexiam erat, complevere[1]) planitiem, horrendum hoſtibus ſpectaculum, ni Romani eſſent[2]), obſeſſis vero laetiſſimum. Itaque conſpectu ipſo gaudium et gratulatio ingens fieri, quin[3]) aſſumpta fiducia portis egreſſi eruptioni ac proelio praeparabantur[4]). Caeſar ad omnia praeſentiſſimo animo ſuas copias partitus hos unis hoſque[5]) aliis obicit[6]). Duobus magnis proeliis ea in valle certatum eſt, tertio 49
etiam ancipiti, eratque eo hoſtium incurſus ardentior, quo ſuorum ſub oculis pugnabatur nec latere cuiuſquam virtus nec ignavia poterat, et pugnantes geſtu et clamoribus ac Gallico ululatu iuvabantur[7]). Tertio vero, quo pugnatum diximus, congreſſu adeo in extremo Romana res ſtetit, quod, niſi Caeſar Labienum cum cohortibus et inde alios atque[8]) alios[9]) in tempore ſubmiſiſſet et ipſe demum mediam ſeſe in aciem terrifico impetu coniecisſet labantemque[10]) rem firmasſet atque ita permiſcuisſet, ut nullus miſſilibus locus eſſet, ſed gladiis omnia gererentur, denique ſub quocunque duce alio labi[11]) et ruere omnia potuisſent. Magna eſt unius virtus hominis, magna fortuna. Omnibus tandem proeliis victor Caeſar ſignis 50
multis militaribus ad ſe relatis ingenti ſtrage hominum facta et ducibus multis caeſis Vercaſivelanum[12]) Alvernum, auxiliorum ducem omnium, vivum cepit. Plurimi interſecti, pauci fuga elapsi; et niſi milites Romani tanto et tam vario labore haud immerito fati-

1) complere — L. *complevere.* G.
2) *om.*
3) quo
4) praeparantur
5) hos
6) obiicit
7) iuvabatur ululatu (Lem. iuvabantur u.)
8) haec duo *om.*
9) aliosque — L. *alios quoque.* G. (Lem. vitium non ſuſtulit.)
10) labentemqqe
11) alibi — L. *labi.* G.
12) Vercasmellauuum

gati inſequi nequivisſent, vix aliquis evaſisſet. Misſus tamen equitatus a Caeſare noctu media ad inſequendum profugos eum[1]) ultimos attigisſet, multos capit, multos interficit: ceteri hac illac incertis fugae veſtigiis in patriam quiſque ſuam abeunt nunciantque, quae vide-
51 rant. At obſesſi omni ſpe conſumpta et, quid agant, quid conſilii capiant, ignari tali tandem Vereingetorigis oratione firmantur: Ego, inquit, deos[2]) teſtor, bellum hoc non meae, ſed publicae utilitatis conſideratione ſuſcepi egique fideliter, dum potui. Fatis adverſantibus rem aggresſus[3]) expertuſque omnia ad ultimum victus ſum. Neque in me quicquam amplius neque in alio, quod videam, ſpei est. Cedendum iam fortunae cenſeo, cui libentius, fateor, non cederem, ſed ineluctabilis et invicta est. Id unum cogitandum reſtat, Romanis victoribus qualiter ſatisfiat; idque ego non aliter, quam mei ipsius ſeu[4]) captivitate ſeu morte, fieri posſe[5]) ſentio. Ad utrumque ego etiam aequo animo paratus ſum, ſeu vivus ſeu occiſus in manus hoſtium venire. Placemus Caeſarem, quem ſuperare non posſumus, ad quem de hac re legatos mittendos[6]) cenſeo.
52 Facile approbat unuſquiſque, quod ſine periculo ſuo fit: ita publico de conſilio cum hac optione[7]) mittuntur ad Caeſarem legati. Ille vivum[8]) Vercingetorigem, quam mortuum, praeelegit. Ipsum ergo[9]), qui tot motus exciverat, et reliquos principes hoſtium ſolio ante caſtra reſidens ſuſcepit. Illud memorabile in rege[10]), quod, cum ad Caeſarem pervenisſet, proiectis inſignibus regiis[11]) armiſque et phaleris[12]) ante genua victoris notisſimam illam vocem edidit: Et habe[13]) haec[14]); inquit, fortem virum, vir fortisſime, viciſti.

1) tum (Lem. quum)
2) Deos omnes
3) egresſus — L. *aggresſus*. G.
4) *om.*
5) *om.*
6) mittendo — L. *mittendos*. G.
7) cod. oratione
8) unum — F. *vivum*. G.
9) cod. quoque
10) in rege memorabile
11) regibus — L. *regiis*. G.
12) cod. faleris
13) L. *En habe*. G.
14) *om.*

Et hoc quidem dictum hancque deditionem Florus, 53
brevis et comptus hiſtoricus, ad Gergoniam[1]) factam
dicit, ubi nil proſperum fuiſſe Romanis certiores lo-
quuntur hiſtoriae. Ad Alexiam igitur haec[2]) fuiſſe his
credendum, qui rebus interfuere. Arma praeterea et
captivos ſimul Caeſar[3]) accepit, quos omnes per exer-
citum, ſingula capita ſingulis militibus[4]), diviſit in
praedam, praeter Aeduos atque Alvernos: hos ſibi[5])
retinuit, ſi fortasſis eorum pretio recuperare populos
illos posſet; ſuccesſitque, quod intenderat. Nam pro-
fectus in Aeduos urbem ſine proelio recepit. Eo quo-
que ab Alvernis placata legatio ſub idem[6]) tempus ve-
nit ſuos in illius poteſtate futuros dicens. Ipse magno
obſidum numero[7]) imperato[8]), quo eos[9]) freno in
fide atque obedientia contineret, utrique genti capti-
vos ſuos ultro reſtituit; milia[10]) erant circiter viginti.
His geſtis exercitum, ne uni provinciae gravis esſet 54
utque omnibus, ſi qui[11]) emergerent, caſibus prom-
ptius e[12]) proximo ſubvenirent[13]), per idonea loca
diſperſit, duas ſcilicet legiones in Sequanos; his prae-
fecit Labienum, cui Marcum Sempronium Rutilium
dat collegam; totidem legiones in Remos, ne a Bello-
natis[14]) moleſtentur[15]); his Gaium[16]) Fabium et Mi-
nucium[17]) Baſilium legatos praeficit[18]); unam legio-
nem in Ambibareos[19]) ſub Gaio Antiſtio; unam in
Bituriges[20]) ſub Tito Sextio; unam in Ruthenos ſub

1) Gergomam — cod. Gorgoniam
2) haec novem *om.*
3) cod. *om.*
4) *om.*
5) ſi — L. *enim.* G. — Lem. *om.*
6) cod. id
7) numero obſidum
8) impetrato — L. *imperato.* G. (Lem. impetrato)
9) cod. eos in
10) multa — F. *milia.* G.
11) omnibus ſequi — L. (*o.*) *qui.* G. (Lem. ſi qui)
12) et
13) ſubveniret
14) Bellovacis
15) moleſtantur — L. *moleſtarentur.* G.
16) *Caium*, et ſtatim: *Caio Antiſtio* et post *Caio Caninio Rebilo.* G.
17) Minutium
18) praefecit
19) Ambibaricos — Apud Caeſ. legitur *Ambivaretos.* G.
20) cod. Biturges

Gaio Caninio [1]) Rebilo [2]); reliquas Cabillone ac Matiſtone [3]) ſub Quinto Tullio Cicerone, magni Ciceronis fratre, Publioque Sulpicio [4]) ſecus Ararim amnem [5]) ad rei ſcilicet frumentariae curam. Ipse [6]) autem Bibracte, de quo diximus, Aeduorum [7]) oppido, hibernavit. Hiſque per litteras ſenatui nunciatis dierum viginti ſupplicatio Romae fuit [8]).

CAPUT XVIIII.

Victor Caeſar non tam ipse per hiemem quieſcebat, quam honeſto labore feſſis [9]) militibus quietem dabat, nunquam animo otioſus [10]), ſemper in futurum providens [11]) et ventura praeteritis conferens adverſaſque omnia, quae caſu aliquo evenire posſent, quaſi praeſentia conſilio iam inſtructus [12]), ut vix unquam ſibi impraemeditatum [13]) aliquid [14]) accideret; quod etiam de morte eius quidam opinati ſunt, de quo ſuo dicemus loco. Et haec quidem ipse victor; victi autem Galli nec [15]) quieſcere poterant et impoſitum iugum ſuſtinere [16]) nolebant [17]) neque excutere valebant, indomitorum tamen ac fragilium more boum [18]) excutere nitebantur. Hinc per urbes ac populos et tractatus va-

1) cod. Camino
2) Rebibo
3) L. *Matiſcone.* G.
4) cod. ante corr. *Supplicio*
5) Ararum aprenem — F. *Ararim amnem.* G.
6) Ipsi — L. *Ipse.* G.
7) Hybernorum — F. *Rhemorum.* G.
8) fuit.
Hic incipit octavus Commentariorum liber quem fecit Iulius Celſus. ſeptem autem primos et uſque ad hunc pasſum fecit ipse Caeſar, quamvis hic auctor aliquot in locis contradicit et male Cicerone teſte et ipso Celſo in prologo ſuo. etc. Victor etc.
9) feſſus (Lem. feſſis)
10) cod. occiſus (inter *i* et *ſ* a m. ſ. *o*)
11) cod. prominens
12) intuitus
13) impedimentum
14) aliud — F. *aliquod.* G.
15) cod. ne
16) neque ſuſtinere
17) volebant
18) cod. bovum

rii [1]) et coniurationes, novarumque rerum undique ftudia [2]) refurgebant ac velut incipientium tempeftatum murmura longinquis e litoribus refonabant. Horum caufa motuum [3]) erat, quod Galli potentiam folam, quae utique magna erat [4]), non virtutem aut fortunam fuam metientes dicebant proque comperto habebant vel, fi copias fuas [5]) effudisfent, non posfe Romanos tot locis occurrere, vel, fi eas in unum contraxisfent, tantam [6]) fimul coactam farcinam tolerare. Quod ultimum praecipue quam prudenter opinarentur, proelia ifta novisfima docuisfe debuerant. Sed funt multi, qui nil [7]) eventurum cogitare didicerunt [8]), nifi, quod cupiunt evenire: fic indomitum fortunae caput fuo fubfternunt defiderio faepisfimeque falluntur. Ex eodem fonte funt, qui fua inter multos agitata confilia nunquam in notitiam hoftium [9]) ventura et, quia vulgari ea [10]) nolunt, nec vulgari quidem posfe confidunt. Hoc [11]) in praefens Bituriges [12]) pasfi funt. Siquidem 3
Caefar rebus apud Aeduos rite compofitis pridie Kalendas [13]) Ianuarias [14]), tempore haud fane exercitui [15]) ad iter opportuno, Bibracte digreditur edicitque militibus, ut villarum incendiis abftineant, ne aut exercitui [16]) pabulum defit, aut hoftes territi [17]) fpectaculo fefe in tutum [18]) eripiant: ita raptim in Biturigum fines, unde hoftilia nunciabantur [19]), irrumpit [20]). Praemisfi equites prius in agris otiofos fecurofque ruricolas deprehenderunt [21]), quam aut fugere aut, a quibus ca-

1) L. *tractus varios.* G. — Lem. tumultus varii — uterque male. *Tractatus* idem h. l. fignificat, quod XXI, 2. et 14. et XXIIII, 48. et Ep. rer. fen. L. XI. ep. 2. p. 882.
2) ftudia undique
3) mortuum — L. *motuum.* G.
4) haec octo cod. *om.*
5) fuas copias
6) tantum (Lem. tantam)
7) nihil
8) didicerint
9) hoftium notitiam
10) et quod ea vulgari
11) haec
12) cod. Biturges
13) cod. Kl.
14) Ianuarii
15) aut fane exercitum — F. *haud fane exercitui.* G.
16) ut exercitum — F. *aut exercitui.* G.
17) cod. ante corr. *territo*
18) intutum — L. *in tutum.* G.
19) nuntiantur
20) erumpit, ut
21) Lem. deprehenderent

4 perentur, advertere potuisſent. Sic multis hominum milibus captis reliqui Bituriges[1]) per vicinas urbes ſalutem ſibi hoſpitum indulgentia et privata fide aut publica conſiliorum participatione quaerebant, ſed nequicquam; celeritate enim illa ſua ubique Caeſar erat, qua[2]) et amicos ſervabat et dubios in fide firmabat et hoſtes terrebat atque turbabat neque ulli populo vacuum ſinebat de aliena prius, quam de ſua, ſalute curam gerere. Excluſi undique Bituriges[3]) ad[4]) ſemper promptam ac patentem omnibus miſericordiam Caeſaris redicre datiſque obſidibus ſunt recepti non ad impunitatem modo, ſed ad gratiam, ita ut[5]), cum iam digresſus legatos eorum recepisſet opem poſcentes adverſus Carnutes[6]), qui eos proeliis lacesſebant[7]), non tantum miſerit auxilium, ſed tulerit eoque cum copia-
5 rum parte perrexerit[8]). Qua[9]) ditata praedis ingentibus, cum Carnutes difficultatum ad extrema redegisſet, pro parte anni[10]) adverſa ſatis actum ratus hoſtium diſtraxisſe conventus[11]), ne quod[12]) ex hiberni conſilii ſeminibus bellum gravius vere renaſceretur[13]), abſcesſit, dum ecce Remorum legatio querentium Bellonatos[14]), inter omnes Gallos bello claros, exercitum comparare, ut Suesſionem, ſuam urbem, invaderent; duces esſe Comium Atrebatem, amicum quondam Caeſaris, Corbeumque[15]) Bellonatum, cui maxime ab omnibus pareatur, quod ei ante omnes Romanum nomen
6 odio esſet ingenti. Non cenſuit Caeſar expediens neque honeſtum ſocios bene meritos in tanta neceſſitate deſerere. Itaque hieme media nec ſibi parcens nec militibus cum quatuor legionibus eo profectus poſitis caſtris cognitiſque hoſtium conſiliis comperit nullum ſe-

1) cod. Biturges
2) quae
3) cod. Biturges
4) al — L. *ad*. G.
5) cod. *om.*
6) cf. ad XVI, 4.
7) lacesſisſe dicebant — Lem. lacesſisſe dicebantur
8) cod. perrexit
9) quae (Lem. qua)
10) animi — F. *anni*. G.
11) contentus (Lem. conventus)
12) quid
13) naſceretur
14) Bellovacos — et ita in ſeqq.
15) *Correumque*. ſic Caeſar. G.

re praeter rusticos in aedificiis inveniri, demigrasse
omnes Bellonatos armis idoneos et cum eis aliarum
quinque populos civitatum, alto uno omnes in loco
et paludibus septo castra [1]) metatos consedisse Caesaris
expectantes adventum, ut, si cum paucis, hoc est, cum
tribus, ut fama erat, legionibus veniret, proelio decer-
nerent, si cum multis, loci se difficultate defenderent
et inopia pabuli ac frumenti et asperrima parte anni,
quae pro eis omnia adversus [2]) Caesarem militarent.
Quae ille audiens sat matura et minime barbarica consi- 7
lia iudicavit, in id maxime intentus, ut manum [3]) ho-
stes spreta suorum paucitate consererent, fidens secum
paucos quidem numero, sed expertos bellis spectatae-
que virtutis, viros esse, quos nulla multitudo hostium,
nulla vis frangeret. Itaque convocatis militibus et pa-
tefacto hostium consilio hortatur suos, ut et more so-
lito fortiter se habeant et globatim prodeant, quo pau-
citatis opinio hostibus augeatur. Ipse tres in fronte
legiones, quanto quivit arctius [4]), impedimenta in me-
dio, legionem unam in fine constituit; neque tamen
hoc commento hostes elicuit. Etsi enim illos ad proe-
lium paucitas hortaretur, subitus tamen dehortabatur
adventus, qui, ut erat, ingentis plenus fiduciae vide-
batur [5]): loco sese altiore continuerunt. Caesar castra 8
hostibus, quantum [6]) potuit viciniora, communit [7])
vallo supra communem modum ac turribus crebris et
validis. Id duplici fiebat ex causa, ut et hostibus fi-
ducia opinioque [8]) Romanorum metus accresceret et,
cum legiones pabulatum longius proficiscerentur, pau-
ci possent de se fortia claustra defendere. In medio
utrorumque [9]) castrorum his atque illis nunc [10]) urgen-

1) cepto castrum — cod. priorem *s* int. vers. a m. s. habet. — F. *septo castra*. G.
2) contra
3) manus
4) cod. arcius
5) cod. *om.*
6) *om.*
7) committunt — cod. communuit — F. *posuit viciniora: communiit vallo*. G.
8) *opinione* Davis. ad Hirt. VIII, 10. Oud. ms.
9) utrumque — L. *utrorumque*. G.
10) *om.*

tibus nunc cedentibus [1]) ſaepe levibus proeliis certabatur, et ſaepe Romani pabulatores locis longe lateque diſtantibus, quo eos ſua quemque necesſitas urgebat, unus alterque deprehendebantur. Quod etſi nonnullius damni esſet [2]), aequo tamen id animo ferebat Caeſar, barbarorum ſpes inanes[3]) parviſque ſuccesſibus ine-
9 ſcandas [4]) ſperans. Auxilium accedebat [5]) Germanorum equitum per eos dies a [6]) Comio Atrebate [7]) deductorum, qui, etſi pauci esſent, nempe non plures quingentis, auxerant tamen ſpes Gallorum. His etiam illud additum: nam Remorum equites, dum avidius hoſtibus inſultant [8]) et [9]) in inſidias lapsi, praefectum equitatus et principem civitatis amiſerant, Vertiſtum nomine, virum grandaevum, ſed peritum belli, qui Gallorum more delectus laborioſo[10]) officio ne uti quidem iuſta aetatis excuſatione conſenſerat[11]). Creverant hoſtibus animi hoc eventu. Sed, quae facile creſcunt,
10 cito occidunt. Paulo post Germanorum, qui ſub Caeſare erant, aliquot equitum incurſu primum quidem loco moti, mox in fugam verſi reſiſtendi[12]) conſtantiam amiſere, nil deinceps auſi, niſi per inſidias; hiſque ipsis infeliciter uſi et eorum fraude Romana virtute ſuperata equitum peditumque multis milibus amisſis ipso cum duce, implacabili illo Romanorum hoſte Corbeo, qui nullo periculo induci[13]) quivit, ut fugeret, nullis[14]) victorum hortatibus, nulla ſpe veniae oblata flecti quivit, ut ſe dederet: pugnans mori maluit: fracti ac deiecti animis, cum adesſe Caeſarem audirent, clan-

1) haec duo *om.*
2) cod. esſe
3) manes — F. *magnis.* G. — *inanes* Daviſ. ibid. Oud. mſ. — inanibus Lem.
4) ineſtandas — L. *ineſcandas.* G. — *incitandas* idem. Oud. mſ.
5) Accedebat auxilium
6) cod. *om.*
7) cod. Attrebate
8) ſuſultant — L. *ſubſultant* vel *inſultant.* G. (inſ. Lem.)
9) *om.* — et facillime eo careamus; ſed tamen, quum *dum inſultant* idem valeat, quod *inſultantes*, codicem non deferendum puto.
10) laburioſu deletus — L. *delectus* (*l.*). G.
11) F. *poterat.* G. — Male; neque ſecutus est Lem.
12) reſiſtendu — L. *reſiſtendi.* G.
13) moveri
14) nullus — L. *nullis.* G.

gore tubarum velut ad concilium [1]) congregati unanimi
clamore diſſiniunt mittendos ad eum obſides ac lega-
tos notamque ad miſericordiam convolandum. Nullus 11
ab hoc conſilio disſenſit praeter unum Comium, qui
metu digni ſupplicii fuga deditionem declinavit atque
ad Germanos ſe contulit, unde equitatum [2]) nuper ad-
duxerat. Legati, cum ad Caeſarem venisſent, ad ge-
nua provoluti verba in hanc fecere [3]) ſententiam: Par-
ce, Caeſar, parce neque [4]) propter degeneres actus no-
ſtros tuam nobilisſimam corrumpe naturam. Niſi pec-
carent homines, ſegnis esſet et otioſa clementia, quae
non minus tuum nomen, quam omnes bellicae laudes
omneſque victoriae, clarum fecit. Da veniam noſtris 12
erroribus [5]) eoque ſupplicio contentus eſto, quod ipſi
nobis intulimus, quod tu [6]) nunquam, ſi te bene [7])
novimus, intulisſes. Peccavimus, non negamus, ſed
peccati noſtri gravisſimas poenas damus. Amiſimus opes
noſtras et vetuſtam gloriam, et vires [8]) et viros ami-
ſimus. Nihil nobis est reliqui praeter tuam miſericor-
diam. De illo ſolo ſperamus, quem offendimus. Hoc
tantis in malis boni est, quod ſimul et Corbeus, omnis
mali auctor, occubuit, quo ſoſpite nunquam [9]) nobis
reſipiſcere licuisſet. Ille plebem miſeram, quocunque
voluerat [10]), concitabat; plus ille unus, quam ſenatus
noſter, quam principes [11]), poſtremo quam tota civitas,
poterat. Gaudemus periisſe, dum ille perierit. Ad 13
haec Caeſar [12]): Et anno altero primi furentium [13]), ul-
timi reſipiſcentium fuiſtis et nunc nulla noſtra [14]) cul-
pa nobis bellum [15]) intuliſtis. Sed enim fecit haec Cor-
beus ſolus, nullum in aliis crimen fuit [16]). Libet id
quidem opinari; ſcio tamen, quam accuſare mortuos

1) conſilium
2) equitum — F. *equitatum*. G.
3) fixere — L. *fecere*. G.
4) non
5) erroribus noſtris
6) cod. *om.*
7) bene te
8) matres
9) unquam — L. *nunquam*. G.
10) libuerat
11) princeps — L. *principes*. G.
12) Et Caeſar ad haec
13) cod. furentum
14) cod. veſtra
15) bellum nobis
16) est

nec reſponſuros leve est. Sed nunquam tantum unus
in populo potest, quin plus poſſit univerſa nobilitas,
ſi ad ſalutem publicam bona ſide concordet. Ego au-
tem non omittam morem meum in vobis: parcam vel
indignis, non quid vos deceat, aſpiciens, ſed quid me.
Vos peccaſtis et vos vobis peccati [1]) poenam irrogaſtis,
14 qua contentus aliam non imponam. Datis obſidibus
pax convenit. Secutae exemplum urbes reliquae, quae
cum illis coniuraverant, et petentes ſimilem clementiam
invenerunt. Iam quod [2]) ad publicos attinebat motus,
compreſſa et pacata omnia videbantur praeter Treve-
ros [3]), nunquam niſi per vim imperata facturos. Eo
Labienum cum duabus legionibus dirigendum ſtatuit.
Supererant [4]) tamen, ut ex magnis aegritudinibus ſo-
lent dolores aliqui membrorum, ſic ex gravibus bellis
privatorum hominum ſingulares motus ex hac aut illa
urbe migrantium ſedemque [5]) mutantium nullam aliam
ob cauſam, quam ut Romanum imperium detrectarent,
cui nec obſtare poterant nec ſubici [6]) dignabantur [7]): fugae
15 remedium inter difficultates elegerant. Hos motus ne-
que comprimi magno opus apparatu, neque omnino
negligi conſilium erat; quamobrem dividere legiones
ſub legatis per extrema Galliarum ſtatuit, quibus et
fugam rebellium et iniurias ſidelium inhiberet. Quo
facto ipse quidem ad vaſtandos ſui antiqui hoſtis Am-
biorigis, Eburonum regis, fines proficiſcitur, quem ne-
que armis vincere ſemper proelio abſtinentem neque
curſu asſequi ſaepe fuga praecipiti ſibi elapsum ſpe-
rans [8]) extimabat vaſtitate ſinium ac damnis [9]) ſic invi-
ſum patriae ſuae facere, ut conſenſu civium belli au-
ctor perpetuo plecteretur exilio et ipse interim vel ami-
16 cis opem vel hoſtibus peſtem aliquam importaret. Co-

1) *om.*
2) cod. quae
3) ita h. l. ed.
4) Superant — L. *Supererant.* G.
5) ſedeſque
6) ſubilci
7) dignantur — F. *dignabantur.* G.
8) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
9) damnum — L. *damno eum.* G. — damno Lem.

piis uſquequaque [1]) diffuſis utrumque votive accidit;
nam et fines Ambiorigis multis captis caeſiſque mor-
talibus ferro atque igne vaſtavit et per legatos interea
amicis ſubvenit egentibus, nominatim Pictonum in fi-
nibus Andio [2]) Duratio [3]), populi Romani amico ſtabi-
li ſemper ac fido, qui tunc temporis ad Limonem ob-
ſidebatur ab Adunaco [4]), qui ad famam adventantis
auxilii Romani in fugam verſus atque inter fugiendum
proelio victus ac ſarcinis omnibus ſpoliatus vix evaſit:
Duratius [5]) obſidione liberatus est [6]). Multae per id 17
tempus urbes in poteſtatem populi Romani redactae
et in fidem receptae ſunt, in quibus fuere Carnutes [7]),
qui fere ſemper catenus obſtinati in rebellione perman-
ſerant, quorum exemplo motae urbes aliae Galliarum
oceanum accolentes, quae dicebantur Armoricae, ſpon-
te Romano iugo colla ſubiciunt [8]), quae omnia per
Gaium Fabium geſta ſunt. At Gaius Caninius [9]) Drap- 18
petem [10]) Senonem et Lucterium Cadurcum, audaciſſi-
mos nocentiſſimoſque homines, qui adunata ſervorum
exulumque [11]) ac latronum manu et Romanos commea-
tus turbare et late latrocinari ſoliti erant, ſic in finibus
Cadurcorum obſedit primum, dehinc autem [12]) frumen-
tis [13]) Verſellodunum [14]) (id oppido, ubi [15]) obſidebantur,
erat nomen) comportandis intentos aggreſſus Lucterium
ſeorſum ita acie contudit, ut vix eo cum pauciſſimis
fugiente ſui ad unum omnes caederentur, neque [16]) enim

1) uſquam — F. *itaque.* G.
2) Dele *Andio.* G.
3) Duracio
4) Addimuco — L. *Andio Dumnaco.* Sic apud Caeſarem legitur. G.
5) Duracius
6) *om.*
7) cod. Carmites — et ita in ſeqq. nunc clarius nunc obſcurius.
8) ſubiiciunt
9) Caninus (Lem. Cauinius)
10) Drappentem — *Drapetem et Luterium* est in Caeſaris libris. G.
11) exiliumque — L. *exulumque.* G.
12) cod. obſedit, primum autem dehinc
13) *om.*
14) Verſelledunum — cod. Verſelodonum — L. *Uxellodunum.* G.
15) om. — L. (*id oppido, quo obſidebantur, erat nomen*) *comportandis frumentis intentos.* G.
16) caederentur. neque — nec aliter diſtinctam orationem exhibet cod. Quae, licet ſic quoque intelligi poſſit, aliter tamen diſtinguenda viſa est conſideranti locum

quemquam fceleftorum furum Romani milites vivum capere dignarentur. Tanta denique ftrages fuit, ut ne unus quidem fuperesfet, qui rei nuncius ad Drappetem[1]) iret, qui, ut puto, rerum nefcius in caftris agens et fortasfe focium expectans fubito hoftium incurfu[2]) pari ftrage deletus est. Hoc interfuit, quod alter fuis pereuntibus abierat, hic in manus hoftium vivus venit paucifque post diebus feu dolore captivitatis et fortunae fuae odio[3]) feu metu fupplicii gravioris fpontanea

19 cibi inedia vitam finivit. His feliciter fortiterque per legatos geftis Caefar relicto in Bellonatis Marco Antonio cum praefidio, ne quid novi tumultus oriretur, per fe ipsum urbes alias invifit evocatifque[4]) ad concionem populis oratione miti ac magnifica, qua in re principes omnium feculorum vicit et praeftantisfimos oratores aequavit, multa undique perturbata compofuit. Nam et amicos hilaravit[5]) et hoftes placavit et dubios firmavit et[6]) deiectos erexit[7]) et moeftos ac

20 pavidos confolatus est. Inter ceteros populos cum[8]) Carnutes adiisfet[9]), unde, ut diximus, inulta[10]) rebellio orta erat, cogitans eos plus ceteris omnibus propter offenfae confcientiam formidare mox, ut urbem attigit, coniurationis auctorem Gutuarium[11]) depopofcit. Is vulgato more hominum, qui libenter commune omnium periculum unius in caput vertunt, quaefitus a populo diligenter et inventus cum ad eum esfet adductus[12]), vim naturae fuae Caefar attulit, utque

XXVI, 20. quo *enim* infolentius etiam, quam hoc, conftructum est perinde ac fi esfet *nimirum* feu *videlicet*, tum Ep. rer. fen. L. X. ep. 4. p. 874: fic et ego enim meo domeftico in dolore nuper egi. et ib. p. 877: quae dicitur longa enim, veraciter nulla est (fc. vita). maxime autem Vir. Ill. MS. Vratisl. Acad. fol. 5. p. 2: Nempe ut divifus enim huc illuc proditoris animus fuerat, fic quadrigis in diverfum actis difcerpi corpus iubet.

1) Drapentem — cod. Drapetem
2) cod. curfu
3) feu odio (pro *fuae odio*) — L. (*feu*) *taedio*. G.
4) cod. vocatifque
5) illaravit — L. *hilaravit*. G.
6) *om.*
7) eripit — F. *erexit*. G.
8) cod. et
9) in cod. *isfe* deletum est.
10) multa — nec aliter cod.
11) Gutturarium — *Gutturavum* est in Caefare. G.
12) adductus esfet

unius ſupplicio metu omnes abſolveret, illum, a quo
damna et mala omnia exercitui illata omnium una vo-
ce conſtabat, militum odio permiſit et ſecuri percuti
paſſus est. Caeſari apud Carnutes agenti litterae red- 21
duntur a Caninio [1]) legato de ſtrage hoſtium Lucterii-
que fuga et captivitate Drappetis, inſuper et de [2]) op-
pidanorum immutabili propoſito, qui nec ducum even-
tu nec exercitus flecterentur. Quae res, etſi admodum
parva, animum ducis movit, ne ſcilicet unum oppidum
multis urbibus argumentum eſſet, non ſibi ſuperiori-
bus bellis ad defenſionem libertatis tam potentiam,
quam conſtantiam, defuiſſe et potuiſſe urbes teneri,
cum [3]) oppida tenerentur. Hanc opinionem extirpan-
dam, ne quando [4]) forte novandarum rerum eſſe poſ-
ſet occaſio, et obſeſſorum pertinaciam penitus confrin-
gendam cenſuit [5]). Itaque, cum ſic oppidum ab omni 22
parte circumdatum eſſet, ut nil operibus addi poſſet,
et obſeſſis rerum copiam omnium eſſe ſentiret, aquam
eis auferre tentavit et flumen inprimis [6]), quod prae-
terfluit ad radicem montis, avertere. Cumque id na-
tura rerum obſtante nequiviſſet, at [7]) hoſtes uſu ſaltem
fluminis prohibere niſus [8]) erat poſitiſque ad unam ri-
pam ſagittariis alterius aditum praecluſerat. Erat au- 23
tem fons vivus et [9]) abundans haud procul a muris
oppidi: is auferri nullo modo poſſe videbatur, quod [10])
propter [11]) loci iniquitatem periculoſa eſſet pugna Ro-
manis. Labore tamen [12]) ingenti et indeſinenti certami-
ne effecit, ut ad fontem telis venientibus periculoſa ho-
ſtibus et difficilis eſſet aquatio, unde non tantum pe-
cora, ſed homines plurimos ſitis extinxerat. Neque

1) Cannio — cod. Canino
2) cod. *om.*
3) cod. et
4) qua
5) Nonnulla hic deeſſe ſuſpicor, cum de adventu Caeſaris Uxellodunum nihil dicat. G. Suſpicione inani ductus Graevius ſtellulas poſuit, quem ſecutus est Lem.
6) *om.*
7) cod. ac
8) cod. nixus
9) cod. ac
10) quum
11) praeter
12) cod. cum

tamen vel minimum propoſito movebantur, ſed, ut pe-
riculum periculo propulſarent[1]), ſevo et pice arden-
tibus et apte inſtructis ignem in opera Romana iacta-
bant atque ita multis exuſtis ſitim ſuam alieno incen-
24 dio vindicabant. Ibi vero et contra flammas et contra
tela et contra ipſam loci difficultatem a Romanis acer-
rime decertatum eſt, eoque ardentius, quo altiore in
loco dimicabatur, ut cuiuſque virtus et ignavia ab im-
peratore totoque conſpiceretur exercitu. Quia[2]) ta-
men[3]) difficillima res erat et multi ex Romanis aſſi-
due vulnerabantur, excogitavit aliam viam Caeſar et
obmiſſo[4]) certamine impari ac damnoſo cuniculis ſub
terram actis ad ipſius iam fontis venas penetrando per-
venerat[5]), quibus praeciſis atque aliorſum derivatis ſu-
bito fons ſiccatus eſt. Quae res intrinſecis tantum do-
loris attulit ac ſtuporis, ut non humanum opus cre-
derent[6]), ſed divinum et, quaſi Romani in bello diis
auxiliaribus uterentur, territi deſiſterent ab incepto at-
que ultima vi cogente ſe traderent ad omne victoris
25 arbitrium. Senſerat pridem Caeſar ad res gerendas
ſuam ſibi obſtare clementiam provideratque[7]) animo
nullum finem rerum fore, ſi omnibus aeque pius omnes
ad rebellandum ſpe miſericordiae incitaret. Sed invitus
contra ſuam naturam[8]) contraque ſuum morem quic-
quam durius cogitabat. Ex diverſo autem ſuam manſue-
tudinem ſic notam omnibus confidebat, ut minime verere-
tur, ſi quid egiſſet[9]) aſperius[10]), ne quis[11]) ſeveritate
actum et non potius neceſſitate iudicaret[12]). Hac fiducia
et exempli cauſa inductus in omnes, qui illo in oppido
contra eum arma geſtaverant, inſuetum ſibi ſupplicii genus
exercuit, quibus ad terrorem ceterorum praeciſis ma-

1) pulſaretur
2) quod
3) cod. tam
4) omiſſo
5) perveniat — L. *pervenit.* G.
6) crederetur
7) quo
8) *om.* — Adde *naturam.* G.
9) *om.*
10) Adde *feciſſet, ne id.* G. — Lem. feciſſet, ne quid
11) quid
12) F. *iudicaretur.* G.

nibus vitam dedit. Per hos ipſos dies Labienus eque- 26
ſtri proelio Treveros [1]) vicit multoſque horum [2]) ac
Germanorum, qui eis tulerant [3]) (tuliſſentque omnibus
contra Romanos) auxilium, interfecit, multos ex prin-
cipibus vivos cepit; et Lucterius [4]) Cadurcus, quem vi-
ctum a Caninio [5]) profugiſſe [6]) memoravi, cum cre-
berrime mutaret hoſpitia, ut qui ſibi male conſcius
nuſquam tutum ſe putaret, et ſic vagus forte in ma-
nus veniſſet Erpasnacti [7]) Alverni, qui inter tot patriae
ſuae motus ſemper amicitiam populi Romani uno fi-
dei tenore ſervaverat, per eum vinctus ad Caeſarem est
perductus. Rebus undique [8]) ad vota [9]) fluentibus Cae- 27
ſar omni Gallia perdomita ſuum credidit Aquitaniam [10]),
licet per legatos victam, per ſe adire ibidemque agere,
quod [11]) ſupereſſet aeſtatis. Eo igitur profectus omnes
illas terras incertum utrum maiori felicitate an celeri-
tate compoſuit, cum certatim omnes primo eius adven-
tu et obſides ad eum mitterent et legatos, eligentes be-
nivolentiam tanti viri potius, quam potentiam, experi-
ri. Inde Narbonam [12]) adiit diviſiſque legionibus per
hiberna ſic, ut nulla pars Galliae praeſidiis vacua eſ-
ſet, ipſe cognitis inter eundum cauſis populorum, ad
quod nemo aptior, nemo facilior fuit [13]), cognitis et
meritis ſingulorum et pro varietate meritorum poenis
aut praemiis aſſignatis iter flexit in Belgas ibique [14])
proximam hiemem egit corpore forſan [15]) otioſior,
quam aeſtate [16]), ſed non animo. Et quamquam prae- 28
teritas per hiemes ad ſequentium ſemper aeſtatum bel-
la ſollicitus [17]) fuiſſet, nunc una illi cura erat omne
belli ſemen extinguere, nihil armis, ſed omnia mitibus

1) ita h. l. ed.
2) eorum
3) cod. qui ei abſtullerant
4) cod. Lutterius
5) Cannio — cod. Canino
6) cod. fuiſſe (deleta ſyllaba *pro*)
7) cod. Herpasſiati
8) itaque
9) votum
10) cod. Equitaniam
11) quid
12) cod. Nerbonam
13) fuit facilior
14) ibi
15) cod. forſam
16) aetate (Lem. aeſtate)
17) cod. ſemper ſollicitus

actibus [1]), dulcibus verbis agere, amicos veteres ſervare, novos quaerere, nulli malum facere, bona omnibus, nil novi oneris [2]) imponere, multum [3]) veteris [4]) vel minuere vel auferre, denique modis omnibus curare, ut diſcedens pacatam relinqueret regionem et ceſſante bello ad triumphum rediens victorem exercitum reduceret, quod ſibi contingere bello durante non poterat; effecitque ſperato quoque facilius, quod optabat [5]). Nam et ipse ad talia ſemper omnium efficaciſſimus nec bello, quam affabilitate, nec metu, quam conciliatu hominum, maior et feſſa bellis Gallia appetentiſſima pacis erat, eoque [6]) magis, quo et dux, ſemper [7]) natura mitis, nunc mitiſſimus et parendi melioribus conditio, ſemper tolerabilis, nunc optabilis ac
29 libertate anxia [8]) melior [9]) videbatur. Ipse quidem hibernis exactis apud Belgas iam praeſagiens civile bellum in Italiam venit, ut omnes urbes et famoſa oppida ciſalpinae Galliae circumeundo populorum gratiam ſibi conciliaret, a quibus omnibus plus quam humano cultu ac veneratione ſuſceptus rurſus tranſalpinam in Galliam remeavit ad exercitum ſuſpenſus animo atque expectans, quid de ſe ſenatus et res publica [10]) decre-
30 viſſet. Hi ſunt quidem multorum annorum Caeſaris labores in Gallia, hae [11]) difficultates, haec pericula, uni magno imperio, nedum uni viro, multa ſatis et gravia, quorum ſummam complexus est Suetonius Tranquillus his verbis, quae inſerere iuvat propter eximiam brevitatem. Geſſit, inquit [12]), novem annis, quibus in imperio fuit, haec fere: omnem Galliam, quae a ſaltu Pyrenaeo [13]) Alpibuſque et monte Gebenna

1) actis
2) operis — L. *oneris*. G.
3) multis
4) L. *vetera*. G.
5) haec ſex (effecitque etc.) cod. *om.*
6) eo quoque
7) cod. *om.*
8) F. *potior*. G. (Lem. anxia potior)
9) *om.*
10) cod. populi
11) cod. hee
12) inquam — L. *inquit*. G.
13) Pireno — cod. Pireneo — Lem. Pirenaeo (III, 9 idem Lem. *Pyrenen* dedit)

fluminibus Rheno ac Rhodano continetur patetque circuitu ad bis et trecies[1]) centena[2]) milia passuum, praeter socias ac bene meritas civitates in provinciae formam[3]) redegit eique in singulos annos stipendii nomen[4]) imposuit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum[5]) fabricato ponte[6]) aggressus maximis affecit cladibus. Aggressus et Britannos, ignotos antea, superatisque pecunias et obsides imperavit. Et haec ille, quae nos latius in historiae formam nostro more digessimus.

CAPUT XX.

Et arma quidem Iulii Caesaris clara hactenus, gloriosa, magnifica. Etsi enim in nonnullis actibus modus fortassis excederetur, quem in multitudine actuum, praecipue bellicorum, ad unguem servare difficile est[7]), etsi Suetonii, quem proxime[8]) nominavi, de ipso loquentis ista sententia sit, siquidem[9]) Nec deinde[10]), ait, ulla belli[11]) occasione[12]) iniusti quidem[13]) ac periculosi abstinuit, tam foederatis, quam infestis ac feris gentibus ultro lacessitis, et constet[14]) gloriosum utique[15]) nihil esse, quod iniustum[16]) sit, quamvis haec, inquam, ita sint et possit forsan[17]) unus alterque actus argui, summa tamen irreprehensibilis videri potest:

1) cod. tercies
2) centum
3) cod. fortunam
4) L. *stipendii nomine quadringenties.* G.
5) Romano — F. *Romanorum.* G.
6) ponte fabricato
7) *om.*
8) proximo
9) cod. si quis
10) dictum — F. *deinde.* G.
11) belli ulla
12) actione — L. *occasione, ne iniusti quidem.* G.
13) *om.*
14) Ac constat (Lem. ac constet)
15) utique gloriosum
16) multum — F. *iniustum.* G.
17) cod. forsfum

pugnare pro patria[1]) et ſuum et ſui imperii[2]) no-
men crebris ac maximis ornare victoriis et Romana
2 virtute furorem compeſcuiſſe barbaricum. Itaque ge-
neroſis conatibus affuit fortuna, ut[3]) rebus ſupra ſpem
ſupraque fidem proſpere ſuccedentibus idem ille ſe-
natus, qui legatos ad explorandum ſtatum Gallia-
rum mittendos aliquando decreverat, et illi ipsi,
qui dedendum hoſtibus cenſuerant[4]), gravi prorſus
et odioſa ſententia, admiratione rerum gloriae tan-
dem ſuae faverint[5]); eique plures et plurium die-
rum ſupplicationes, quam ulli unquam, decrevere, ut
et hiſtoricus idem ait et ex praemiſſis apparuit[6]).
3 Deinceps eadem arma impia et iniuſta et in viſcera pa-
triae miſerabili alternatione conversa. Quamvis enim
et his magna[7]) non deſit excuſatio, vere tamen nulla
ſufficiens cauſa est contra patriam arma moventibus;
de quibus[8]) iam hinc agere aggrediar. Dictum est
quidem[9]) multis in locis et dicendum pluribus[10]):
nulla unquam magna gloria ſine magna fuit invidia;
ut memorabile ſit, quod fertur Socratis conſilium,
qui quaerenti Alcibiadi, qualiter invidiam vitaret, vive,
4 inquit, ut Terſites. Sic est hercle. Si vixiſſet domi
Caeſar otioſus voluptatique[11]) ac[12]) ſomno incubuiſſet,
haud dubie hoſtibus et invidia caruiſſet. Sed cum
Galliam domuiſſet Romanumque illam iugum ferre
coëgiſſet, vectigalia populi in[13]) immenſum auxiſſet,
Germanos, ut est dictum, maximis cladibus affeciſſet[14])
(quos tamen vincendo ac vaſtando ita ſibi virtutis ad-
miratione devinxit[15]), ut uſque in praeſentem diem[16])

1) Pugnare, propriam — Graevius ſtellulam praeposuit — Lem. pugnare, proprium
2) imperii ſui
3) et
4) cod. conſueverant
5) ſaverunt
6) aperuit — L. *apparuit*. G.
7) cod. Quamvix etenim magna hic
8) quibusdam — F. *quibus*. G.
9) *om.*
10) cod. prelibet
11) voluptati — cod. *que* int. verſ. a m. ſ.
12) et
13) Romani
14) cladibus affeciſſet maximis
15) devinxerit
16) cod. *om.*

gubernatores imperii, quod ad eos ideo, vereor, de-
fcendit, ut rueret, non alio, quam Caefaris, nomine
vocitent vulgari etiam [1]) in fermone) cum et Britan-
nos fimiliter fubiugasfet [2]) Rhenumque, ne amplius
imperii [3]) limes esfet, atque ipsum etiam docuisfet [4])
oceanum, multa et magno agendo atque audendo
multorum et magnatum [5]) in invidiam incidit. O mor-
talium femper laboriofa conditio femperque [6]) difpo-
fita vel coutemptui vel invidiae fubiacere. Erant Ro- 5
mae multi viri ingentes, quorum quifque fibi animo [7])
primum locum gloriae vindicaret [8]), inter quos [9])
unus [10]) ante alios maguus nomine, re autem maxi-
mus vir [11]), Pompeius, cui Caefar, ut amicum illum
fibi faceret, filiam Iuliam optimam et viri amantisfi-
mam matrimonio [12]) collocarat [13]). Sed ad odium pro-
nas mentes ad amandum [14]) detorquere difficile. Valere
tamen poterat ad publicam pacem, fi aut ipsa vixisfet
aut conceptum filium [15]) fubita confternatione non effu-
disfet abortivum [16]). Iunxit et alio nexu fibi Pompe-
ium Caefar, priufquam iret in Gallias, et, ut glutino
ftabiliore confifterent, Marcum Crasfum ipsi Pompeio,
a quo veteri odio disfidebat, reconciliavit, ut tribus
potentisfimis nullo contraire [17]) aufo Romana res pu-
blica et per confequens totus orbis obfequeretur [18]).
Haud [19]) fane commentum rude vel infulfum [20]); fed 6
fortuna more fuo rotans res humanas omnia ad unum
devolvebat. Et Pompeii quidem auxilio primum Gal-
liam atque Illyricum provinciam adeptus [21]) mox, cum

1) *om.*
2) coniugasfet
3) *om.*
4) L. *domuisfet.* G. Minime: docuerat Rheuum et oceanum, non amplius limitem esfe.
5) maguorum
6) femper
7) *om.*
8) vendicaret — cod. indicaret
9) imo — et ita videtur in cod. ante corr. fuisse.
10) *om.* — cod. in m. a m. pr. habet.
11) *om.*
12) *om.*
13) collocavit
14) amicitiam
15) *om.*
16) abortum
17) coutrario
18) cod. coufequeretur
19) aut — L. *haud.* G.
20) infulfisfimum — F. *infulfum fuit.* G. — infulfislimum Lem.
21) cod. *cefar* a m. f. fup.

L. Domitius, conſularis candidatus, minaretur, ſi ad
conſulatum perveniret, et inquiſiturum contra eum et
ſibi [1]) exercitus ademturum, ipſius quoque Pompeii
ſimul et Marci Craſſi opera et adverſarium a conſu-
latu repulit [2]) et obtinuit ſibi imperium in quinquen-
nium prorogari. Quibus obtentis eo ſiduciae est eve-
ctus, ut iam nihil ſibi credens impoſſibile et legiones
novas auctoritate ſua ſcriberet et nihil, quod ei in
7 animum veniſſet [3]), aggredi vereretur. Quibus rebus
ego culpa Caeſarem non abſolvo. Fecit quaedam [4]), non
inficior, quibus liberam, imo dominam gentium civita-
tem in ſtuporem primo, post [5]) in iram verteret. Forum
permaximae impenſae [6]) coepit extruere [7]) e manubiis,
quae non ſui [8]) erant, ſed populi Romani. Diſcipli-
nam militarem, publice ſolitam doceri, ad ſe reduxit,
ut privatim ſuo doceretur arbitrio; quod etſi [9]) for-
taſſis ſibi ſuo iure licuerit, ut qui parem [10]) in eius rei
peritia non [11]) haberet, fuit tamen contra mores atque
inſtituta maiorum, quorum ſemper obſervantiſſimi fue-
runt [12]) Romani. Legionibus in omne tempus ſtipen-
dium duplicavit; quod quidem etſi exercitui gratiſſi-
mum fuerit eumque militibus cariſſimum fecerit, ſic
ut carior nemo unquam alius, ſumptuoſiſſimum tamen
rei publicae fuiſſe non ambigitur. Et haec quidem
8 inter ſuos. Apud exteros [13]) vero reges genteſque prae-
ter licentiam ſenatus ac populi miras exercuit liberalita-
tes [14]) non ut dux populi Romani, ſed ut dominus
aut rex, neque ſolum in Italia Galliiſque et Hiſpa-
niis [15]), ſed in Aſia etiam et Graecia, et dona ingen-

1) cod. *ceſari* a m. ſ. ſup.
2) cod. *ceſar* a m. ſ. ſup.
3) cod. eveniſſet
4) quidem
5) cod. poſtea (-*ea* e corr.)
6) per maxime impenſe — L. *permaximae impenſae*. G.
7) cod. eſtruere
8) cod. ſua (-*a* e corr.) — L. *ſuae*. G. — ſua Lem. (ita enim in ed. Lond. Graevius legi iubet.)
9) et
10) partem Lem. (ut in ed. Lond. typothetae vitio legitur.)
11) nou parvam Lem.
12) fuerant
13) cod. heſternos
14) libertates
15) Hiſpanis (Lem. Hiſpaniis)

tia[1]) et auxilia eis miſit et eorum urbes praeclaris
operibus adornavit. Quae[2]) omnia etſi contra conſue-
tudinem Romanorum ducum aliterque ac mos patrius
exigebat facta non negaverim, posſet tamen excuſator
inveniri. Solent enim, qui maiora aliis agunt, et
maiora praeſumere et, quo melius ſibi ſunt conſcii,
plus audere. Erit fortasſe, qui dicat tolerabile in 9
Caeſare, quod in alio quolibet non ſuisſet: erit ex di-
verſo, qui hoc ſavorabiliter potius, quam civiliter,
dictum dicat; excellentia enim civis[3]) et viri boni non
licentiam[4]) debet augere, ſed modeſtiam. His tandem
horumque ſimilibus ex cauſis tandem[5]) latens erupit
invidia. Et primo quidem tentatum ab aemulis Labie- 10
num legimus, cuius crebra mentio in ſuperioribus est
habita, quem tunc Caeſar ciſalpinae Galliae praeſece-
rat, quod eo ſpectabat, ut eo alienato Caeſar parte
exercitus privaretur; de quo Caeſar ipse multa audiens
nil credebat, conſtantiam alienam ſua metiens conſtan-
tia. Cuius factum pro varietate ſententiarum[6]) et ex-
euſare licet et reprehendere. Nam ſi Caeſar iniuſte
contra patriam arma vertebat, iuſte deſeri potuit et
rei publicae caritas privatis affectibus anteponi. Alio-
quin ingrati infamia non carebit, qui tam claro[7])
duci alium praetulerit eique ſine cauſa acerrimus
hoſtis evaſerit. Et profecto, ſi ingratitudo fuit, ſat
digno ſupplicio fuit punita[8]), ut, qui ſub Caeſare
victorioſisſimus vir ſuisſet, ſub Pompeio fugaeisſimus
ſactus ſit, mutata eum duce non fortuna tantum ho-
minis, ſed virtute; quod in eum aliquando Caeſar
ipse[9]) mordaciter exprobrando dixisſe traditur. Sane 11
qualiter aut quando diſcesſerit ſeque[10]) vocantium hor-

1) indigentia — L. *ingentia*. G.
2) quem — L. *quae*. G.
3) cuius — F. *civis*. G.
4) cod. libentiam
5) Delendum *tandem*. G. Non puto; prius *tandem* ad praegresſam diſputationem refertur, cui finem imposuit.
6) ſententiam — L. *ſententiarum*. G.
7) caro — quod, ſi activa ſignificatione accipi liceat, praetulerim.
8) punita fuit
9) *om.*
10) L. *atque*. G. — Nil mutandum intellexit Lem.

tatibus acquierit[1]), non invenio, niſi quod libro ſeptimo[2]) epiſtolarum Ciceronis ad Atticum eo tempore, quo haec in re publica[3]) fiebant, ita ſcriptum est: Labienus diſceſſit a Caeſare. Et in alia ſtatim epiſtola: Labienum ab illo[4]) diſceſſiſſe propemodum conſtat. Et post pauca de eodem ſimulque de Caeſare loquens Facinus, inquit, iam[5]) diu nullum civile praeclarius, qui, ut aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem; ſed etiam ad ſummam profectum aliquid puto. Nec longe post Labienus, inquit, vir mea ſententia magnus, Theanum venit; ibi Pompeium conſuleſque convenit. Qui ſermo fuerit et quid actum ſit, ſcribam ad te, cum certum ſciam. Et rurſus[6]): Aliquantum animi nobis[7]) videtur attuliſſe Labienus. Denique de Pompeio agens Labienum, inquit, ſecum habet, non dubitantem de imbecillitate Caeſaris copiarum. In quo quidem tam[8]) indubitato iudicio longe, ut res docuit,
12 fallebatur. Quamvis vero modus tranſeundi non penitus notus[9]) ſit, illud plane compertum est, durum per hoc ex amico hoſtem Caeſari quaeſitum, ſed innoxium, ſibi autem communem fere omnibus transfugis contemptum. Siquidem Cicero ipse, qui eum ſua ſententia magnum virum[10]) dixerat, confeſtim libro proximo In Labieno, inquit, parum est dignitatis. Unde a principio arbitrari ſe ait illum iam tunc ſui transfugii poenitere, quod Pompeium ſcilicet et conſules vireſque omnes rei publicae[11]) urbe deſerta ſparſas per Italiam longeque alium rerum ſtatum, quam ſperaverat, invenisſet; commune malum inſtabilium ac vagarum mentium. Sciunt homines, quae relinquunt, qualia ſint, at, quae petunt, neſciunt. Unde

1) cod. aquievit
2) VII
3) cod. rep.
4) eo
5) quo iam
6) rurſum
7) nobis animi
8) tam de
9) motus — L. *notus.* G.
10) unum — F. *virum.* G.
11) cod. reip.

ſit, ut ſaepe ſe inveniant[1]) minores et relicta ſuſpirent et inventa faſtidiant. Haec tam multa de Labieno, quia res apud hiſtoricos videtur occultior et curioſitas legentium nihil etiam minimum reſpuit, quod cognitu dignum ſit[2]). Et haec clam per nuncios: illa[3]) palam 13
in ſenatu dicta contra Caeſarem ac decreta. Novae etiam viae excogitatae, quibus eius poteſtas, quae iam[4]) multis ſormidabilis esſe coeperat, tolleretur aut certe minueretur. Siquidem cunctis iam magnificentia et liberalitate Caeſarea ſtupefactis et, quid his rebus tantis et tam late effuſis ſibi vellet, ſecum tacitis meditantibus nec loqui aliquid audentibus[5]) Marcus Claudius Marcellus conſul, cui an amore publico an[6]) privato odio dignitas Caeſaris ac poteſtas inviſa erat, frequenti ſenatu teſtatus de ſalute rei publicae[7]) ſe acturum diffinivit[8]), ut, cum bellum in Gallia finitum esſet, dimitteretur victor exercitus et, quamquam ante tempus, ſuccesſor Caeſari mitteretur, qui in pace provinciam gubernaret, ipse vero ſine imperio rediret. Addidit, ne abſentis[9]) ratio comitiis conſularibus haberetur; quod licet communi lege de omnibus cautum[10]) esſet, legi[11]) tamen Caeſar exceptus erat. Ita ergo ſublata erat exceptio. Et non contentus conſul iniuria Caeſaris in perſonam illata[12]) his quoque, quos[13]) Caeſar civitate donaverat, adimendam[14]) iudicavit[15]), ambitioſam concesſionem et immodicam asſeverans. His 14

1) haec duo cod. *om.* et niſi *minores* idem ſere ſignificet, quod *deceptos* vel *in deteriorem locum deiectos*, vitii nonnihil ſubesſe ſuſpicer.
2) ſit dignum
3) ſc. quae §. 6. 7. et 8. commemorata ſunt. Tamen, quum in illis nullum ſit *decretum*, *illa* autem ad ſequentia propter *etiam* referri nequeat, pro eo *alia* ſcribendum videtur.
4) *om.*
5) audientibus — L. *audentibus*. G.
6) cod. aut
7) cod. .p.
8) definivit
9) cod. *ceſaris* a m. ſ. ſup.
10) tantum — F. *cautum*. G.
11) lege Lem. — Sine cauſa. cf. II, 6. XIIII, 7. quibus locis *eximere* cum dativo conſtructum est. Adde Epiſt. rer. ſenil. L. XV. ep. 3. p. 952: huic medicorum infamiae nullum excipis.
12) cod. *om.*
13) *om.* — Adde *quos*. G.
14) cod. *om.*
15) cod. indicavit

turbatus Caeſar, nec immerito, cogitanſque, quod ſaepe dicere[1]) ſolitum fama fuit[2]), operoſius multoque difficilius principem virum a ſummo dignitatis gradu ad media deici[3]), quam a mediis ad extrema, non cedendum, ut Africanus maior fecerat, ſed obſtandum[4]) ſtatuit invidiae et turbare prius omnia, quam exemplo illius quamvis laudatiſſimo invictus ab ho-
15 ſte vinci a civibus et in exilio mori vellet[5]). Nondum tamen ad arma prorupit, ſed donec iure potius, quam bello[6]), agendi ſpes ſuperſuit[7]), quieſcendum ſtatuens patienter quidem, dicam melius[8]), diſſimulanter cuncta ſuſtinuit et, quoniam[9]) nonniſi verbis offenderetur adhuc, verborum quoque defenſionem parans et conſulem alterum et animoſiſſimum atque eloquentiſſimum e collegio tribunorum Gaium[10]) Curionem[11]) multa ſibi ac profuſa largitione quaeſivit, ne quando vel in ſenatu vel ad populum deesſent ſuae[12]) cauſae
16 defenſores. Cum vero iam[13]) multi Caeſaris nec non[14]) alii Pompeii potentiam formidarent[15]), ſaepe Curio ipſe ſenatui obtulerat, ut utrique[16]) ſimul ab armis abſcederent[17]) atque ad aequam civilitatem pariter remearent: ita demum ſecuram liberamque rem publicam fore; idque non ſolum pollicitus, ſed contentioſe niſus[18]) est efficere, certus de Caeſaris voluntate, qui id ipſum a ſenatu litteris[19]) petiit, ut ſcilicet aut ſibi populi Romani beneficium integrum ſervaretur, hoc est, imperium cum legionibus[20]), aut ceteri ſaltem duces in eadem[21]) conditione eſſent exercituſque[22]) dimitte-

1) debere — L. *videre*. G. male.
2) ſolitus fuit (*om.* fama)
3) deiici
4) obſtare
5) L. *velle*. G. (vellet Lem.)
6) haec tria *om.*
7) ſemper fuit
8) cod. *om.* et in m. a m. ſ. *ne* ante *dicam* habet.
9) quum
10) Caium
11) Ciceronem — *Curionem* Waſſe. Oud. mſ. — Curionem Lem.
12) cod. *om.*
13) cod. iam vero
14) *om.* — F. *nec non*. G.
15) formidarent potentiam
16) uterque
17) abſcederet
18) viſus
19) cod. *om.*
20) cod. legibus
21) ea — F. *eadem*. G. Non ſecutus est Lem.
22) cod. exercitumque

rent. Quod eo fidentius poſtulabat, ut quidam opi-
nabantur, quia ſe, cum vellet, aliquanto facilius ve-
teranorum, quam Pompeium tironum, exercitum ad
obſequia reducturum[1]) non ambigeret: tantam cum
veteranis amicitiam Caeſar longo uſu tantamque fami-
liaritatem contraxiſſe videbatur, utque erat affabilis et
animorum rapax, ſine ulla dubitatione contraxerat.
Sed neque per ſe neque per tribunos, quod petebat,
obtinuit, obſtantibus fautoribus partis adverſae, qui
nullum Pompeio parem pati poterant. Incidit[2]) in 17
hoc tempus ſenatus conſultum prima aequum fronte,
vere autem iniquum, ut duae quidem, una ſcilicet
Pompeii[3]), altera ex Caeſaris legionibus, ad bellum
Parthicum mitterentur. En in verbis aequalitas: ecce
autem in rebus iniquitas. Siquidem cum Pompeius
unam ex[4]) ſuis, quibus ipse praeerat, amicitiae iure
Caeſari[5]) conceſsiſſet, illam bello Parthico deputavit[6])
verbo, non animo, eamque repetiit. Eam Caeſar re-
miſit et e ſuis miſit unam. Ita Pompeium nulla, Cae-
ſarem vero duabus legionibus imminutum[7]) nemo fuit,
qui non intelligeret. Tulit[8]) tamen, quinetiam cum
adverſariis paciſci voluit, ut tranſalpina Gallia ſimul-
que octo legionibus dimiſsis ſola ſibi ciſalpina Gallia[9])
et Illyricum cum duabus tantum legionibus et nomen
imperii[10]) remaneret, donec conſul fieret[11]). Denique
eouſque[12]) ſubmiſit[13]) excelſum animum, ut, qui Cae-
ſarem non noſſet, ſuſpicari eum poſſet belli metu
ad iſta deſcendere, quo nihil erat ab illius[14]) viri mori-
bus et[15]) mente remotius. Sed tantum illi ſtudium

1) cod. redditurum
2) Indicit — L. *Indicitur.* G. male.
3) ex Pompeii
4) e
5) Caeſaris — L. *Caeſari.* G.
6) deſtinavit
7) minutum — cod. immunitum (cum puncto ſub priori *u*, quo *imminitum* fiat.)
8) cod. *ceſar* a m. ſ. ſup.
9) haec octo (ſimulque etc.) *om.*
10) Adde *ſibi.* G.
11) haec tria *om.*
12) cod. quouſque (cum ſigno interrugandi post *animum*)
13) cod. dimiſit (a m. ſ. *e* ſuper priori *i* poſita)
14) cod. habilius (pro *ab illius* — in m. a m. ſ. *alienius*)
15) ac

fuit vel exercendae vel ſimulandae modeſtiae, ut quid-
vis videri[1]) potius eligeret, quam publicae tranquilli-
18 tatis everſor. At cum obſtinatos ad negandum cerne-
ret[2]), ſenatum ſibi adverſum et ex[3]) ſuis inimicis de-
ſignatos iam conſules audiret, tribunos, qui ſibi ade-
rant, nihil posſe, imo quidem propter ſe periculo at-
que odio expoſitos, non amplius differendum ratus,
ne aut ſui periclitarentur aut ipse cunctatione vileſce-
ret, diſpoſitis more ſolito per hiberna legionibus ulti-
mo tranſitu ex Galliis in Italiam rediit. Quo cum ve-
nisſet, invenit illas duas[4]) legiones ſub obtentu belli
Parthici ſibi ereptas neque ad bellum profectas et[5]) in
Italia detentas, quin et Pompeio asſignatas; quod ad
evidentem Caeſaris iniuriam pertinere non ſolum ipse,
vir talis, ſed quicunque de populo perpendebat. Ad-
huc tamen tacitus procesſit conventibuſque peractis[6]),
ut ſolebat, Ravennam venit, urbem ſuae provinciae
ab ea parte novisſimam, ut nec terminos ſuos excede-
ret et proximus esſet adverſariis ac paratus[7]) ulciſci,
ſi quid[8]) forte ſui odio in tribunos inimicius[9]) decre-
19 visſent. Et hoc quidem civilis belli[10]) initium, hae[11])
fuerunt cauſae aliquam et fortasſe non parvam iuſtitiae
faciem habentes, ſi qua uſquam esſe potest iuſta cauſa
patriam oppugnandi; quamvis ab aliis minus iuſtae
quaedam[12]) afferantur. Sed odium manifeſtum teſti-
monii fidem levat. Gneus[13]) Pompeius, gener atque
hoſtis Caeſaris, aiebat eum ideo, quod non posſet
opera incepta perficere neque de ſe populi expectatio-
nem adimplere, turbare omnia voluisſe, ne in turbi-
do[14]) veritas appareret. Fuere, qui timuisſe illum di-

1) quid ius vider — L. *quidvis videri.* G.
2) ceruere — L. *cerneret.* G.
3) e
4) duas illas
5) *om.* — Reſpondet praegresſo *neque.*
6) cod. paratus
7) peractis — F. *paratus.* G.
8) cod. ſiquid
9) cod. inimicitius
10) belli civilis
11) cod. hec
12) quidem — cod. quaedam cauſae
13) Cnaeus
14) turbando

cerent, ne eorum, quae[1]) primo conſulatu contra leges gesſerat, rationem reddere gravi ſuo periculo cogeretur, cum Marcus Cato iſte ultimus, cuius virtus ac gravitas comminationem eius non minus terribilem[2]), quam cuiuſcunque conſulis, faciebat, palam diceret ac iuraret ſe Caeſaris nomen mox, ut privatus esſe inciperet, inter reos delaturum, ſeu[3]) publicae ille iuſtitiae ſtudioſus, ſeu propriae memor iniuriae. Unde iam in[4]) vulgus effuſum erat idem Caeſari eventurum, quod Miloni, ut circumſeptus armatis apud iudices ceu[5]) ex vinculis cauſam dicat. Et 20
hanc veriſimillimam[6]) belli cauſam videri posſe una vox eius facit, de qua ſuo loco dicam. Aliis viſum est eum ſpatio plurimorum annorum imperio asſuefactum dedidicisſe[7]) privatum modum et ſola cupidine[8]) dominandi in bella civilia conſenſisſe. Haec videtur fuisſe Ciceronis opinio ſibi interdum amicisſimi, ſed in finem[9]) hoſtis, qui in libris officiorum ſemper Caeſarem in ore habuisſe ait verſus illos Euripidis[10]), quos ipse ſic in Latinum vertit: Nam ſi violandum est ius, regnandi gratia violandum est: aliis rebus pietatem colas. Poſui ecce opiniones hominum varias una 21
eademque de re et hominum idem volentium, Caeſarem ſcilicet infamare. Mihi autem, ſat, ne dicam valde, rerum talium curioſo[11]) venere ad manus aliquot Caeſaris ipsius epiſtolae, nota ſunt etiam eius dicta ac reſponſa quam plurima, in quibus omnibus avidum[12]) ſe pacis oſtendit, quibuſque fortasſe non minus fidei ſit habendum, quam ſuſpicionibus aemulorum. Illi enim oderant et veritatem ignorabant et mentiri

1) qui — L. *quae*. G.
2) cod. terribili
3) *om.*
4) cod. *om.*
5) ſeu
6) veriſimilem
7) didicisſe—L. *dedidicisſe*. G.
8) cupidinandi — L. *cupidine*. G.
9) fine
10) cod. *u* int. verſ. a m. ſ. habet.
11) curioſa — L. *curioſo*. G.
12) cod. avidum omnibus

poterant: Caeſar autem, etſi mentiri poſſet, veritatem
ignorare non poterat. Legi et ſuorum comitum epi-
22 ſtolas idem pacis ſtudium expreſſius continentes. Quid
refert igitur, quid de illo ſentiat Pompeius et Cicero,
cum perraro quiſquam[1]) de hoſte[2]) bene ſentiat? Illud
potius ad rem pertinet[3]) audire, qualia ſcilicet[4]) de Pom-
peio ſuo ſcribat Cicero, quem tantum dilexit in finem,
ut vir, ſicut de eo ſcriptum est, nihil minus, quam ad
bellum natus, et iam ſenior illum in civilia ſuo totiens
damnata iudicio et infelicia bella ſequeretur et[5]) magis
eligeret ſecum ruere, quam ſine illo conſiſtere; quo-
rum partem, quod non omnibus nota erant[6]), et
notitiae ſtudio et novitate rerum delectandi gratia huic
23 parti hiſtoriae inſerendam cenſui. Is[7]) ergo epiſtola-
rum ad Atticum libro octavo[8]) Ut enim, inquit, gu-
bernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori
victoria, ſic huic moderatori rei publicae beata civium
vita propoſita est, ut opibus firma[9]), copiis locuples,
gloria ampla, virtute honeſta ſit. Huius enim operis
maximi inter homines atque optimi illum eſſe perfe-
ctorem[10]) volo. Hoc Gneus[11]) noſter cum antea nun-
quam, tamen in hac cauſa minime cogitavit. Domi-
natio quaeſita ab utroque est, non id[12]) actum, beata
et honeſta civitas ut eſſet. Nec vero ille urbem reli-
quit, quod eam tueri non poſſet, nec Italiam, quod
ea pelleretur, ſed hoc a primo cogitavit, omnes ter-
ras, omnia maria movere, reges barbaros incitare,
gentes feras[13]) in Italiam armatas adducere, exercitus
conficere maximos. Genus illud[14]) Syllani regni iam
pridem appetitur[15]), multis, qui una ſunt, cupienti-

1) cod. *om.*
2) cod. hoſte qui qm̄
3) pertinet ad rem
4) *om.*
5) *om.*
6) L. *erunt.* G. (erant Lem.)
7) cod. *Cicero* a m. ſ. ſup.
8) cod. nono
9) *om.* — Adde *firma.* G.
10) L. *effectorem.* G. (perfectorem Lem.)
11) C. N. — Id est Cneus. G.
12) illud
13) *om.* — Adde *feras.* G.
14) illius (Lem. illud)
15) appetit — F. *appetitur.* G.

bus. An cenfes nihil inter eos convenire, nullam pa-
ctionem fieri potuisfe[1])? Hodie potest; fed neutri[2])
σκοπος[3]) est ille, ut nos beati fimus: uterque regnare
vult. Haec a te invitatus breviter expofui. Voluifti
enim me[4]), quid de his malis fentirem, oftendere.
Quid tu, lector, ex his verbis iudicas? quantoque 24
iuftiorem Pompeii caufam reris[5]) esfe, quam Caefaris?
Item in eiusdem libri fine Qua fpe proficifcar[6]), in-
quit, video coniungoque me cum homine magis ad
vaftandam Italiam, quam ad vincendum, parato. Et
fentiens fe posfe reprehendi, quod talem fequi vellet,
ut oftenderet non fe hominis virtute, fed erga fe
merito[7]) et metu infamiae, ne ingratus fcilicet dice-
retur, audi, quid eadem dicit epiftola: Non me igitur
is ducit, fed fermo hominum. Et rurfus in VIIII.[8])
cum dixisfet: Mirandum in modum Gneus[9]) nofter
Syllani regni fimilitudinem concupivit, addidit: Cum
hocne, inquies, esfe[10]) vis? et refpondens Beneficium,
inquit, fequor, mihi crede, non caufam[11]). Et alibi
de eodem Si vincit, inquit, Syllano more exemploque
vincit[12]). Et ftatim: Mea autem caufa alia est, qui[13])
beneficio victus[14]) ingratus esfe non posfum. Et[15]) 25
multa funt[16]) id genus in illius[17]) epiftolis ab homine
non folum doctisfimo, fed amicisfimo in Pompeium
dicta, ut fcilicet undique fides conftet. Sed ego haec
pauca et ad rem, de qua agitur, fpectantia et e locis
fecretioribus eruta[18]) libenter appofui, ut utriufque

1) potuisfe? neo — cod. potuisfet (Lem. potuisfe)

2) cod. neuter

3) ckoreot — cod. ckionoe — Σκοπὸς: id est *intentio*. G.

4) *om.* — Adde *me*. G.

5) rerum — L. *reris*. G.

6) proficifcor

7) Videtur deesfe *moveri* vel *duci*, nifi pendeat ex verbo *fequi*. G. Fortasfe pro *audi* fcribendum est *duci*.

8) IX.

9) Cneus

10) cod. esfet

11) in cod. hic interpofita funt verba illa: *beneficio victus ingratus esfe non posfum*, quae etiam paullo post fuo loco habet.

12) L. *vincet*. G. (vincit Lem.)

13) cod. qua

14) L. *vinctus*. G.

15) *om.*

16) ficnt — F. *funt*. G.

17) cod. *om.*

18) erupta — L. *eruta*. G.

partis merita non usque adeo, ut putantur, imparia et utrumque, sicut dictum est, regnare voluisse magno ac fide digno teste constaret. Ad historiae seriem re-
26 vertor. Dum Ravennae igitur[1]) substitisset Caesar, ne provinciae suae terminos transgrediendo aperte agere contra rem publicam[2]) videretur, audiens tribunos, qui pro eo erant, contemptui habitos et vel vi urbe depulsos vel sua sponte digressos, Romae omnes unanimiter contra se sentire, omnia sui odio divina atque humana misceri ac perverti, se quoque per patientiam contemptum iri cogitans neque iam amplius ferendum dissimilandumque aliquid existimans evocatis legionibus, ubicunque essent[3]), praemissisque clam, quae tunc aderant, cohortibus, ne quam novi motus opinionem turbido abitu[4]) praeberet die illa et con-
27 vivio et spectaculis otiosus[5]) interfuit. Sero autem clandestinò egressu secretum iter paucis comitatus arripuit. In quo cum tota nocte deerrasset, vix ad auroram viae ducem casus obtulit; quo praevio ad rectum iter perplexo ac difficili calle reversus inventisque cohortibus, quas praemiserat, ad Rubiconem venit, amnem exiguum, sed magnarum tunc limitem regionum. Ibi[6]) parumper cogitabundus substitit secum tacitus examinans, quantum opus aggrederetur. Tandem reversus[7]) ad comites Adhuc, inquit, coeptis absistere ac reverti licet: at si rivum hunc transgredi-
28 mur, ferro gerenda nobis erunt omnia. Ibi haerens dubiusque animi huiusccmodi visione firmatus est: quidam sibi et statura et specie corporis supra humanum modum subito visus est, qui amnis ad ripam sedens pastoria modulabatur arundine. Ad quem, ut animal non visum, cum et pastores locorum et quidam quoque militum concurrissent[8]), ille subito unius

1) ergo
2) cod. pu.
3) esset — L. *essent*. G.
4) habitu
5) otiosis — L. *otiosus*. G.
6) ubi
7) versus
8) cod. convenissent

e manu tubicinum arrepta tuba vehementi flatu increpuit gurgitemque[1]) pertranſiit. Motus Caeſar ſpectaculo Eatur[2]) ergo, ait, quo deorum prodigia atque
hoſtium vocat iniquitas. Coepta[3]) res est. Haec di- 29
cens tranſiit ac traduxit exercitum Ariminumque, urbem proximam, longa[4]) pace tranquillam attigit et patentibus portis introgresſus tribunis plebis, qui propter eius odium pulſi ſibi obviam veniebant, aſtantibus concionem habuit ad exercitum. Lapis me pnero oſtendebatur[5]) fori medio, ubi Caeſar concionatus ferebatur. Fuit autem concio efficacisſima ſcisſa, ut[6]) ferunt, veſte veriſque ſeu fictis[7]) cum lacrimis ad ſuam dignitatem contra invidiam hoſtium conſervandam fidem militum implorantis et ingentia promitten-
tis. Caeſarem Arimini agentem Lucius Caeſar adole- 30
ſcens adiit, qui patrem habebat Caeſaris legatum. Is explicitis, pro quibus advenisſet, commisſa ſibi a Pompeio quaedam ait ad Caeſarem iure illius, quae inter eos esſet, amicitiae. Ea vero huiuſcemodi fuere: excuſare ſe Pompeium Caeſari et poſcere, ne ea, quae pro rei publicae[8]) ſtudio atque amore gesſerit, ad iniuriam ſuam trahat; carum enim esſe ſibi Caeſarem, ſed rem publicam[9]) rebus omnibus cariorem et esſe et ſemper fuisſe; ſimiliter et Caeſari caram esſe debere, ut privatas ſuas inimicitias rei publicae remittat neque tam graviter iraſcatur, ut, dum hoſtibus vult nocere, patriae[10]) noceat immeritae; idque ita facere ad ſuum decus eximium pertinere.
Ad ea Caeſaris reſponſio paulutum[11]) longior fuit. 31
Commemoravit iniurias pro multis in[12]) rem publicam[13]) meritis ſibi illatas; paratum ſe tamen

1) gurgentemque — L. *gurgitemque*. G.
2) Eat — L. *Eatur ergo*. G.
3) ut coepla
4) longe — L. *longa*. G.
5) oſtentabatur
6) *om.*
7) victis — L. *fictis*. G.
8) cod. .p.
9) cod. .p.
10) patri — F. *patriae*. G.
11) paulo
12) cod. *om.*
13) cod. .p.

omnia rei publicae condonare, ita tamen [1]) ut diſce-
dant omnes ab armis et ad civilitatem ſolitam rever-
tantur. Dilectus enim per Italiam ferventes et reten-
tas ſub praetextu belli Parthici legiones et civitatem
exarmatam [2]) quid niſi ad ſuam ſpectare perniciem [3])?
Proficiſcatur ergo Pompeius in provinciam ſuam, di-
mittantur [4]) exercitus, omnes per Italiam arma depo-
nant, ceſſent motus et metus [5]) publici, ſit togata [6])
civitas, non armata: ſe quoque aequiſſimo [7]) animo
quieturum iniuriaſque omnes et contumelias obliturum.
Ad haec tamen ſancienda et iureiurando confirmanda pe-
tiit, ut Pompeius vel [8]) propius accederet vel ſe [9]) ac-
cedere pateretur; ſperare enim ſe colloquio et conſpe-
32 ctu mutuo omnes controverſias finiendas. Ad haec re-
ſponſio in ſcriptis reddita [10]), ut Caeſar quamprimum
in Galliam revertatur exercitumque dimittat; quo fa-
cto iturum in Hiſpaniam Pompeium; alioquin nihil de
dilectibus omisſuros conſules Pompeiumque. Iniqua
reſponſio viſum [11]) est Caeſari, quod ſe facere iuberet,
cum ipse nihil, niſi promittere ſe facturum, vellet nec
diem promisſis apponeret neque colloquio tempus da-
ret nec promitteret acceſſum nec permitteret. Hinc
pacis [12]) deſperatio et belli praeludium Marcus [13]) Anto-
nius cum quinque cohortibus Arretium [14]) praemiſſus.
33 Erat Auximi [15]) civitatis [16]) ad cuſtodiam Actius [17]) Va-
rus, quem decuriones Auximiani ſummo adeunt con-

1) haec ſex cod. *om.*

2) eſſe armatam — ſ. *armatam.* Certe *exarmatum* et in hoc libro et in aliis noſter *armis nudatum* dicere ſolet. cf. XI, 11. XIIII, 30. XVI, 22. de Rem. atr. for. L. II. dial. LXXXXIIII. p. 186: dentibus exarmatus ſum. de of. rel. L. II. p. 319: gentilium erroribus exarmatis. Epiſt. vir. ill. p. 500: legionibus exarmatis.

3) perniciem ſpectare

4) dimittitur — L. *dimittantur.* G. — Lem. dimittatur

5) cod. metius

6) cod. rogata

7) cod. quietisſimo

8) *om.*

9) cod. ſi

10) redita — nec aliter cod. — L. *reddita.* G.

11) viſa — Hoc, quod iuberet, viſum est iniqua reſponſio eſſe. Sic ſatis tolerabilis lectio codicis videtur.

12) pancis — L. *pacis.* G.

13) praeludium. M.

14) Auximium

15) Auximii

16) civitas — L. *civitatis.* G.

17) Caeſari *Attius.* G.

ſenſu; dicunt notum ſibi Caeſaris adventum, neque vero propoſiti ſui esſe ſuorumque civium neque rationi [1]) conſonum videri imperatorem populi Romani, talem virum, ſic de imperio meritum, tot victoriis inſignem moenibus amicae urbis [2]) arceri; orant, ut famae [3]), ut ſuo ſuorumque diſcrimini, dum tempus est, conſulat. His permotus Varus et perniciem timens fugam arripit et inſequentibus Caeſaris militibus proelio decernere coactus ac deſertus [4]) a ſuis ſolus abit, quibusdam [5]) eorum domum, aliis ad Caeſarem ſe conferentibus, quos ipse collaudatos benigne ſuſcepit et Lucium Pupium [6]), centurionem partis adverſae, ad ſe adductum illico relaxari ac dimitti iubet. Auximum [7]) ingresſus civibus gratias agit atque illorum erga eum caritatis haud immemorem ſe futurum ſpondet. Qui- 34
bus Romae cognitis tantus [8]) pavor omnium mentes invaſit, ut urbe fere omnes excederent ipsique conſules atque ipse Pompeius, actum ſuis de rebus opinantes et ex unius oppidi eventu omnia metientes. Mirum valde, unde in tam [9]) parvis animis tam magna ſuperbia, ut eius viri meritos honores ac gloriam tam pertinaciter detractarent, cuius nec conſpectum, certe nec [10]) viciniam pati posſent, et patriam et talem patriam ſolum ad illius nomen univerſali animorum conſternatione deſererent. Sed urgebat hinc invidia, inde autem terrebat fama viri, quae eo uſque creverat, ut clementisſimus omnium prae omnibus atque ab omnibus timeretur. His ad Auximum [11]) geſtis Picenum 35
omne, cuius olim Eſculum [12]), hodie Ancon est caput, nullo uſquam contradicente pervagatur. Sed cunctis ſibi urbibus atque oppidis obviam mittentibus laeto-

1) Romanum — *conſonum* videtur delendum esſe. G. et delevit Lem.
2) urbis amicae
3) ſame — L. *ſamae*. G.
4) cod. diſertus
5) quibuſque — F. *aliquibuſque*. G. — quibuſque Lem.
6) L. Puppium
7) Auximium
8) tantum — L. *tantus*. G.
9) cod. ita (pro *in tam*)
10) ne — F. *nec viciniam*. G.
11) Auxinum — Lem. Auximium
12) *A* pro *E* Oud. in m.

que eum atque exercitum eius obſequio atque favore proſequentibus[1]) Cingulo quoque, quod oppidum ſuo ſumptu Labienus extruxerat, legati auctoris immemores Caeſarem adeuntes ſe imperata facturos obtulerunt atque imperanti milites alacriter paruerunt. Diffuſo metu ſimul et fama virtutis et vulgato horum, de quibus diximus, exemplo[2]) ceteri[3]) omnes ſequebantur: undique deditiones, et, ſi quis praefectorum[4]) contra-
36 diceret, capiebatur aut pellebatur. Ita pulſus ex Etruria Libo, Thermus[5]) ex Umbria, Eſculo[6]) Lentulus, captus Gneus, Magius[7]), praefecti ambo[8]); et cum Magius ad Caeſarem ductus eſſet ac fortaſſe ſupplicium formidaret, Caeſar eum placato[9]) animo dimiſit: Et vade, inquit, ad Pompeium eique meis verbis nuncia, quando[10]) ad hunc diem non fuerit nobis opportunitas colloquendi atque ego Brunduſium, quo iviſſe illum[11]) audio, profecturus ſim[12]), credo, ut colloquamur, expediens publicae ſaluti, cuius curam maximam gerere[13]) noſtrum est. Non est autem par effectus per nuncios de longinquo atque inter praeſentes iſta tractari, quod conſpecti vultus et vivae voces[14]) ad mo-
37 vendos animos multum[15]) poſſint. Occupato igitur[16]) ſine gladii ictu[17]) Piceno Corſinium progreditur, oppidum Pelignorum[18]) duodecim milia[19]) paſſuum diſtans

1) hacc novem *om.*
2) exitu
3) caeterae (nulla post *ſequebantur* diſtinctione)
4) cod. praeſatorum
5) cod. Ternus
6) Eſtulo — *Aſc* pro *Eſt* Oud. in m.
7) Cneus Magius
8) F. *praefectus fabrum*. G. Magis veriſimile est alterum nomen excidiſſe. Interim interpunctionem contextui quamvis ſuſpecto accomodavi. Lem. vulgatam intactam reliquit.
9) placido
10) quoniam
11) cod. *om.*
12) ſum
13) curam gerere maxime
14) cod. vocis
15) cod. multa
16) *om.*
17) ictu gladii
18) cod. Pelegrirum
19) XII — Adde *millia*. G. — VII m. Dav. ad Caeſ. p. 542. Oud. mſ. — „Corſinium est civitas vicina Sulmone VII. miliaribus, iuxta quam poſitam in alto currit fluvius cadens in flumen Piſcariae apud civitatem populi in Aprutio. Item quod non est Radicofani, ut quidam dicunt.“ Schol. MS. Vratisl. ad Lucan. II, 478.

a Sulmone, quod idcirco dixerim, quia [1]) vulgares qui-
dam oppidum putant eſſe Tuſcorum [2]). Ibi conten-
tionis pluſculum fuit. Pendente [3]) tamen obſidione
Lentulus Spinter [4]) muris egresſus et finem metuens
ad Caeſarem venit ſibi atque intrinſecis veniam petens,
ad quem Caeſaris reſponſio fuit, non ſe, ut cuiquam
male faceret, veniſſe, ſed ut ſe ab inimicorum [5]) ma-
leficiis [6]) atque iniuriis tueretur ac tribunos plebis ſui
odio in exilium actos in ſuam reponeret dignitatem,
denique ut ſe ipsum ac populum Romanum ſervitio
et paucorum tyrannide conculcatum antiquae redderet
libertati. Oppido tunc praeerat Lucius [7]) Domitius, 38
vir magni animi, ſed exiguae fortunae et bello prom-
ptus, ſed infauſtus. Is defenſionem parans, ſed ab op-
pidanis ad deditionem coactus, cum mori mallet, ve-
nenum a ſervo medico [8]) popoſcit, quod ille nec dare
volens nec negare auſus, ut qui domini mores noſſet,
poculum ſomniferum pro veneno obtulit, quo ille hau-
ſto gravi ſopore reſolutus conquievit. Experrectus
postmodum et deluſum ſe intelligens [9]) vixque manus
a ſervo [10]) abſtinens cum multis nobilibus, qui ſecum
ſentiebant, vinctus ad Caeſarem est perductus, mori
appetens et peroſus vitam. Quem Caeſar illico ſolvi 39
iusſit, neve quis eorum a militibus re vel verbis offen-
deretur, inhibuit, queſtusque [11]) perbreviter, quod
pro ſuis ingentibus et in illos et in rem publicam me-
ritis referre [12]) ſibi debitam gratiam neglexisſent [13]) et in-
iurias ac [14]) contumelias indebitas retulisſent, cunctos
dimiſit incolumes; quin et pecuniae pondus ingens Do-
mitii depoſitum et ab oppidanis ſibi oblatum, quam-

1) quod
2) Tuſtorum — L. *Tuſcorum*. G.
3) cod. tendente
4) cod. Lentilus Spintus
5) cod. iniquorum
6) malis
7) L.
8) a ſuo medico venenum
9) intelligens ſe
10) a ſuo manus — Credo deesſe *medico*. G.
11) queſtus
12) referre meritis — L. *meritis referre*. G.
13) cod. neglixisſent
14) et

vis et pecunia publica esset et in stipendium numerata, Domitio restituit, ne sanguinis, quam pecuniae, abstinentior videretur. Nihil postremo ex ea victoria vel praedae cuiuspiam vel ultionis accepit, nisi quod Domitii milites sacramento adegit, non invitos, ut arbitror, sed eo libentius iurantes, quo felicius est sub sequaci, quam sub fugaci duce mili-
40 tare [1]). Vulgatis sane, quae ad Corfinium acta erant, multum metus omnibus demptum multumque spei additum cognoscentibus Caesarem nihil bello, nisi victoriam, petere. Unde, ut diximus, et Tuscorum [2]) populi et omnis Umbria pulsis inde praesidiis ad Caesarem transiere. Atque ita rebus suo more velociter gestis ac prospere, cum iam secum Gallia omnis cisalpina sentiret, magnas partes Italiae primo occupavit
41 adventu. Sed cum spes ceteris omnibus, soli Pompeio ac [3]) senatui additus timor, qui in Domitio multum momenti reposuerant et saepe eum per litteras evocatum expectabant. Itaque confestim Pompeius Luceria [4]) digressus, ubi belli sedem statuisse videbatur, Brundusium petiit, ut Italiae litore in extremo promptior esset ad transitum; ita enim animo decreverat, relicta Italia transmarina tentare, sive id metu solo pellente, sive intentione illa, quam paulo ante ex epistola Cice-
42 ronis elicui atque exposui. Caesar autem semper propinquus atque contiguus esse hostibus [5]) festinans nonnisi VII. [6]) dierum mora ad [7]) Corfinium exacta eo ipso die [8]), quo Domitium captivosque [9]) dimiserat, motis castris in Apuliam perrexit. Operae pretium [10]), nisi fallor, fuerit, quid de his, quae modo [11]) memoravimus, et ipse Caesar et alii senserint. Cum enim ele-

1) militari — L. *militare*. G.
2) Tustorum — L. *Tuscorum*. G.
3) atque
4) cod. Lucetia
5) hostibus esse
6) septem
7) *om.*
8) duce
9) captivos — Videtur legendum *captivosque alios*. G. (captivosque Lem.)
10) cod. operentium (in m. a m. s. *P operae pretium*)
11) quomodo — L. *quae modo*. G.

mentiae illius [1]), quam Domitio, acerrimo hoſti et
qui tumultu in illo rei publicae [2]) ſucceſsor ſibi deſti-
natus et ad conſulatum aſpirans, ſicut diximus, ſibi
minabatur, exhibuerat, fama ut ad hoſtes, ſic ad ami-
cos etiam perveniſset duoque ſibi familiariſsimi Corne-
lius Balbus atque Oppius factum eius per litteras ve-
hementer [3]) laudaſsent, reſponſionis Caeſareae extat [4])
epiſtola, quae mihi nunc et propter ſcribentis aucto-
ritatem et propter ipsius epiſtolae gravitatem ac bre-
vitatem digna his interſeri [5]) viſa est. Ea vero est hu-
iusmodi: Caeſar Oppio Cornelioque ſalutem. Gaudeo 43
mehercule [6]) vos ſignificare litteris, quam valde probe-
tis ea, quae apud Corſinium ſunt geſta. Conſilio ve-
ſtro utar libenter et hoc libentius, quod mea ſponte
facere conſtitueram, ut quam leniſsimum [7]) me prae-
berem et Pompeium darem operam ut reconciliarem.
Tentemus hoc modo, ſi poſsimus [8]), omnium volunta-
tes recuperare et diuturna victoria uti, quoniam [9]) re-
liqui crudelitate odium effugere non potuerunt [10]) ne-
que victoriam diutius tenere, praeter unum L. Syllam,
quem imitaturus non ſum. Haec novà ſit [11]) ratio vin-
cendi, ut miſericordia et liberalitate nos muniamus.
Id quemadmodum fieri poſsit [12]), nonnulla mihi in men-
tem [13]) veniunt et multa reperiri poſsunt. De his re-
bus rogo vos ut cogitationem ſuſcipiatis. N. Magni [14])
Pompeii praefectum deprehendi. Scilicet meo inſtituto
uſus ſum et eum ſtatim miſsum feci. Iam duo prae-
fecti [15]) partium Pompeii in meam poteſtatem vene-
runt [16]) et a me miſsi ſunt. Si [17]) volent grati eſse, de-
bebunt Pompeium hortari, ut malit mihi eſse amicus,

1) eius
2) cod. .p.
3) cod. *om.*
4) cod. eſtat
5) inſeri — L. IX. ad Att. 8. Oud. in m.
6) mehercle
7) cod. ut quem leviſsimum
8) poſsumus
9) quum
10) poterunt (Lem. potuerunt)
11) *om.* — Adde *ſit*. G.
12) poſset
13) cod. mente
14) N. magni — L. *Cn. Magium.* G.
15) Adde *fabrum*. G. — Non fecit Lem.
16) pervenerunt
17) ſed — F. *ſi*. G.

quam illis [1]), qui et [2]) illi et mihi ſemper fuerunt inimiciſſimi, quorum artificiis effectum eſt, ut res pu-
44 blica [3]) in hunc ſtatum perveniret. Eidem [4]) cum de hoc ſcripsiſſet factumque laudaſſet Cicero, qui ſe ad haec [5]) medium inter partes [6]), magna licet animi [7]) fluctuatione et multa conſiliorum varietate tenuerat, reſcripsit his verbis [8]): Caeſar imperator [9]) Ciceroni imperatori ſalutem dicit. Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus ſum) nihil a me abeſſe longius crudelitate. Atque ego cum ex ipsa re magnam capio voluptatem [10]), tum meum factum probari abs te [11]) triumpho et gaudeo. Neque illud me movet, quod hi, qui a me dimiſſi ſunt [12]), diſceſſiſſe dicuntur, ut rurſus mihi [13]) bellum inferrent. Nihil enim malo, quam et me mei ſimilem eſſe et illos ſui. Quo dicto vix aliquid unquam dici glorioſius ac magnificentius audivi. Et haec quidem extra, ſed non, ut arbitror, contra ſeriem hiſtoriae pro delectatione lectoris interpoſui.
45 Ad rem redeo. Cum Caeſar Apuliam attigiſſet, mox Brunduſium adiit Pompeiumque iam praegreſſum [14]) valida obſidione circumdedit; de quo iisdem, quibus ſupra, ſcribit; nam et haec animi eius index epiſtola videtur. Caeſar Oppio Cornelioque ſalutem. Ad VII. Idus Martias Brunduſium veni; ad murum caſtra poſui. Pompeius est Brunduſii; miſit ad me N. [15]) Magium de pace. Quae viſa ſunt, reſpondi. Hoc [16]) vos ſtatim ſcire volui. Cum in ſpem venero de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim vos certiores faciam.
46 Et quoniam propter navium penuriam mari eum obſidere non poterat, timens id, quod omnes cupiunt,

1) iis
2) *om.*
3) cod. .p.
4) in cod. *ceſari* a m. ſ. ſup.
5) *om.* — F. *adhuc.* G.
6) *om.* — L. *in magna.* G. (pro *inter magna*)
7) animum (Lem. animi)
8) cod. verbis ad Caeſarem
9) cod. imp. — et item post.
10) cod. voluntatem
11) cod. abſque
12) *om.* — Adde *ſunt.* G.
13) mihi rurſus
14) cod. progreſſum
15) L. *Cn.* G.
16) haec

hoſtis [1]) fugam, famoſisſimum maximumque illum
portum ſaxorum molibus iniectis obſtruere niſus est:
opus non tantum homini, ſed naturae, improbum at-
que inextricabile, quod ipse cognoſcens uni ex amicis,
Q. Pedio, ſcribit his verbis: Pompeius ſe oppido te-
net; nos ad portas caſtra habemus. Conamur [2]) opus
magnum et multorum dierum propter altitudinem ma-
ris, ſed tamen nihil est, quod potius ſaciamus. Ab
utroque portus cornu moles iacimus, ut aut illum
quamprimum traicere [3]), quod habet Brunduſii copia-
rum, cogamus aut exitu [4]) prohibeamus. Cum vero
exitu eum [5]) prohibere illo modo [6]) natura ipsum pro-
hibente [7]) non posſet, eatenis os [8]) portus praecluſit;
ſed neque ſic detinere valuit Pompeium, quin mari
Adriaco [9]) Durachium navigaret. Caeſar hoſte digres- 47
ſo, cum ſequi illum non posſet, Brunduſium ingres-
ſus concionem habuit, qua iuſtitiam cauſae [10]) ſuae in-
iuriaſque hoſtium omnibus aperiret. Quo ſacto, cum
ſua illis in locis inutilis mora esſet, ne quid ſibi otio-
ſum tempus efflueret [11]), urbem Romam verſus [12]) iter
arripuit toto belli Gallici decennio non viſam. Cuius
adventus fama cognita quantus Romae terror fuerit,
haud facile dictu [13]) est, multo quidem maior, quam
necesſe esſet [14]). Et [15]) iratus quidem [16]) multis erat, et
fortasſe non immerito, ſed iratiorem [17]) extimabant.
Non enim naturaliter neque niſi magnis ex cauſis ad
iracundiam pronus ſuit. Venit igitur [18]) Romam ſena- 48
tumque habuit ex iis patribus [19]), qui domi ſubſtite-
rant. Ibi perpetuam dictaturam ipse ſibi ſua auctori-

1) cupiunt hoſtes,
2) cod. coooitimur (*niti* e corr.)
3) traiicere
4) cod. exitum
5) *om.*
6) imo (pro *illo modo*)
7) L. *prohibere*. G. (Lem. prohibeute)
8) eos — cod. hos
9) Adriatico
10) carne — F. *cauſae*. G.
11) afflueret — L. *effluere*. G.
12) cod. *om.*
13) dictum
14) cod. est
15) *om.*
16) cod. quod
17) iracundiorem
18) ergo
19) priocipibus

tate arripuit, unde Caeſaris dictatoris nomen; multa quoque conſtituit, in quibus pro lege voluntas fuit. Illud inter cuncta memorabile: nam aerarium populi Romani [1]), quod tot victoriae, tot ſecula compleverant, uno die exhauſit interque alia, ut ſcriptum est [2]), protulit ex eo latorum aureorum [3]) XXVI. milia [4]) non theſaurizandi cupiditate, ſed largiendi. Nam, ut alter ait, nemo liberalius victoria uſus est: nihil ſibi retinuit
49 praeter diſpenſandi poteſtatem. Compoſitis rebus urbanis, ut viſum est, animum ad externa convertit atque inprimis Siciliam [5]) ac Sardiniam, duo illa horrea populi Romani [6]), per legatos adminiſtrare diſpoſuit. De Gallia nihil ſollicitus, quam in ſumma pace reliquerat, ſolam reſpexit Hiſpaniam cogitanſque, cum primum claſsis opportunitas affulſisſet [7]), veſtigiis Pompeium asſequi, ne quid a tergo formidabile linqueret, decrevit ad occidentem proficiſci, ubi Pompeii [8]) copiae ingentes erant, quarum praeſidio ille terrarum tractus tenebatur ſub legatis tribus Marco [9]) Petreio, Lucio [10]) Afranio et Marco [11]) Varrone, de quibus tam contemptim ſentiebat, ut moturus inter ſuos diceret: Vado ad exercitum ſine duce, mox revertar ad ducem ſine exercitu. Eo vero pergenti [12]) Masſilia [13]), foederata civitas et ab ipſo principio Romanis amicisſima, non ſui odio, ſed ingenti ſtudio rei publicae [14]) portas clauſit. Quam ille cum obſidione cinxisſet, Decimo Bruto cum parte copiarum oppugnandam liquit [15]):
50 ipſe coeptum iter peragens ad Hiſpanias venit. Ibi a Petreio et Afranio, qui primi occurrerant, bellum incipiens cum nullo temporum diſcrimine aeque die ac

1) cod. R.
2) *om.*
3) aureliorum
4) *om.* — L. *laterum aureorum nimirum XXVI millia.* vid. Plin. XXXIII, 3. G. — laterum aureorum XXVI millia Lem.
5) Ciciliam (Lem. Siciliam)
6) cod. R.
7) affluxisſet — cod. afulxisſet
8) cod. Pompei
9) M.
10) L.
11) M.
12) cod. peregenti
13) cod. Marſilia
14) R. P. — cod. rei .p.
15) linquit

nocte hoſtes aggrederetur, conſilium ducum fuit, ne nocturnis horis aliquando pugnarent, quod tunc pavor animos [1]) ad ignaviam impellat nec ſit, qui ſubmotis teſtibus concitatos revocet atque contineat; luce autem [2]) pudorem [3]) obſtare et ducum imperio et praeſentia [4]) tribunorum atque centurionum frenari et ad virtutem et ad fidem retrahi, ut contra metum mortemque conſiſterent. Ceterum fato res bellicas volvente ad Ilerdam compulſi hoſtes. Caeſar vero maximis imbribus 51
et diluvio aquarum ingenti quidem rei frumentariae inopia circumventus perſeveravit tamen in incepto et omnes difficultates ſola et ſolita virtute ſuperavit, donec tandem abeuntes ſterili [5]) atque arido in monte deprehenſos obſedit atque ita circumdedit, ut nullus ad fugam exitus pateret. Qua deſperatione compulſi [6]), cum fame et ſibi ultima [7]) premerentur, ſaepe erumpere [8]) et mori voluerunt. Quibus Caeſar contra ſuum morem pugnae copiam non fecit, ſed intra munitiones ſeque ſuoſque continuit. Cuius facti certa erat 52
ratio. Sperabat enim eos ad extrema perductos ſine proelio vinci poſſe: cur igitur aut ſuos optime de ſe meritos ſibique [9]) cariſſimos periculis atque vulneribus exponeret, ſine quibus, ut ſecunda ſint proelia, victoria vix contingit [10]), et fortunae committeret, quod expectatione confici [11]) quamquam aliquanto [12]) ſerius, tutius tamen poſſet, cum ſit ducis officium non minus conſilio, quam ferro, ad victoriam aſpirare? Ex diverſo autem cur non eos vincere mallet, quam occidere, qui, licet eſſent adverſarii, cives erant? Hoc ta- 53
men [13]) ducis optimi conſilium aſſueti caedibus milites

1) *om.*
2) *om.*
3) cod pudore
4) potentia
5) ſceleri — L. *Ilerda, atque arduo*. G. — Herdae atque arduo Lem. (ſcilicet *Ilerdae* habet Londinea in nota Graevii.)
6) pulſi
7) cod. *om.*
8) cod. et rompere
9) ſibi
10) contigit
11) *om.*
12) *om.*
13) *om.*

non laudabant, fed invicem murmurabant, quia [1]) dux, cum posfet, vincere recufaret, fe quoque ducis imperio in proelium non ituros. Ille autem, quem non facile res moverent, verbis immotus in [2]) fententia perfiftebat victoriam iucruentam fperans. Nec fefellit opinio. Unum hoc [3]) inter moras [4]) accidit memoratu dignum nec [5]) exiguum [6]) Caefareae lenitatis [7]) indicium [8]). Dum enim inter partes deditio tractaretur atque hac fiducia milites hinc illinc et [9]) colloquerentur et paulatim e caftris in caftra [10]) difcurrerent pofitoque ad tempus civili odio fine fufpicione atque ullo metu fimul, ut in pace, agerent, Afranius [11]) ac [12]) Petreius repentina ac pesfima mutatione propofiti omnes Caefaris milites intra vallum fuum deprehenfos iner-
54 mes fcilicet et [13]) incautos occiderunt. Quo audito Caefar faevitiam noluit imitari, fed illorum milites fuis in caftris inventos, ut ducum perfidiae infcios et expertes [14]), dimifit incolumes. Tandem vero duces impii rerum inopes omnium et inprimis viris atque equis quatuor [15]) iam dierum ieiunio affectis colloquium petiere, hoc addito [16]), ut, fi Caefari placeret, fecum fubmotis militibus loquerentur. Negavit hoc Caefar et, fi loqui vellent, cunctis audientibus loqui iusfit. Dato obfide filio Afranii [17]) in locum a Caefare asfignatum veniunt, et coram duobus exercitibus verba
55 fecit Afranius [18]) humilia admodum ac demisfa. Si, inquit, ab alio victus esfem, non mihi ad arcesfendam mortem aut manus aut animus defuisfet. Sed cogitans te [19]) dignum, cui vitam [20]) debeam, ad clementiae

1) quod
2) cod. et
3) cod. mihi
4) mores — L. *inter moras*. G.
5) et
6) L. *eximium*. G.
7) levitatis — L. *lenitatis*. G.
8) cod. *om.*
9) atque — Videtur delendum *atque*. G.
10) caftris — L. *in caftra*. G.
11) cod. et Afranius
12) atque
13) cod. *om.*
14) expertos — et ita cod. — L. *expertes*. G. — Lem. expertos
15) IV.
16) cod. audito
17) cod. Aufranii
18) cod. Aufranius
19) cod. esfe
20) vigilatam — F. *vitam*. G.

tuae potius, quam mortis[1]), auxilium confugio. Nec
nobis, Caeſar, nec militibus his iraſci debes[2]), quod
erga imperatorem noſtrum Pompeium, quoad licuit,
obſequioſi fuimus et conſtantes. Neque enim tui odio,
ſed ſervandae fidei ſtudio id egimus. Sed iam fidei ac
ſupplicii ſatis[3]) est. Et fides et patientia victa est.
Multa gravia et animis et corporibus paſſi ſumus et
pati amplius non valentes victique et ſupplices oramus,
ne ad ultima progrediare ſupplicia. Quae cum ille 56
dixiſſet, Caeſar ſemper pronus ad veniam Nulli, in-
quit, ex omnibus, quos civile[4]) bellum armavit, mi-
norem, quam vos, habent aut commiſerationis mate-
riam aut querelae. Ceteri enim omnes ad hunc diem,
cum pugnare meliori conditione licuiſſet, ſeſe proelio
congreſſuque volentes abſtinuere[5]), ne fuſo ſanguine
civium iter pacis obſtrueretur. Soli vos ultro mihi
armati occurriſtis meas[6]), ſi qua[7]) fors eſſet, victorias
moraturi. Sed evenit vobis, quod quibusdam perti-
nacibus ac ſuperbis, ut ad id[8]), quod inſolenter recu-
ſaverint, mox humiliter revertantur. Vobis ego[9]) li-
benter veniens[10]) veniam dediſſem: renuiſtis veniam
et paraſtis bellum. Sed et nunc petentibus veniam do,
ſupplicium remitto. Ite igitur in pace, ſed exerci-
tum[11]) dimittite, non ut mecum[12]) ſint, ſed ne con-
tra me. Nihil laetius milites audire potuiſſent, quod 57
voce geſtuque indicabant; nempe qui poenam timue-
rant, gratiſſimam atque exoptatiſſimam[13]) miſſionem
ſibi obtigiſſe Iactabantur[14]). Cum igitur de tempore
ac de loco miſſionis[15]) agi coeptum eſſet, milites
Pompeiani omnes manibus atque[16]) clamoribus obte-

1) cod. mortem
2) debeas
3) ſatis ac ſupplicii
4) *om.*
5) abſtinere — L. *abſtinuere.* G.
6) cod. mea
7) contra
8) illud
9) ergo
10) venientes — F. *veniens.* G. — venientibus Lem.
11) exercitus
12) mei
13) optatiſſimam
14) cod. optabantur
15) insſionis — F. *miſſionis.* G.
16) ac

ſtari coeperunt, ut ibidem ſtatimque dimitterentur;
nempe ſi dilata res esſet, promisſionibus nihil actum
iri. Iure periculum[1]) et infauſtum bellum oderant,
omne in eo mali genus experti; pacem optabant et
quietem, quae tunc plene[2]) cognoſcitur, dum perdi-
tur. Finis fuit, ut, qui in Hiſpania posſesſiones aut
domicilium haberent, ſtatim, reliqui omnes ad Varum
amnem Italiae in ingresſu dimitterentur. Caeſar ex
liberalitate inſita ex illo[3]) uſque ad Varum frumen-
tum eis pollicetur; addit inſuper, ut, quiſquis eo
bello[4]) aliquid amiſisſet, quod penes milites ſuos
esſet, ei reſtitueretur: militibus extimatione facta
pretium rerum ipsarum de ſua[5]) pecunia reſti-
58 tuit. His victis et in deditionem acceptis et[6]) ſic ci-
teriore Hiſpania in poteſtatem redacta ulterior nul-
lo[7]) negotio confecuta est, quae ſub Marco Varrone
tenebatur. Ille comitum ſecutus exemplum cesſit ul-
tro, nec diſtulit commisſa ſibi[8]) provincia Gades uſque
et[9]) oceanum fortunam Caeſaris ſequi et ſubmisſa cer-
59 vice iugum pati. Sic compoſitis rebus cum victoria[10])
et manſuetudinis inſigni laude ex Hiſpania diſcesſum
reditumque Romam[11]) est, Masſilia[12]) interim a lega-
to Caeſaris aequoreo victa certamine et, ut quidam
asſerunt, everſa, ſive, ut alii, idque est verius, capta
per deditionem et direpta, nulla ſuarum rerum civibus
relicta praeter inopem, ſed cariorem cunctis opibus,
libertatem, et ſeditione[13]) militum terribili, quae, ut
quidam volunt, Placentiae, certe[14]) itinere medio,
exarſerat, mira et vix credibili tunc inermis ducis vir-
60 tute compresſa. Dum ſic Caeſari obſequitur fortuna

1) L. *periculoſum*. G.
2) plane
3) Adde *die*. G.
4) bellum — L. *bello*. G.
5) cod. ſua idem (pro *de ſua*) — f. *ſua de*
6) *om.*
7) cod. ullo
8) ſi — F. *ſibi*. G.
9) et uſque
10) L. *victoriae*. G.
11) cod. Romae
12) cod. Marsſilia
13) ſeditionem — L. *ſeditio militum terribilis*. G. Scilicet in ed. post *Romam est* puncto diſtinguitur; quod in comma mutavi.
14) Placentiae certae — cod. Placenciae certo — L. *Placentiae, certe*. G.

et, ut ſic dixerim, adulatur, quaſi eum timeat et negare praeſenti[1]) nihil audeat, aliquid tamen adverſus abſentem[2]), ut Flori verbo utar, auſa est, forte ut immixtis adverſitatibus proſperitates eius efficeret clariores[3]). Siquidem praemiſſi Antonius et P. Dolabella[4]) ad mare Adriaticum occupandum, ab Octavio Libone, legato Pompeii iam[5]) in pelago praepollentis[6]), circumventus Antonius ad deditionem fame compulſus est; ubi illud memorandum facinus eminuit[7]), quod, cum ad eius auxilium aliquot naves miſſae a Daſilo[8]), altero legato Caeſaris, veniſſent et arte Cilicum[9]), qui Pompeiana in[10]) claſſe navigabant, funibus illaqueatae eſſent, reliquis adiuvante aeſtu maris evadentibus una ſola Opiterginis[11]) nautis acta exitum non invenit, ſed circumfuſi totius hoſtium exercitus uſque ad veſperam impetum atque[12]) omne miſſilium genus invicta virtute pertulit, cumque nec fuga pateret nec ullus ſe proſperior[13]) rei finis oſtenderet, ſuadente per noctem tribuno militum Vulteio, ne[14]) in poteſtatem hoſtium venirent, mare proximo victoribus ipſis ſpectaculo attonitis ſeſe omnes mutuis vulneribus[15]) peremerunt. Et Dolabella[16]) in eodem aequore claſſem 61
perdidit, et Curio, tribunus plebis[17]), audaciſſimus vir, cum miſſus a Caeſare in Africam veniſſet primoque adventu Varum, qui pro Pompeio[18]) illi praeerat[19]) provinciae, victum proelio effugaſſet, adoleſcentia atque animi magnitudine inſita, nunc vero victoria ac

1) potenti
2) abeuntem
3) cariores
4) cod. Dollobella
5) *om.* — Aliquid deest. G. Cootra Lem. *in* delevit.
6) praepolleutis pelago
7) evenit
8) ab Aſilo — nec aliter cod.
9) Celitum — L. *Cilicum, qui in.* G. — Lem. Cilicom qoi
10) *om.*
11) Opiturgnis
12) haec duo cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
13) ſuperior
14) cod. Vulteione (addita inſoper a m. ſ. int. verſ. particula *ne*)
15) vulneribus mutois
16) Dolobella — cod. Dollobela (Lem. Dolabella)
17) R. pleb. — cod. tr. pl. — F. *tribunus plebis.* G.
18) cod. Pomepeio
19) erat — F. *praeerat.* G.

fiducia elatus et incautus a Iuba rege oppresſus exercitum amiſit, cumque fugere posſet, mori maluit ſponte ſua, quos[1]) ad mortem duxerat[2]), ſecutus.

CAPUT XXI.

Hactenus quaſi quibusdam praeludiis gerebatur bellum: crebrae hinc victoriae, illinc fugae atque deditiones, proelia autem rara. Sed iam tandem tantorum colliſionem[3]) motuum differre amplius fortuna non poterat. Iam Pompeius Epirum occupaverat, idoneam bello ſedem ratus. Eo Caeſar inſequendum hoſtem ſtatuit et, quamvis adhuc inops navium, quamvis adverſa hieme (tantus erat ardor animi, tanta cupiditas[4]) bellandi) per medias pelagi procellas ad procellas[5]) belli[6]) tumultuaria claſſe transfretavit. Neque vero proſperis neque adverſis ſic vel inflari potuit vel iraſci, ut a propoſito pacis animum diverteret, quin bellando pacem cogitaret eamque omni, quo posſet, ſtudio procuraret. Quod curioſius propter illos dico, qui ignari rerum opinione quadam neſcio, ne ipsi quidem ſciunt, unde orta Caeſarem belli, Pompeium pacis amicum ſibi pertinaciter finxerunt[7]). Erat inter praefectos Pompeii L. Vibulus[8]) Ruffus[9]), bis captus a Caeſare[10]), bis dimisſus, ſemel ad Corfinium inter illos nobiles, de quibus diximus,

1) F. *ſuos uſque.* (pro *ſua quos*) G.
2) *om.*
3) colliſionum — cod. collaſionem — L. *colliſionem.* G. Recte; cf. Ep. var. 18. p. 995: magna imperiorum iugiſque colliſio. ib. ep. 22. p. 1001: neque verborum fluctibus neque fractarum ſententiarum colliſione terrebor.
4) cupidinis — L. *cupido.* G.
5) haec duo *om.*
6) F. *ad bellum.* G.
7) fixerunt
8) Bibulus — L. *L. Vibullius.* G.
9) Rufus
10) haec quatuor *om.*

et rurſus in Hiſpania. Hunc, quod et ſibi beneficio obſtrictus et Pompeio carus esſet, pacis idoneum ſequeſtrum ratus cum his mandatis ad Pompeium miſit: Satis iam malorum rei publicae[1]) bello[2]) invectum, idque[3]) ſufficere posſe ad providentiam futuri, ne plura nunc etiam invehantur; decere utrumque pertinacia omisſa ab armis abſcedere neque fortunam ſaepius experiri, ſi rem publicam[4]), ſi ſe ipsos ament. Unum illud tractatibus pacis idoneum tempus arripiant, dum ſcilicet partium ſtatus anceps aequis prope lancibus pendet[5]): ubi praeponderare coepit pars altera, cum, qui ſuperior evaſerit, aequis conditionibus non ſtaturum. Nam quis in proſperitate uti ſoleat aequitate? Et quoniam[6]) de conditionibus pacis ambigeretur, eas a ſenatu et populo Romano[7]) peti oportere; ſic enim et ipsis[8]) civilem animum et rei publicae[9]) maieſtatem priſtinam reſtitutam esſe viſum iri. Interim principium pacis esſe, ſi uterque in concione confeſtim[10]) iuraverit ſe eodem ipso triduo exercitum dimisſurum. Et haec ut bona fide agi Pompeius noverit, ſe priorem omnes copias dimittere paratum; quod cum fecerit uterque, necesſario ſenatus ac populi iudicio ſtandum fore. Haec cum Vibulo ad Cor- 3
cyram[11]), ubi eum forte compererat[12]), cum egisſet, et Vibulus ad Pompeium ivit et Caeſar tractatore[13]) pacis praemisſo paratus ad bellum e veſtigio ſubſecutus poſitis ad Oricum caſtris contra hoſtem conſtitit. Magnus in exercitu Pompeii inopino Caeſaris adventu tumultus exarſerat, quo compresſo, ubi primum ani-

1) cod. .p.
2) bellum — cod. bell̄ — L. *bello*. G.
3) indeque
4) cod. .p.
5) pandet — L. *pendet*. G.
6) quum
7) cod. R.
8) Si enim ex ipsis — F. *Sic enim ipsis civilem*. G.
9) cod. .p.
10) confeſtim in concione
11) Corciicam — F. *Corciram, ubi forte eum repererat*. G. — Corciram, ubi eum forte repererat Lem.
12) comperat
13) in cod. ſyllaba *re* a m. ſ. int. verſ. addita est.

mi conquievere, Vibulus adhibitis aliquot ex iis, quos
Pompeio caros ſidoſque cognoverat, de mandatis Cae-
ſaris loqui coepit, vixque dum incipientem Pompeius
interrupit exclamans: Et quid, inquit, mihi vel vita
vel civitas profutura est, quam beneficio Caeſaris aſſe-
cutus videar? cuius contrarium videri[1]) nequit[2]), niſi
bello peracto[3]) in Italiam, unde diſceſſerim, ſim re-
4 verſus. Reſponſum hoc Caeſari per eos ipsos, qui il-
lud audierant[4]), notum fuit. Potuiſſet mediocris etiam
vir fortunae[5]) ſubiraſci, indignari, omnem pacis ob-
mittere[6]) mentionem: ipse vero non deſtitit, ſed aliud
pacis iter[7]) ingreſſus retentare voluit, an, quod ſecreto
non potuerat, palam poſſet. Erat inter caſtra ducum
amnis unus exiguus, Tapsus[8]) nomine; ibi milites e
ripis[9]) inter ſe cotidiana[10]) colloquia ferere ſoliti[11])
erant ſine ullo telorum periculo, quoniam[12]) ita[13]) in-
ter partes conveniſſet, colloquendi, credo, deſiderio
tantiſper iras[14]) cohibente. Illuc[15]) Caeſar P. Vatinium,
unum[16]) ex legatis ſuis, ire iubet et, quaecunque ma-
gis extimaret ad pacem motura animos, cum[17]) civi-
bus eisdemque hoſtibus agere et ſaepe alta voce quae-
rere, liceretne civibus ad cives[18]), quod fugitivis inter-
dum ac praedonibus licuiſſet, legatos de pace mittere,
ne cives inter ſe funeſto Marte concurrerent et ſuorum
manibus Romanum everteretur[19]) imperium; multa
quoque humilia verba et quae, ut dixi, timentis videri
5 poſſent, niſi a Caeſare dicerentur. Paret ille et ad
ripam amnis proſectus[20]) mandata ſui ducis exequitur

1) cod. vidimus
2) cod. ne quid — F. *nequeat.* G. — nequit Lem.
3) cod. parato
4) audierant illud
5) fortisſime — *fortunae* conſtrue cum *mediocris.*
6) omittere
7) iter pacis
8) L. *Afſus.* G.
9) mil. ereptis — cod. mil. erupis — F. (*m.*) *crebro.* G.
10) quotidiana
11) cod. ſoliciti
12) quum — F. *quaſi inter partes.* G.
13) *om.*
14) cod. piras
15) illic
16) *om.*
17) cod. et
18) haec duo *om.*
19) everterent
20) cod. perfectus

et ab utraque partium ingenti ſilentio auditus est, re-
ſponſumque ab adverſo, quod Aulus Varro die pro-
xima ad colloquium veniret, legati autem tuto et ve-
nire posſent et, quae vellent, loqui. Vatinio quoque
dies eadem ad reditum praefixa. Quae[1]) cum venisſet
et ille ad eundem[2]) rediisſet, turba ingens utrinque
convenerat intentis, ut videbatur, ad[3]) pacem ani-
mis[4]). Dum res ad bonum exitum prona esſet, La-
bienus prodiit et cum Vatinio loqui[5]) coepit atque
contendere, ut qui ingenti odio Caeſarem odisſet. Tela
utrinque misſa ſermonem diremere[6]). Vatinium ar-
mis milites protexerunt, multi autem vulnerati ſunt[7]),
nominatim Cornelius Balbus, et centuriones militeſque
alii. Hunc effectum inter Pompeianos habuit per Cae-
ſarem tam humiliter pax delata. Labienus vero quaſi
facinoris compos egregii Deſinite, inquit, iam de pace
agere; pax enim, niſi trunco et oblato nobis capite
Caeſaris, nunquam erit. Dictum pesſimum et neſcio
iniqui magis hominis an amentis. Venerat in Epirum 6
Caeſar rebus in Italia pro tempore diſpoſitis, propter
feſtinationem quidem ſine non expectato, ſed relicto
ad Brunduſium Antonio cum parte exercitus, quam
traiecisſe nequiverat, ut conquiſitis ſcilicet ac refectis
navibus ille eam[8]) arrepta opportunitate traiceret[9]).
Quod cum cupienti non ſatis expediretur (tanta erat
impatientia expectandi) ad evocandos viva voce, quos
ſaepe nequicquam litteris evocasſet, tumidum ventis
mare ingredi piſcatoria cimba ſolus intempeſta nocte
non timuit, ſed reiectus ad terram fluctu valido iter
temerarium non metu, ſed necesſitate, deſtituit. No-
ta est vox eius ad exterritum nocturno aequoreo-

1) qui
2) Adde *locum*. G. Fortaſſe ſcriptor *diem* intelligi voluit, licet altero eius nominis genere in praecedentibus uſus ſit; aut ſcripſit *eandem*.
3) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
4) in ed. nulla h. l. diſtinctio, ſed post *prona esſet* punctum est.
5) colloqui
6) dirimere (Lem. diremere)
7) *om.*
8) cod. cauſa
9) traiiceret

que[1]) periculo gubernatorem: Quid tu metuis? Cae-
7 ſarem vehis. Conſecuto eum omnibus copiis paucis
post[2]) diebus Antonio et admotis ad hoſtem caſtris
in dies magis ac magis inſtabat nunc aciem explicando,
nunc hoſtes ad proelium irritando, nunc Durachium
oppugnando, et peroſus moras et celeritatis avidisſi-
mus cupienſque vehementer, ut, quicunque futurus
esſet belli exitus, ſtatim esſet. Omnia autem[3]) fruſtra.
Nam et Durachium inexpugnabile et Pompeius immu-
tabilis, ut qui contrario conſilio niteretur, ſperans[4])
dilatione victoriam per inopiam rei frumentariae, quae
valde[5]) Caeſareum premebat exercitum neque diutius
tolerari poſſe videbatur, inſuper et, quod ſimillimum
veri erat, ut virtus animoſisſimi ducis taedio atque ex-
pectatione ſeneſceret impetuſque lenteſceret ardorque
tepeſceret[6]): hac ſpe pugnam recuſabat neque ratio-
8 nis[7]) partes fortunae[8]) credere volebat. Sic, cum[9])
illi cunctatio, huic celeritas grata erat; quae quo-
niam[10]) ſibi pertinaciter negabatur, ſtatuit, quos non
poterat proelio vincere, obſidione cingere. Mirum di-
ctu: XVI. milia[11]) pasſuum foſſam circumduxit ac
vallum impoſitiſque caſtellis ac turribus cum paucio-
ribus obſedit plures, ſi obſideri rite dici posſunt[12]),
quibus maria patent, clasſes[13]) parent rerumque
omnium copia ſuppetit, quibusve intra[14]) ipsum ob-
ſidionis ambitum et mutare caſtra licitum et vagari.
9 Ibi vero crebrae obſesſorum eruptiones et ſaepe crum-

1) aequore eoque — F. *atque.* (pro *eoque*) G. aequore eoque Lem. — *aeſtus aequorei* ſupra dixit XI, 10. cf. Ep. rer. fam. L. III. ep. 23. p. 623: Amyclam algis et aequoreis ſpumis aſperſum. L. V. ep. 3. p. 640: ſtatui praeferre terreſtrem duritiem aequoreae ſervituti. ep. 4. p. 642: iter aequoreum ſervitus magna est.

2) *om.*

3) *om.*

4) ſuperans — L. *ſperans.* G.

5) cod. *om.*

6) haec duo *om.*

7) Romanis — Graevius ſtellulam praepoſuit. Lem. nil curavit.

8) *om.*

9) *om.* Lem. temere; cum illi cunctatio grata erat, huic celeritas grata erat.

10) quum

11) *om.* — *XV millia.* ſic Caeſar. G.

12) posſint dici

13) casſes — L. *clasſes.* G.

14) cod. inter

pentibus funeſtae; ut, cum Caeſar profecturus P. Syllam [1]) caſtris praeſecisſet et ille audisſet cohortem unam ab hoſtibus urgeri, duarum legionum auxilium tulit laborantibus [2]), quarum accurſu verſi [3]) in fugam Pompeiani [4]), et, ſi inſequi profugos victoribus licuisſet, creditum fuit die [5]) illo confici bellum potuiſſe: ſic neſcio an vecordia, an fortuna penitus inclinata res erat; ſed Sylla [6]) ſuorum impetum continuit cecinitque receptui. Cuius conſilium a ſcriptoribus excuſatum lego. Aliud est enim legati, aliud imperatoris officium. Imperator [7]) totius rei [8]) exitum ſpectat et conſilio metitur, at legatus ſolum imperatoris ſui iusſum aſpicit et mandati ſinibus ſe continet. Syllae [9]) caſtrorum cuſtodia commisſa erat a Caeſare: cuſtodisſe contentus et ſuos periculo liberasſe ulterius progredi noluit, in quo, ut vincendi ſpes, ſic perdendi [10]) periculum inerat, ne omisſo ſuo officium ſibi ducis arrogaret. Multae praeterea eruptiones aliae et 10
ad Durachium et ad caſtra uſque adeo, ut uno die ſex in locis pugnaretur, quibus in proeliis de Caeſarianis XX. dumtaxat [11]), Pompeianorum vero duo milia periere, inter quos multi centuriones et inſignes viri. His [12]) congresſibus inſignis virtus apparuit Volcatii Tulli [13]), qui cum tribus cohortibus Pompeianam legionem pertulit repulitque, nec non et quorundam Germanorum, qui munitionibus erumpentes multis hoſtium caeſis ſoſpites rediere. In caſtello autem quodam, quod Pompeius invaſerat, tantus fuit imber ſagittarum, ut ſine vulnere defenſorum nullus evaderet,

1) Sillam — et ita cod.
2) cod. laboratoribus
3) *om.*
4) Videtur deesſe *verſi ſunt*. G.
5) de — F. *die*. G.
6) illa — cod. ſcilla — L. *ille*. G.
7) Imperatori — L. *Imperator enim*. G. (Lem. Imperator)
8) rei totius
9) Sillae — cod. Scillae
10) perpendi
11) viginti duntaxat
12) iis
13) Tulii — cod. Tuli — L. *Tullii*. G. (Tulli Lem. ut Londini in nota Graevii expresſum est.)

quin et centuriones quatuor oculis capti esſent, et
eum[1]) ſero diurni laboris ac periculi ſummam impe-
ratoris[2]) non tam auribus, quam oculis ſubicere[3]) ac
repraeſentare decrevisſent, triginta ſagittarum milia nu-
11 merarent[4]). Inter cuncta Caeſii Scaevae[5]) centurionis
admirabilis virtus fuit, cuius ſcutum relatum Caeſari
perſosſum CXX.[6]) foraminibus est inventum. De
quo quidem varia est fama. Quidam tradunt Caeſa-
rem viri et de ſe et de re publica, ut aiunt, ita me-
riti eximia virtute permotum, qua caſtellum prope
ſola ſervatum esſet, pecuniariis cum donis ingentibus
et magnis honoribus cumulasſe et inter cetera ab octa-
vis[7]) ordinibus ad primipilum provexisſe[8]), cohortem
vero totam duplici ſtipendio et donis militaribus pro-
ſecutum. Apud alios Scaeva idem duce abſente ceden-
tibusque comitibus contra omnem Pompeii[9]) exercitum
ſolus ſtetit et clypeo CXX. ictibus telorum[10]) trans-
fixo mirisque et[11]) incredibilibus rebus geſtis occubuit,
iacens quoque victoribus terribilis ac ſtupendus, qui
tot eximias pugnas in Gallia Britanniaque fecerat; con-
tra omnes hoſtes ſemper invictus a ſuis tandem civi-
bus[12]) interſectus est, felix a ſcriptoribus dictus[13]),
ſi pro libertate omnium[14]) fecisſet, quod pro domino
12 ſuo fecit. Sic ſe rebus habentibus Caeſar nec proſpe-
ritate tumidior[15]) nec adverſitate contractior cottidie[16])
in aciem educebat[17]) et pugnae copiam faciebat; ſaepe

1) tamen

2) imperationis — L. *imperatori.* G.

3) ſubiicere

4) numeraverunt

5) Ceſii Scevae — L. *Casſii Scaevae.* G. Sed cf. XI, 10. et *Caeſius* Scaeva dicitur de Rem. utr. for. L. II. dial. LXXVII. p. 166.

6) centum viginti

7) occanis — *Octavis.* ſic Caeſar. G.

8) cod. provaſisſe (int. verſ. a m. ſ. ſuper *vaſi* ſcriptum est *movi*)

9) cod. Pompei

10) telorum ictibus

11) cod. *om.*

12) civibus ſuis tandem

13) dictis — cod. dictus est — L. *dictus.* G.

14) cod. *om.*

15) cod. timidior (*u* a m. ſ. ſuper prima *i*)

16) quotidie

17) reducebat — Ex Caeſar. appone *exercitum* et lege *educebat.* G.

etiam legiones prope caſtra hoſtium ſubibant ita, ut e
vallo telis etiam peti posſent. Pompeius contra, ne
obſesſus omnino videretur, famae potius ſtudio, quam
belli, pro caſtris explicabat [1]), ſed ita, ut caſtra no-
visſimi tangerent atque omnes intra [2]) telorum e vallo
venientium iactum ſtarent. Nihilominus Caeſar inte-
rea, quamvis bello intentus, tamen propoſiti ſui memor
de pace cogitabat et totiens fruſtra tentatam aliis atque
aliis viis retentabat. Non pro Caeſare, cui nil debeo,
ſed pro veritate loquor: nuſquam legi hominem [3]), cui,
cum tam proſpere bella ſuccederent, tantum ſtudium
tamque [4]) continuum [5]) pacis esſet. Itaque, cum au- 13
disſet Metellum Scipionem, Pompeii [6]) ſocerum, in
Macedoniam Epiro proximam veniſse, Clodium quen-
dam e ſuis ad illum miſit. Hic perfamiliaris Scipioni
fuerat, ut [7]) ab illo commendatus Caeſaris in familia-
ritatem pervenisſet [8]). Hunc igitur, ut utrique carum,
cum litteris ac mandatis eo dirigit. Summa omnium
haec erat [9]): Se de pace omnia probaſse nilque ad eum
diem profeciſse [10]); credere autem ſi non Pompeii [11])
vitio, ſed nunciorum, accidiſse, qui [12]) vel neſcierint
vel timuerint commisſa peragere atque ad tantam rem
idoneum tempus eligere. Illum vero et auctoritate
apud generum et potentia tanta in re publica esſe [13]),
ut his fretus [14]) et praeter [15]) haec [16]) exercitui non
legatus [17]), ſed imperator praeſidens et, quae [18]) velit,

1) Adde *exercitum* vel *ſuos*. G. *ſuos* addidit Lem. Sed ita paullo ante *educere*, ita XVI, 16 et XXVI, 11 *ducere*, ita XXIIII, 30 *circumducere*.

2) cod. inter

3) homines — L. *homini*. G.

4) tamquam — L. *tamque continuum pacis esſe*. G. atque ita edidit Lem. neque delevit illud *cum*, de quo nil monuisſet Graevius.

5) cod. concinium.

6) cod. Pompei

7) et — cod. praeterea in m. a m. ſ. ante *ut* habet *ita*. — ſ. *ut qui*

8) F. *pervenerat*. G.

9) eraut — L. *erat*. G.

10) cod. perfeciſse

11) cod. Pompei

12) quod

13) esſe in republica — (cod. pub.)

14) haec tria post *praeſidens*

15) propter

16) hoc

17) legati — L. *legatus*. G. — legatum, ſed imperatorem praeſidentem Lem.

18) quid

alloqui Pompeium posſit et errantem non modo reprehendere, ſed quodammodo etiam cogere illum posſit [1]), ut aequae [2]) paci animum adhibeat. Id ſi fecerit, rebus eum fesſis et in maius [3]) malum pronis quietem et imperio et Italiae pacem et provinciis allaturum omneſque illam ſibi uni [4]) acceptam habitu-
14 ros. Cum his Clodius mandatis ad Scipionem proficiſcitur, primum quidem laete [5]) viſus auditusque, postmodum a colloquio ſecluſus, Favonio quodam, mali conſilii fautore, a pacificis Scipionem et mundo utilibus tractatibus revocante. Sic infecto negotio Clodius ad Caeſarem est reverſus. Quottidie [6]) interim congresſus et proelia et utrinque caedes atque inſignium virorum caſus mirabiles; paciſque conſiliis male re-
15 pudiatis [7]) locus irae atque odio datus erat. Fuit unus dies Caeſari nimis adverſus, quo eruptio violentisſima ab hoſtibus facta est, fuitque die illo [8]) inter alia aquiliferi illius virtus inſignis [9]) ac ſpectata fides [10]), qui, cum letali vulnere transfixus morti proximum ſe ſentiret, verſus ad comites porrigenſque aquilam, quam aegre iam [11]) ſuſtentabat, Hanc, ait, o commilitones mei, vivens multis annis et multa cura ſervavi et nunc moriens eandem Caeſari pari fide reſtituo. Vos autem per communis imperatoris amorem oro atque obteſtor, cavete dedecus Caeſareis caſtris inſolitum, ne forte hoſtium in manus veniat tanti ducis ſignum, ſed mihi a Caeſare olim commisſa aquila nunc per manus veſtras ſalva ad Caeſarem revertatur. Haec dicens corruit, centumque alii primae cohortis ſuae cum principe [12]) ceciderunt, multaque diverſis in locis cae-

1) haec undecim (et errantem etc.) cod. *om.*

2) aeque — L. *aequae*. G.

3) maius in

4) eum (pro *ſibi uni*) — F. *ei uni*. G.

5) laetus — *Laete* vel *libenter*, ut ait Caeſar. G. — laetus Lem.

6) Quotidie

7) repudiatus — F. *male repudiatis locus*. G.

8) illo die

9) inſignis virtutis — L. (*i.*) *virtus*. G.

10) dies — F. *fides*. G.

11) iam aegre

12) *Centurioneſque alii primae cohortis praeter principem.* ſic Caeſar. G. (Lem. vulgatam retinuit.)

de[1]) edita Pompeiani erumpunt, vicitque Pompeius
illa acie et imperator appellatus eſt; cumque cedentes
non ſequeretur, negavit eum Caeſar aut vincere aut
victoria uti ſcire. Labienus vero in ſuum olim ducem 16
inexpiabili odio accenſus a Pompeio captivos ſibi dono
dari petiit; quod cum impetraſſet, productos[2]) omnes
in medium et contumelioſisſimis verbis increpitos ſeu
crudelitati[3]) inſitae deſerviens ſeu ſcelere immani fidem
transfugio ſuo quaerens in conſpectu omnium interfe-
cit. Hoc eventu tantum ſpei Pompeianis accreverat,
ut non de bello amplius, ſed de victoria cogitarent et
multa vana[4]) decernerent[5]) et, quaſi nil iam incidere
poſſet adverſi, famam victoriae per terrarum orbem
nunciis ac litteris divulgarent. Caeſar concione advo- 17
cata milites conſolatus eſt, hortatus, ne deficerent ani-
mis; debere eos unum et id ipsum non nimis grave
proelium infauſtum multis felicibus compenſare et
fortunae gratiam habere, quod Romam, quod Italiam,
quod Hiſpaniam utramque ſine ſanguine quaſi divini-
tus recepisſent; non poſſe, praeſertim in bello, pro-
ſpera omnia provenire[6]), verum triſtia laetis tempe-
randa adverſamque fortunam virtutis ope leniendam.
Et haec quidem ad exercitum. Quosdam vero ſigni-
feros, quorum culpa clades accepta erat, notatos in-
famia e gradu militiae ſuae[7]) movit. Exercitum reli- 18
quum tantus pudor et tantus dolor invaſerat tantum-
que deſiderium ignominiae abolendae, ut non expe-
ctato ſuperioris[8]) imperio ultro quiſque pro ſupplicio
gravisſimos ſibi labores asſumeret omniumque animi
arderent incredibili quadam cupiditate pugnandi, viam
illam expurgandae infamiae unicam extimantes, quin
et legati et, qui ad conſilium vocabantur, oratione
imperatoris et pudore tacti perſiſtendum pugnandum-

1) caede in locis
2) perductos
3) incrudelitate — F. *crudelitati.* G.
4) varia
5) decreverant
6) cod. pervenire
7) cod. ſuae militiae
8) ſuperiori — L. *ſuperioris.* G.

que cenferent et acceptam proelio cladem proelio ho-
19 ftibus refundendam [1]). Solus Caefar contraria erat in
fententia; nam neque victis [2]) tam cito in aciem rever-
furis [3]) fat fidebat et reparandis animis fpatio opus
esfe, neque praeterea tam hoftem, quam frumenti
inopiam metuendam eo loci manentibus indicabat. Il-
lico igitur [4]) fauciorum [5]) atque aegrotantium cura con-
grua fufcepta noctuque impedimentis omnibus prae-
misfis Apolloniam [6]) profectus est, quadrimeftri [7]) ob-
20 fidione derelicta. Hinc in Thesfaliam fatis impellenti-
bus commigravit bellum. Eo Caefarem praegresfum
paucis post diebus Pompeius asfequitur ftatimque in
concione [8]) fuis pro re bene gefta gratias agit; eos,
qui cum Scipione venerant, non tam ad bellum, quam
ad belli [9]) praemia hortatur, ipsi autem foccro et clas-
ficum et praetorium attribuit omnifque eum [10]) et ho-
noris et imperii participem facit. Duobis tantis [11])
exercitibus in eadem caftra [12]) coniunctis nemo erat, qui
de victoria dubitaret, usque adeo, ut iam omnes de
praemiis deque honoribus, denique, quod ftultitiam
omnem fupergreditur [13]), de ipsius Caefaris facerdotio
21 inter fe non fine contumelia patricii litigarent. Sed
aliud illi Caefarque aliud [14]) cogitabat atque aliud for-
tuna praeparabat. Et Pompeius quidem folitis artibus
bellum trahere cunctando victurus ceperat [15]) confilium
utile, fed fuorum impetu difcusfum et inefficax. Mi-
lites ad laborem [16]) nati otium ferre non poterant, fo-
cii patriae defiderio impatientes erant morae, principes

1) refundendum (refundendam Lem.)
2) L. *victos*. G. (victis Lem.)
3) reverfuros — L. *reverfuris*. G. fc. fi *victis* retineatur; ut *victos* fuaferat *reverfuros* fervaturis, fed hoc multo deterius.
4) ergo
5) fociorum
6) Apolloniam — cod. Apoloniam
7) cod. quadrimenftri
8) concionem — L. *concione*. G.
9) cod. *om.* et duo praecedentia in m. habet.
10) omnefque ut eum — F. *omnifque eum*. G.
11) tamen
12) haec tria *om.*
13) cod. fupragreditur
14) *om.*
15) coeperat — coeperat; Lem.
16) labores

ducis [1]) ambitionem in prorogando imperio arguebant. Tot vocibus conſiliiſque ſuperatus unus omnibus ceſſit invitus et raptanti omnia fortunae moeſtus frena laxavit decrevitque pugnare. Adhuc [2]) tamen rem [3]) trahebat; nam, quod quiſque nolens [4]) facit, quoad potest, differt. Caeſar dilationem oderat nec ſpera- 22
bat [5]) tamen poſſe Pompeium ullo ingenio ad pugnandum induci. Hac difficultate perplexus utiliſſimum belli genus elegit, ut motis caſtris in perpetuo motu eſſet neque unquam amplius, quam unum diem, uno ageret [6]) in loco. Hoc ſibi conſilium non una ratio ſuggerebat [7]). Noverat exercitum ſuum fortem duratumque laboribus, Pompeianum vero [8]) molliorem, verſatum in urbibus [9]) et diſcurſibus inſuetum; itaque circumdúcendo illum poſſe fatigari; ſe praeterea mutatione locorum, quod frumenta iam in agris eſſent, victurum uberius [10]) exercitum conſidebat. Illa autem ſpe potiſſimum movebatur, ſi forſitan ſe vagante hoſtis etiam moveretur et ſic inter eundum caſus aliquis atque occurſus exoptatae pugnae tribueret facultatem. Ex [11]) his omnibus hoc ul- 23
timum evenit, ut ſine ampliore [12]) diſcurſu pugnae daretur occaſio. Dum enim caſtra moturus, ut decreverat, ſignum dediſſet itineris et iam tentoria vellerentur, ecce iam mota Pompeii caſtra conſpiciunt, qui, ut diximus, victus voce omnium [13]) ſuo abiecto [14]) aliena conſilia ſequebatur et aſſumpta, ut fit, multorum hortatibus fiducia paulo ante eum diem in conſilio dixerat eventurum, ut ante congreſſum exercitus Cae-

1) duas — F. *ducis.* G.
2) Ad haec — F. *Adhuc.* G.
3) cod. rem tamen
4) volens — F. *nolens.* G.
5) ſuperabat — F. *ſperabat.* G.
6) agerent (Lem. ageret)
7) ſurgebat — L. *ſuggerebat.* G.
8) verbo — F. *vero.* G.
9) verbibus — F. *urbibus.* G.
10) urbibus — Videtur reponendum *commodius.* G. — commodius urbibus Lem. imperite. Ceterum hic locus varias explicationes vel emendationes admittit: mihi integer et per anacoluthiam explicandus videtur.
11) Et
12) ampliori
13) omnium vocibus
14) obico — F. *reiecto* aut *repudiato* aut ſimile quid. G. — reiecto Lem.

ſaris vinceretur, quibusdamque mirantibus addiderat
non ſe neſcium incredibilem [1]) prima facie rem videri,
dehinc egresſus latius [2]) expoſuit, cum equitatu abun-
darent, circumveniri omnes copias Caeſaris [3]) esſe
perfacile idque ſibi maturo conſilio iam proviſum [4]).
24 Quae cum pluribus verbis explicuisſet, Labienus ince-
pit et Pompeii ſententiam atque potentiam laudibus ad
coelum ferens et Caeſaris imbecillitatem oratione de-
primens inſolenti Noli, inquit, o Pompei, noli, in-
quam, opinari hunc exercitum illum esſe, qui Galliam
Germaniamque perdomuit. Omnibus interſui et, quid
loquar, ſcio. Non est ille, mihi crede. Magna [5]) pars
bello periit diuturno. Moriuntur in proeliis, non na-
ſcuntur, homines. Multi domum rediere, multi in
Italia ſunt relicti, multi proxima autumnali peſtilentia
periere [6]), reliquiae his ad Durachium proeliis [7]) ſunt
conſumptae. Denique ille veteranus exercitus mille
modis evanuit: nomen durat, milites non ſuperſunt.
Hic autem, quem videtis, ex dilectu [8]) novo ciſalpinae
25 Galliae et pars maior ex tranſpadanis conſtat. His di-
ctis, ne quid deesſet inſaniae, iuravit ſe, niſi victorem,
nunquam e proelio reverſurum, ceteroſque ad idem
iusiurandum verbis incitavit, nec minus exemplo Pom-
peius, dictum laudans iuranſque ſimiliter. Sic omnes
igitur iuraverunt, ut necesſe fuerit [9]) multos esſe per-
iuros. Ingenti gaudio tanquam feliciter rebus geſtis
nec minori ſpe e conſilio diſcesſerunt, iuramentum
tanti ducis de tam magna re velut arrham [10]) victoriae
tenentes. Digresſi autem e conſilio non ita multo
26 post, ut diximus, in aciem ſunt progresſi. Quos ubi
Caeſar, tum [11]) ipse etiam caſtra movens, advertit in
eum locum deſcendisſe, ubi aequo Marte certari posſet,

1) abdiderat non ſe veſtium increbulem — L. *addiderat, non ſe neſcium, incredibilem.* G.
2) latius ingresſus (pro *egr. l.*)
3) Caeſaris copias
4) cod. praeviſum
5) maior
6) *om.*
7) cod. Duracii proelium
8) dilecto — L. *dilectu.* G.
9) fuit — F. *fuerit.* G.
10) velud aram — cod. velut aram — L. *velut arrham.* G.
11) cod. cum

ſubſtitit et converſus ad ſuos Non est, inquit, modo
amplius de itinere, ſed de proelio laborandum. Adest
ecce nobis occaſio, quam ſemper optavimus, pu-
gnandi et finem laboribus imponendi. Haec dicens in-
ſtruere acies coepit omni, cuius erat peritisſimus[1]),
militari arte ſuoſque interim admonere[2]), ne ſe a mul-
titudine hoſtium circumveniri ſinerent, ſive id, quod
Pompeius in conſilio dixerat, erupisſet, ſive id futu-
rum animi[3]) praeſagio concepisſet, omnibus iubens,
ne iniusſu eius[4]) inciperent: ſe in tempore, quid agen-
dum esſet, ſigno indicaturum. Circumire inde[5]) acies 27
et animos verbis accendere virtutemque inſitam excita-
re commemoratione ſuae[6]) erga illos ſemper optimae
ac beneficae voluntatis. Inter[7]) alia non omiſit ſe
omnibus modis pacem quaeſivisſe, humilius[8]) etiam
forte[9]), quam deceret. Nominavit, per quos de pace
Pompeium aut Scipionem interpellasſet, ut publice eti-
am Tapsi[10]) amnis[11]) ad ripam de eodem mittendis[12])
ultro citroque legatis[13]) agere voluisſet, atque haec
omnia non metu aliquo, ſed pietate, ut civili ſangui-
ni[14]) parcerctur neque res publica paucorum furoribus
in magnas calamitates incideret[15]); ex adverſo autem
quam[16]) ſuperbe quamque impie vel neglectae petitio-
nes ſuae vel telorum etiam immisſione repulſae ma-
gnam nobilibus animis indignandi materiam praebuis-
ſent. His explicitis obſecrantibuſque militibus pugnae
ſignum dedit. Erat forte in exercitu Craſtinus, qui 28
priori tempore honeſto gradu ſub Caeſare militasſet,

1) potisſimus — L. *peritisſimus*. G.
2) admovere — L. *admonere*. G.
3) animo — F. *praeſago* aut *animi praeſagio*. G. (animi praeſagio Lem.)
4) cod. eius omnes
5) cod. videri
6) *om.*
7) voluntates inter — Lege et diſtingue *voluntatis. Inter alia*. G.
8) et humilius
9) forte etiam
10) Tampsi — Graevius ſtellulam praepoſuit — Apsi Lem.
11) cod. annis
12) de eodem nuteūque — F. *de mittendis*. G.
13) cod. de legatis
14) ſanguinem — cod. ſanguine — F. *ſanguini*. G.
15) haec novem *om.* (cod. ·p.)
16) cod. tam

tunc vero non militiae facramento, quo folutus erat, fed iure quodam amicitiae evocatus aderat, vir bellica virtute memorabilis. Hic Caefaris concione intellecta et figno proelii audito alacri vultu ac voce Sequimini me, inquit, manipulares olim[1]) mei, et imperatori veftro, quam debetis, operam exhibete[2]). Ultimum hoc proelium est, quo peracto ille fuam dignitatem, nos noftram recuperabimus libertatem. Dehinc verfus in Caefarem Faciam, inquit, hodie, imperator[3]), unde vel vivo mihi[4]) vel mortuo gratias agas. Haec dicens primus[5]) in hoftes impetum fecit, cumque dilecti milites circiter centum[6]) viginti voluntarie profecuti[7])
29 funt. Fuerat, ut aliqui tradidere, nec disfimile veri est, quidam[8]) utrinque[9]) in ipso pugnae principio pius torpor, qui ftrictos iam gladios contineret, nempe cum germani fuos fratres ab adverfa acie, parentes[10]) filios et parentes filii viderent, donec Craftinus hic praecipitanti rabie vocem tolleret pilumque torqueret. Ita proelium coeptum est, quod nifi unius furor hominis[11]) mifcuisfet[12]), poterat fortasfe ducibus ipsis patientibus citra Romani imperii humanique generis excidium mutua pietate componi. Sed proh dolor[13]) inventus est, qui Caefare ipso differente properaret. Neque ipse tamen[14]) tanti mali auctor abiit immunis, infixo in os gladio inter cadavera mox inventus atque recognitus, notatumque oris vulnere oris impetum punitum ultione iuftisfima. Concurfum est in campis Thesfaliae, quos Philippos[15]) vocant. Illum fibi locum Romae invidens fortuna delegerat, ubi ab hoftibus invictas

30

1) cod. enim
2) cod. exhibite
3) imperator hodie
4) cod. *om.*
5) primum
6) cod. *om.*
7) cod. profequuti
8) F. *partis.* G. (quidam Lem.)
9) utriufque — utriufque partis Lem.
10) cod. patres et
11) homines — et ita cod.
12) micuisfet — L. *mifcuisfet.* G.
13) dulor — L. *dolor.* G.
14) cod. *om.*
15) cod. Filipos — L. *Philippicos* aut *Philippeos.* G. (Philippos Lem.)

Romanas opes manibus Romanis everteret [1]) imperiumque ſupremum irreparabili clade protereret. De numero copiarum longe variant [2]) auctores: in magnitudine periculi omnes conſonant; plena omnia ſunt lamentis, et, qui minorem numerum dicunt, addunt tamen, unde [3]) immenſum quiddam [4]) lector posſit mente concipere. Annei quidem Flori, qui hanc rem 31
elegantisſima brevitate perſtrinxit, verba ſunt haec: Nullo unquam loco tantum virium populi Romani [5]) fortuna vidit: CCC [6]) et amplius milia bellatorum hinc illinc [7]), praeter auxilia regum [8]) et ſenatus. Idem Si belli, inquit, duces inſpicias, totus ſenatus in partibus; ſi exercitus, hinc undecim [9]) legiones, inde decem et octo, flos omnis et robur Italici ſanguinis; ſi auxilia ſociorum, hinc Gallici Germanique dilectus, inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tarcondimotus [10]), Corintus [11]), omnis Thraciae [12]), Capadociae [13]), Ciliciae [14]), Macedoniae, Graeciae, Aetoliae totiuſque robur orientis. Acies magno utrinque ordine ſteterunt [15]). Duces ne- 32
ſcio an omnium [16]) ſupremi, qui unquam arma tractaverint, nec excipio Africanum atque Hannibalem [17]). Nam quis horum utriuſque ſeu victorias, ne dicam bella, dinumeret ſeu rerum magnitudinem [18]) metiatur? Mirum tamen dictu, quomodo iam [19]) Pompeii ardor atque impetus vel aetate vel praeſagio quodam ac fortunae varietate lenteſceret [20]), ut, qui eum cerne-

1) cod. averteret
2) aliter narrant
3) noſtri (cum ſtellula) — (Lem. unde)
4) quidam — nec aliter cod. (Lem. quiddam)
5) Florus addit *tantum dignitatis*. G. (non addidit Lem.)
6) III C — cod. trecentum (CCC Lem.)
7) hic illic
8) regium — *Regum et ſenatus*, ſic Florus. G.
9) cod. XI
10) Tharcondimotus
11) cod. Corimtus — *Cothus* est in Floro. G.
12) omni Draciae — L. *omnis Thraciae*. G.
13) cod. Capadociaeque
14) Ciciliae — cod. Celiciaeque — L. *Ciliciae*. G.
15) ſteterant
16) omni — F. *omnium*. G.
17) cod. Anibalem
18) magnitudine — L. *magnitudinem*. G.
19) quoniam (pro *quomodo iam*)
20) luceſceret — F. *ſeneſceret* vel *langueſceret*. G. — langueſceret Lem.

ret[1]), quidvis[2]) potius, quam Pompeium, crederet. Quo
mirabilior mihi est ille totiens petitae pacis contemptus
atque illa ſpes victoriae. Sed et ipse tamen ſuos par-
tim magnifica partim miſerabili oratione [3]) cohortatus
est deſcenditque in proelium mundi partem maximam
33 ſecum trahens. Fuit autem inopinus ac mirabilis pu-
gnae finis. Nam cum aliquamdiu aequis viribus hinc
inde dimicarent[4]), Pompeius multitudine[5]) fiſus, ut
dictum est, ad circumveniendum Caeſarem equitatum
effunderet, ab utroque cornu Caeſar ſuis equitibus,
quos intentos in hanc rem fecerat, ſubito ſignum de-
dit, qui dicto citius in effuſos facto impetu vere illos
effuderunt et vertere terga coëgerunt. Secuta est e-
quitatum vis ardentisſima legionum, adeo conglobata,
ut quaſi una manus omnium [6]) videretur. Sic omnes
ſimul et ferire cerneres [7]) et urgere, ut ſuſtineri vir-
34 tus tam unita non posſet. Accesſit et levis fragor ac
ſtrepitus armaturae, magni [8]) denique inſtar exercitus
Caeſar [9]) ipse, ubique praeſens, utrumque ſimul ex-
hibens et fortisſimi militis et ſummi ducis officium, et
feriens et exhortans. Duae ex omnibus illius per
omnia diſcurrentis atque omnibus occurrentis voces
adnotatae memoriaeque [10]) mandatae ſunt, ferox altera,
ſed ad vincendum utilis: Miles, faciem feri; altera
autem pia, licet ad iactationem compoſitam Florus [11])
dicat: Miles, iam parce [12]) civibus. Illa enim vincere
ſatagentis [13]), haec vincentis ſeu iam victoris et miſe-
rantis vox fuit: illa in medio proelii [14]) ardore, hac [15])
iam victis et in fugam verſis hoſtibus uſus est. Illae
etiam piae voci conſentaneus actus fuit, quod cuilibet

1) cod. terreret
2) quid ius — F. *quidvis.* G.
3) miſerabilia ore — F. *miſerabili oratione.* G.
4) dimicaretur
5) L. *multitudini.* G.
6) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
7) ferine cernere — F. *ferire cerneres.* G.
8) cod. magis.
9) exercitus. Caeſar
10) cod. mememoriae
11) Florens — L. *Florus.* G.
12) parce iam
13) cod. ſatagnitis
14) proelio — L. *proelii.* G.
15) cod. ac

ſuorum uni hoſtium, quem[1]) optasſet, vitam dare permiſit; nec minus ille, quod in tanto conflictu nullus inventus est, niſi armatus, in acie cecidisſe. Pom- 35
peius turbatis ac territis[2]) ſuorum ordinibus tantae ruinae molem nec ſufferre valens nec attollere abiecit pondus imperii ſeque fugae credidit[3]), non tam vivere cupiens, quam metuens mori, ne ſecum totus exercitus moreretur[4]). Quo ſubmoto nemo[5]) amplius in acie ſtetit: documentum ingens, non ſemper plurium[6]) esſe victoriam, cum, ut apud ſcriptores conſtat, nil Pompeio magis[7]), quam ſuorum nocuerit multitudo. Non minus tamen, arbitror, nocuit indigeſta varietas, quae per unum frenari et regi nulla potuit ratione. Haec Theſſalicae[8]) pugnae finis fuit: 36
fuisſet et utinam[9]) Pompeii, ne in ſuum dedecus paucos vitae dies ageret[10]) longamque gloriam brevi ſpatio dehoneſtaret atque pollueret. Sed ſic erant[11]) res humanae. Nil tam altum, quod non posſit[12]) deprimi; nil tam clarum, quod non valeat obſcurari. Itaque tempeſtiva morte nihil melius[13]). Sed de hoc[14]) poſtea: nunc revertor ad Caeſarem[15]). Parta, ut di- 37
ctum est, victoria eum et Caeſar caſtra hoſtium cepisſet et Pompeiani aliqui in montem caſtris proximum profugisſent[16]), ſtudioſe egit cum militibus, ne in praedam intenti tempus labi ſinerent, quo maior negligeretur occaſio. Quod cum obtinuisſet[17]), montem circumvallare diſpoſuit. Hoſtes monti, quod inaquoſus erat, diffidentes abiere[18]). Quod Caeſar intelligens

1) quam — cod. cum (qūem Lem.
2) turbatus ac territus
3) tradidit
4) cod. moriretur
5) ne — L. *nemo*. G.
6) proelium
7) Pompeii magni — L. *Pompeio magno*. G. Male.
8) Theſſalianicae
9) ut etiam et (pro *fuisſet et utinam*)
10) egerat — F. *ageret*. G.
11) esſent — F. *tranſeunt*. G.
12) posſet — L. *posſit*. G.
13) cod. minus
14) hac
15) cod. poſtea revertar ad Caeſarem. Nunc parta etc.
16) effugisſent
17) obtinuisſent — L. *obtinuisſet*. G.
18) abire — L. *abiere*. G.

triſariam partitus eſt copias, ut pars in ſuis, pars in
Pompeii caſtris ad cuſtodiam reſideret, pars expedi-
tior ſecum iret ad hoſtes perſequendos[1]). Quos cum
non longo diſcurſus[2]) ſpatio prope eſſet, ut attinge-
ret, illi in montem alium conſcenderunt, cuius ad
38 radicem fluvius labebatur. Caeſar illic eos obſedit ac
militibus, quamvis labore diurno[3]) fatigatis et[4]) laſ-
ſitudo requiem et nox proxima ſuaderet[5]), perſua-
ſit[6]) tamen, ut[7]) quietis immemores novum ſuſcipe-
rent laborem et munitionibus[8]) interiectis flumen a
monte ſecernerent, quo nocturna clauſis praeriperetur
aquatio. Quod cum factum eſſet, territi deditionem[9])
per nuncios petiere, aliquot[10]) ſenatorii ordinis fuga[11])
per noctem clam dilapsis[12]). Diluculo igitur Caeſar
hoſtes e monte deſcendere atque ad terram omnes
arma proicere[13]) cum iuſsiſſet, cupide obtemperatum
est, tenſiſque ad eum palmis affuſi ac[14]) gementes ve-
niam petiere. Iuſsos aſsurgere nihilque metuere di-
miſit[15]) incolumes, ut non modo in corpore, ſed ne-
que ulla in[16]) re aliquid detrimenti[17]) paterentur, ve-
titis militibus aut[18]) quemquam laedere aut illorum
omnino quicquam[19]) concupiſcere. Profecto aliquid
inter hunc transfugamque[20]) eius Labienum interfuiſſe
39 facilis ac prompta[21]) diſcretio[22]) est. Caeſar laſſitudini
militum[23]) compasſus, ſuae vero negligens quietis le-
giones, quae ſecum fuerant, ad caſtra, quae VI. mi-

1) proſequendos
2) diſcurſu — et ita cod. — L. *diſcurſus.* G.
3) diuroo labore
4) cod. *om.*
5) cod. perſuaderet
6) cod. perſuadit
7) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
8) cod. primam *i* int. verſ. a m. ſ. habet.
9) cod. dedecionem territi
10) aliquid — F. *aliquibus.* G.
11) fugam — L. *fuga.* G.
12) delapsis
13) proiicere
14) et
15) iuſſit — F. *dimiſit.* G.
16) cod. *om.*
17) detrimenti aliquid
18) cod. haud
19) quidquam omnino
20) cod. traosfugiumque
21) facile ac propterea — Credo alludere ad captivos a Labieno necatos. ſed videntur corrupta. forte *facilis propterea.* G.
22) cod. diſcriptio
23) cod. militi

lia [1]) pasſuum a tergo aberant, redire praecipit [2]), ut
quieſcant; eas vero [3]), quae in caſtris remanſerant, ad
ſe venire imperat, ut laborent. Cum quibus eodem
ipso die Larisſam pervenit, qua iam Pompeius fugiendo
tranſierat. Ubi reditum est in caſtra, facta caeſorum
ratione deprehenſum est de legionibus atque equitatu
Pompeii XV. milia cecidisſe. Nam externarum gen-
tium et auxiliorum, quae de toto oriente convenerant,
innumerabilis ſtrages fuit, qui vagi et inermes [4]) nullo
ordine ad ſatietatem [5]) caedentium ſunt oppreſſi. Quo
die proſpiciens Caeſar adverſarios caeſos atque obtritos
campis haec [6]) ad verbum [7]) traditur dixisſe: Haec
voluerunt. Tantis rebus geſtis Gaius Caeſar conde-
mnatus esſem, niſi ab exercitu auxilium petisſem. Eo- 40
rum vero, qui [8]) deditione in poteſtatem Caeſaris [9])
venerunt, numerum [10]) XXIIII. milia [11]) et eo amplius
fuisſe compertum est. Capta quoque ſigna militaria
centum octuaginta [12]) et quinquaginta novem [13]) aqui-
lae. Inter caeſos fuit Craſtinus, ut dictum est, ar-
dentisſime dimicans, quem Caeſar eo proelio mira
virtute rem gesſisſe et de ſe optime meritum praedi-
cavit atque ita, ut praedixerat, vel mortuo gratias
egit. Periit et [14]) Domitius is, qui ad Corfinium [15]) ca-
ptus fuerat ac dimisſus. De parte Caeſaris nonniſi
ducenti [16]) milites ſunt amisſi, centuriones triginta,
viri excellentes. Mirum dictu Romanis ab utraque
parte pugnantibus eam fuisſe caedis imparitatem; ſed
Pompeium ſua illa iam [17]) vetus fortuna reliquerat.

1) vim — L. *VI millia.* G.
2) cod. praecepit
3) eos non — L. *eas vero, quae.* G.
4) inermes fuit — F. (*i.*) *fugerunt.* G. — Lem. (*i.*) fugerant
5) ſocietatem — L. *ſatietatem.* G.
6) hoc
7) adverbinm (pro *ad verbum*)
8) cod. quae
9) Caeſar — F. *Caeſaris.* G.
10) numero
11) M. — Eodem compendio, ſed ſuper numero, ut plerumque, poſito codicis ſcriptor uſus est.
12) CLXXX.
13) LVIII. — L. *VIII.* G.
14) cod. *om.*
15) Confinum — cod. Corfinum — L. *Corfinium.* G.
16) cod. ducentum
17) cod. *om.*

41 Hoc loco non videtur praetereunda filentio laudatisfima illa Caefaris virtus, modeftia[1]), cuius et Plinius Secundus et Seneca multique alii meminere[2]). Nempe cum inter alia in Pompeii caftris fcrinia[3]) invenisfet epiftolarum ad Pompeium a principibus directarum, ex quibus elici posfet[4]), quid contra fe quifque[5]) fenfisfet, quod ad rationem nondum finiti belli prodesfe potuisfe non est dubium, nec[6]) epiftolas legi nec aperiri fcrinia pasfus bona fide, ficut erant, obfignata et intacta combusfit[7]), et raro licet ac modice folitus fubirafci fatius duxit irae, ne ad fe accedere[8]) posfet, occurrere et opponere illi ignorantiam offenfarum, quam praefentem ratione[9]) moderari: mirum genus clementiae et omnibus victoriis[10]) recto fub iudice praeferendum penitufque ab Alexandri[11]) Macedonis confilio diverfum, qui non[12]) folum ultro oblatas hoftium epiftolas non combusfit[13]), fed, quod certisfimi funt auctores, fuorum litteras callide perquifivit, cognito[14]) eorum de fe iudicio fupplicium meditatus. Quamquam quid[15]) Alexandrum nomino[16])? omnium fere hominum[17]) confilia hac[18]) de re paria et Alexandrea[19]) potius, quam Caefarea[20]), esfe quis dubitet? Profecto, ut[21]) in multis, in hoc quoque unicus Caefar est. Sed Pompeii fugam profequor[22]).

42 Pulfus ergo Pompeius per Thesfalicas filvas uno equo, per Aegeum pelagus una navi fugiebat, Romani imperii pudor ingens, quod ille nutu rexerat. Sed fic

1) cod. ac modeftia
2) cod. a m. f. habet, deleto, quod manus prima fcripserat.
3) cod. fcrinea (ut paullo post)
4) cod. posfit
5) quilibet
6) cod. ne
7) cod. comburfit
8) cod. adacedere (*ad* int. verf. a m. pr.)
9) rationem — nec aliter cod.
10) victoribus — L. *victoriis*. G.
11) Alexandro (Lond. et Lem. Alexandri)
12) cod. *om.*
13) cod. cumburfit
14) cod. coguito ego
15) cod. ad
16) cod. nominis
17) cod. *om.*
18) cod. ac
19) cod. Allexandria
20) cod. Caefaria
21) cod. ut et
22) cod. *perequor*, e corr. *fequor*

eſt. Res hominum non ſtant, et quo maior [1]) eſt
altitudo, eo gravior ruina. Sic Leſbon [2]) inſulam
adiit, ubi ſua illa [3]) amantisſima coniunx [4]) erat,
receptoque carisſimo pignore illic depoſito a tergo
ſibi metuens mox diſcesſit, donec quibusdam ſuo-
rum asſecutis [5]) in infami ſeu inſula Cilicum ſeu ſco-
pulo deliberabundus ſubſtitit, an in Africam, an in
Aegyptum, an in Parthiam navigaret; et cum pro-
nus esſet in Parthiam [6]), rurſum ſuorum conſiliis [7])
victus in Aegyptum flexit, quodque in conſiliis cre-
brum est, illa ſententia ſuperavit, qua deterior nulla
erat. Nempe cum ab eo rege, cui [8]) tutor a ſenatu 43
datus regnum ſumma fide ſervaverat et paterna pietate
reſtituerat, et paterni iure hoſpitii et ſui in illum me-
riti auxilium petiturus inſauſtam puppim ad litus Ae-
gyptium [9]) appulisſet, cognito tanti viri ſolitario ad-
ventu rex impubes Ptolomaeus [10]) ex illius habitu for-
tunam coniectans et ſubita re turbatus, dum tumul-
tuario conſilio, quid agendum esſet, quaereret, con-
ſultore, ſi quis ibi [11]) fuit honeſtior, ſpadonum, vi-
lisſimorum hominum, ſententia ſuperato, ſeu metu
Romanorum, ut ſe excuſantes post dicebant, ſeu ſola
perfidia et [12]) contemptu eius fidem ſpernere et capta-
re gratiam victoris ac fortunae obſequi diffinitum [13])
eſt, misſique carnifices, qui e navi in ſcapham [14])
ſub praetextu procelloſi litoris cum paucis exceptum,
ut ad regem duceretur, interficerent. O fortuna ho- 44
minum et rerum exitus proſperarum. Sub filii atque
uxoris et amicorum oculis crudeliter interfectus eſt
gladio Achillae, ſaevisſimi hominis, atque Septimii,

1) minor — L. *maior*. G.
2) cod. Leſbum
3) *om.*
4) couiux
5) asſecutus — L. *asſecutis*. G.
6) Parthias
7) rurſus conſiliis ſuorum
8) qui — F. *cui*. G.
9) Aegyplum — L. *Aegyptium*. G.
10) cod. Tholomaeus
11) *om.*
12) ac
13) definilum
14) ſtaphau — cod. ſcafam — L. *ſcapham*. G.

viri immanisſimi, olim ſui, tunc regis [1]) militis, ſui autem deſertoris: pudor inexpiabilis [2]), Romanum civem ad Romanum principem trucidandum ſic Aegyptii et obſcoeni regis imperio paruisſe. O quanto erat honeſtior caſus, niſi Romana manus intervenisſet. Sed hanc malorum ſeriem fortuna texuerat, necubi civilis deesſet inſania. Si ad Indos pergeret, Romano, ut [3]) reor, gladio pereundum erat. Corpus [4]) in undas abiectum, caput reſervatum pio victori munus impium, donum donatario indignum, ſed donante dignisſimum. Navis, in qua uxor erat et filius, fuga evaſit; aliquot aliae captae crudeliterque habitae; captus et Lentulus ac perductus ad regem et in cuſtodia enecatus [5]). Hic Pompeii quidem, ſed non belli civilis [6]), exitus fuit.

CAPUT XXII.

Caeſar vero post victoriam Pompeii [7]) veſtigiis inſiſtens, quod paucitas fugam clandeſtinam faciebat, incertis indiciis in Aſia [8]) perrexit, ut [9]) illud nullo modo ſiluerim, quod, dum praemisſis legionibus ipse per Helleſpontum victor nulliuſque iam metuens unico parvoque navigio traiceret [10]) et forte Lucium [11]) Casſium, partis adverſae ducem, cum decem magnis navibus obvium habuisſet, ubi nemo alius non timuisſet, iſte ultro accesſit [12]) hortatuſque ad deditionem atque obedientem et ad ſe ſuppliciter venientem cum

1) regii
2) inexpugnabilis
3) *om.*
4) corpus eius
5) cod. enacatus
6) civili — nec aliter cod. (civilis Lem.)
7) cod. Pompeii victoriam
8) Lem. Aſiam — fortasſe recte.
9) malim *ubi.*
10) traiiceret
11) L.
12) cod. cesſit Quod ſequitur *hortatuſque*, conſtrue cum *ultro.*

tota classe suscepit [1]). Tantum Caesaris nomen erat,
ut ubique potens, ubique comitatus et magnis cir-
cumvallatus exercitibus [2]) crederetur. Supplice igi- 2
tur [3])-suscepto suum iter egit atque Ilion, Romanae [4])
urbis originem [5]), invisit, ut quidam prodidere. Ibi
audiens apud Cyprum insulam visum esse Pompeium
cogitansque, id quod erat [6]), in Aegyptum ire [7]), quod
et familiaritas regis et regni opportunitas suggerebat,
cum paucis Rhodiis [8]) navibus pauloque amplius, quam
tribus milibus [9]) peditum et nonnisi DCCC. equitibus
insecutus, eo, quod ceteri fere omnes et vulneribus et
morbis et lassitudine tenerentur, Alexandriam venit,
fisus [10]) et gestarum rerum et nominis sui famam
magni sibi exercitus instar esse [11]), ut ubique cum pau-
cis etiam tutus esset; quae pene eum spes [12]) fefellit.
Primo [13]) quidem adventu de Pompeii morte certior 3
factus aliquantisper haesit in litore, dum [14]) interea
missum sibi a rege per Theodotum, praeceptorem
suum, qui cum Photino [15]) eius caedis hortator fuerat,
Pompeii caput atque anulus [16]) offertur. Ingemuit
Caesar et lacrimas fudit, tanti viri et tanta sibi olim
familiaritate coniuncti casum [17]) miseratus, simul illud
intelligens, caede illa non sibi regem gratificari voluis-
se, sed fortunae, in se idem, si sors tulisset, ausu-
rum. Dehinc in terram egressus et ingressus Alexan- 4
driam exceptus est tumultu et clamore militum gravi,
quos illi urbi rex praesidii gratia dimiserat, querentium

1) cod. *om.*

2) exercitus — L. *exercitibus.* G.

3) ergo

4) suae

5) L. *urbem originis.* G. (urbis originem Lem.)

6) cod. deleto *erat* inscriptum a m. pr. habet *ire.*

7) cod. erat

8) et Hodiis — L. (*et*) *Rhodiis.* G.

9) quod inde — cod. quam tria milia — L. *quam III mil.* G. — quam III millibus Lem. — Fortasse *quam III ∞* vel *III M.*

10) fixus — et ita cod. ut solet. (fisus Lem.)

11) instar exercitus sibi fore

12) cod. spes eum

13) Pridem — F. *Primo.* G.

14) L. *cum.* G. (dum Lem.)

15) cod. Fotino

16) annulus

17) casus — L. *casum.* G.

premi [1]) Romanis fafcibus [2]) regiam maieftatem. Quo
compresfo quottidie [3]) motus alii atque alii oricban-
tur, quos [4]) ex ordine profequi otiofi fit, quibus Cae-
far in fua opinione firmatus, non fibi Pompeium peri-
isfe, fed regi, ad fe ftatim legiones, quas ex Pompe-
ianis militibus confcripserat, evocavit. Mille interea
tumultus et infultus, vixque aliud tempus periculo-
fius egit Caefar: nufquam magis necesfaria illi [5]) vir-
tus fuit, fine qua fama [6]) eum et geftarum rerum me-
5 moria [7]) non iuvisfet. Achillas, regius praefectus, hau-
fto Pompeii fanguine ebrius [8]) iam Caefaris fanguinem
fitiebat et collecto exercitu XX. milium [9]) armato-
rum [10]) victori quoque [11]) moliebatur infidias, a quo
iusfus exercitum dimittere non modo non paruit, fed
palam rebellis aciem pugnaturus inftruxit. In quo
quidem proelio cum clasfis regia, quae tunc cafu in
terram fubducta erat [12]), exureretur, flamma proxi-
mis tectis illapsa illam Philadelphi [13]) bibliothecam fa-
mofisfimam abfumpsit [14]), in qua erant librorum milia,
alibi quadraginta, alibi quadringenta reperio, et est
plane fimilis fyllabarum fonus, numerus longe disfi-
milis. Ita ignis adhuc ambiguo bellorum exitu de libris
immeritis triumphavit: non mediocre [15]) ftudiofae po-
fteritatis incommodum, tot nobilium ingeniorum mo-
6 nimenta [16]) uno incendio conflagrasfe. Multa ' ibi
praeterea nunc terreftria nunc navalia fuere certamina,
et civile bellum Aegyptus [17]) fibi abfente altera parte

1) primi — et ita cod. — L. *premi*. G.
2) faftibus — nec aliter cod. — L. *fafcibus*. G.
3) quotidie
4) quo — F. *quos*. G.
5) illi necesfaria
6) *om.*
7) memoriam — F. *fine qua eum geftarum rerum memoria non iuvisfet*. G.
8) eburus — L. *ebrius*. G.
9) *om.* (millium Lem.)
10) Adde *milium*. G.
11) cod. *om.*
12) *om.* — Adde *erat*. G.
13) cod. Philedelphi
14) asfumpserit — F. *confumfit*. G. (confumpsit Lem.)
15) modice — L. *modicum*. G.
16) monumenta
17) Aegyptum — L. *Aegyptus*. G.

ſuſceperat [1]), cuius ducem ipsa peremerat. Horum
certaminum in uno, cum anguſti [2]) esſent [3]) aditus [4])
unius clasſis ad alteram, aliquamdiu dilata res est,
unaquaque partium altera [5]) alterius tranſitum expe-
ctante, quod [6]) ſcilicet eius, quae primum tranſiret,
deterior conditio, quod explicari ex commodo [7]) inter
anguſtias non posſet [8]), et [9]) omnino expeditior pars
altera videretur. Erat clasſis Rhodiae praefectus Eu- 7
phranor [10]), et diſciplina rei bellicae et virtute animi
Romano ſimilior, quam Graeco. Hic dilationem videns
et cauſam dilationis intelligens ſic Caeſarem alloquitur:
Sentire mihi videor conſilium tuum, Caeſar: dubitas,
ne [11]), ſi haec vada primi ingredimur [12]), ante coga-
mur in proelium, quam reliqui ſequi posſint, at-
que [13]) ita iniquo Marte pugnemus. Sed hanc [14]) cu-
ram, Caeſar, mihi [15]) linque: non te fallam. Ego im-
petum hoſtium [16]) ſuſtinebo, dum comites conſequen-
tur [17]). Hos Aegyptios contra nos ex aequo ſtare et
hoc [18]) gloriari posſe doleo graviter et indignor. De- 8
lectatus Caeſar viri animo laudavit [19]) hortatuſque est.
Cum vero rumores nondum Romanis noti in exercitu
hoſtium crebeſcerent [20]), e Syria [21]) atque Cilicia ad-
ventare Caeſaris legiones, ſollicitiores ſolito Aegyptii
inſtructa clasſe commeatibus inſidiabantur. Quod au-
diens Caeſar eo clasſem dirigit, in qua Rhodius Eu-
phranor [22]), ut promiſerat, primus pugnam iniit,
ſemper vincere ſolitus. Sed fortuna eum, quod de

1) ſuſcepit
2) auguſti — et ita cod. (anguſti Lem.)
3) cod. esſet
4) additus — L. *aditus*. G.
5) *om*.
6) cod. quae
7) incommodo
8) posſe — et ita cod. — L. *posſet*. G.
9) *om*. — cod. inſuper habet *modo* post *et*.
10) Heu fravor — cod. Heufranor — L. *Euphranor*. G.
11) dubitasne
12) cod. primum ingrediremur
13) cod. *om*.
14) mihi
15) *om*.
16) hoſtium impetum
17) conſequantur
18) haec
19) cod. laudam̄ti
20) crebreſcerent
21) cod. Sycia
22) cod. Heufranor

multis facit, in fine reliquerat[1]); quamvis et tunc eti-
am vicit. Nam et obviam navim [2]) fregit demersit-
que [3]) et [4]), dum animosius aliam perurgeret [5]), nullo
opem [6]) ferente, seu quia [7]) virtuti eius adeo fide-
rent [8]), ut crederent auxilio non egere, seu, quod po-
tius reor, metu illos detinente, vincendo atque inse-
quendo deperiit unus [9]), et bene gestae rei laudem ade-
9 ptus et [10]) mortem. Erat apud Caesarem Ptolomaeus [11]),
quod plerisque [12]) natura evenit, aetate puer, callidi-
tate senex ac nequitia; erat autem forte sperans gra-
tiam Caesaris Pompeii morte promeruisse. Huic bel-
lum eo tempore cum Cleopatra sorore erat et coniu-
ge, quam quidam fratris [13]) in carcere tunc fuisse
confirmant. Sed, ubicunque esset, constat eam ad
Caesarem penetrasse seque ad ipsius genua proiecisse
orantem, ut ei [14]) partem regni restituere iuberet, ut
10 communis testamento patris cautum appareret. Et pe-
titio iusta erat, et insignis forma accendebat et regis
odium, qui Pompeii morte insolenter se Romanis ar-
mis immiscuisse videbatur. Tot causis adiuta iustitia
cum iussisset Caesar, ut regina soror in regnum resti-
tueretur, consiliarii, a quibus in dies Caesari insidiae
occulte parabantur [15]), audito eius imperio et Cleo-
patram simul timentes et Caesarem nec iam morae
locum esse [16]) extimantes ad apertam vim [17]) conversi

1) cod. relinquerat
2) navium — L. *navim*. G.
3) et demersit
4) Lem. At — Perperam; duo sunt, quibus praegressam sententiam, duabus et ipsam partibus constantem, scriptor confirmat: *et vicit Euphranor et periit*.
5) perurget
6) cod. ope
7) quod
8) viderent — L. *fiderent*. G.
9) unius — L. *unus*. G.
10) est — inepte.
11) cod. Phtolomaeus
12) pleris — cod. prae aliisque — F. *plerisque*. G. quod, quia aptius non succurrebat, recepi; etsi vix credibile est, scriptorem tam graviter de natura humana sensisse. Sed fortasse Aegyptios tantum intelligi voluit. cf. §. 11: *suorum similis*.
13) *om*.
14) cod. *om*.
15) haec triginta quinque (accendebat etc.) *om*. — Aliquid deest. G. — Lem. signa lacunae posuit.
16) cod. *om*.
17) viri — F. *vim*. G.

nocte proxima illum intra [1]) regiam obſederunt [2]).
Fuitque [3]) tunc maxime virtute [4]) opus eximia, quae
tot hoſtium tota nocte cum paucis impetum toleraret
incendioque propelleret vicinarum aedium. Fama est
timuiſse hoſtes, ne una cum Caeſare inter tenebras
opprimerent ſuum regem, quem ſalvum cupiebant, ut
qui [5]) poteſtate pueri ad omne [6]) ſcelus abutebantur,
ſicut nonnulli noſtra faciunt aetate, eamque Caeſaris [7])
ſalutis cauſam fuiſſe [8]). Ipse autem ſe in urbe parum
tutum ſentiens improviſus Pharon pene inſulam occupavit,
ut loco ſaltem tutior aliquantulum quieſceret,
quodque, ubi otii [9]) aliquid [10]) adesſet, inter bella
etiam [11]) cupidisſime factitabat [12]), lectioni ac ſcri-
pturae operam daret. Neque tamen diuturna reſpi- 11
randi contigit [13]) facultas. Inimici enim praeſentiam [14])
Caeſaris quaſi fulmen horrebant et, quod multis accidit,
periculum metuentes periculum maturabant.
Semper ergo conſilia, ſemper arma, ſemper inſidias
agitabant [15]). Interim vero, credo ego [16]) hoſtium ſuggeſtu,
legati Alexandrini ad Caeſarem venerunt regem
ſuum repoſcentes. Quibus ille ſe [17]) facilem [18]) praebuit.
Cum vero dimittere eum [19]) vellet, ille verſutisſimus
ac fallacisſimus puer et ſuorum ſimilis fictis cum lacrimis
Caeſarem precabatur, ne id faceret; neque enim
regnum ſuum [20]) ſibi esſe Caeſareo carius aſpectu. Quod
Caeſar audiens inhibitis lacrimis ſolatus est puerum:
Et ſi hunc, inquit, quem praetendis, animum habes,
cito ad me reverti et mecum esſe poteris. Nunc vade

1) cod. inter
2) cod. obſciderunt
3) Fuit
4) cod. virtutis
5) qua — L. *qui*. G.
6) *om.*
7) *om.*
8) extitiſſe
9) otii ubi
10) aliud (Lem. aliquid)
11) *om.*
12) facturabat — cod. faticabat — F. *factisabat*. G.
13) cod. contingit
14) potentiam
15) haec octo cod. *om.*
16) Puto *Ptolemei*. G. — Lem. *ego* retinuit; recte. *Hoſtes* ſunt conſiliarii illi, ab Alexandrinis oppidanis diverſi.
17) *om.*
18) Adde *ſe*. G.
19) cod. eum vero dimittere
20) *om.*

et tuorum deſiderio ſatis fac. Teque hortor et admoneo, ut amicitiam Romanam potius[1]), quam arma,
12 experiri velis. Sic admonitum[2]) dimiſit. Ille velut ferox belua vinculis[3]) emiſſa totis mox regni viribus contra Caeſarem conſpiravit, ut ſatis oſtenderet ſe primum prae gaudio lacrimatum. Pene laeti hoc eventu erant Caeſaris amici, tantam ſibi facilitatem atque[4]) clementiam esſe damnoſam, quod tam cito regem, quem in poteſtate haberet, petentibus remiſisſet, ut ſuperflua[5]) bonitas probati ducis puerili verſutia plecteretur[6]). Quaſi vero hoc Caeſaris bonitate ſola, non altiori[7]) conſilio geſtum esſet, ut et rex praeſens inciperet ſuis esſe contemptui (multa enim deſiderantur abſentia, quae[8]) praeſentia contemnuntur) et[9]) Alexandrini cognito nihil eis ſui regis[10]) adventu[11]) accrevisſe nihilque digresſu eius decrevisſe Romanis iure conſternarentur[12]). Nil enim magis animos populorum deicit[13]), quam ſubiecta oculis ſui ſuperioris inertia.
13 Ceterum contra hunc motum Caeſar ſolita virtute conſurgens cum eruptione hoſtium repentina ad claſſem ſuam tranſiturus in naviculam conſcendisſet, utque in tali periculo fieri ſolet, multorum aggeſtu[14]) aut impulſus aut alveo[15]) obruta demerſus in pelagus per ducentos[16]) pasſus enavit ad propinquam navim[17]). Sunt, qui paludamento in fluctibus dimiſſo enatasſe illum dicant, idque ſeu fortuito[18]) ſeu conſulto, ut hoſtes in illud ſagittis ac lapidibus intentos faceret: ſunt, qui paludamentum mordaciter[19]) trahentem[20]) ne hanc

1) plus
2) ad munitum — L. *admonitum*. G.
3) cod. vinclis
4) ac
5) ſuperbia — Adde (post *ut*) *nimia*. G. — ſuperior Lem. Male.
6) placeretur — cod. verteretur — F. *eluderetur*. G.
7) alitiore — L. *altiore*. G.
8) et
9) cod. *om.*
10) regni — L. *regis*. G.
11) cod. eventu
12) cod. cūſternereutur
13) deiicit
14) cod. a geſtu
15) cod. alvo
16) cod. ducentum
17) cod. navin
18) fortuitu — fortuito Lem.
19) mordicus
20) tenens — cod. trahentium — tenentem Lem.

quidem gloriandi materiam hoſtibus reliquisſe [1]) confirment [2]). Haec vulgatior et certioribus teſtibus ſuffulta ſententia est. Nam de eo nulla est [3]) dubietas, elevata [4]) illum ſiniſtra manu [5]) enavisſe, ne libellos, quos ea geſtabat, maris aqua perfunderet. Mox exceptus a ſuis nil moratus, ſed familiaribus [6]) illa ſua celeritate ac felicitate verſus in hoſtes incredibile [7]) quam ſubito clasſem regiam opprésſit ac cepit [8]).
Periit hoc congresſu Theodotus, totius mali artifex 14
commenti, omneſque ſimul Pompeii interfectores interfecti. Photinus [9]) et Ganymedes evaſisſe videbantur, ſed in fuga ipsi etiam miſera morte deleti ſunt. Nec minus in terra [10]) bellum erat [11]). Alexandrinorum caſtra, celſo loco poſita, expugnari ſine magno militum periculo non poterant. Sollicitus hac de re Caeſar advertit ſummum caſtrorum locum vacuum derelictum eo, quod ſuapte [12]) natura tutus videretur, omneſque vel pugnae vel ſpectaculi voluptate [13]) ad infima deſcendisſe. Ire illo aliquot cohortes iubet et occulto ambitu pervenire, praefecto his Carſuleno, viro forti [14]) et bellandi gnaro [15]). Quod cum factum 15
esſet, locus pene nullis [16]) deſenſoribus et [17]) his ipsis territis repente corripitur; et clamore ſublato et, qui infra erant, ſolito acrius pugnantibus totis caſtris ſine delectu [18]) exitus fuga fit et hinc quoque aliis [19]) ſuper alios ruentibus ſtrages ingens. XX. milia [20]) hoſtium hoc proelio caeſa ſunt, XII. [21]) milia [22]) dedita cum

1) cod. relinquisſe
2) confirmisſent — L. *confirment*. G.
3) *om.*
4) *om.*
5) Deest *elata*. G.
6) F. *familiari*. G. Nihil opus; duae res dicuntur Caeſari familiares fuisſe.
7) cod. incredibiliter
8) accepit — L. *ac cepit*. G.
9) cod. Fotinus
10) intra — cod. inter — L. *in terra*. G.
11) cod. belum erant Alex. etc.
12) cod. ſua parte
13) cod. voluntate
14) Curpheleno forti viro
15) cod. ignaro
16) nullus — F. *nudus*. G.
17) ex — L. *et his ipsis*. G.
18) deletu — F. *delectu*. G.
19) cod. et alii
20) M. — mil. Lem.
21) cod. duodecim
22) M. — mil. Lem.

LXX.[1]) longis navibus; D.[2]) ex victoribus periere.
Rex ipse e[3]) castris effugiens in scapham[4]) coniectus
et urgentibus, qui evadere simul festinabant, in mare
deiectus non ad suos, ut Caesar, sed ad pisces et[5])
ad fundum abiit, atque impulsum fluctibus cadaver
inventum in ripa et loricae aureae[6]) indicio cognitum.
Sic puerilis fraus in ipso flore nequitiae extincta: sic[7])
aliud agens Caesar generi ultor effectus et illius magni
viri manibus nocentissimorum hominum sanguine pa-
16 rentatum[8]) est. Post haec Alexandriam Caesar vi-
ctor[9]) ingreditur, tanta omnium civium reverentia,
tanto honore, quasi non ad domandos, sed ad libe-
randos advenisset: sic abiectis[10]) armis et id genus ve-
stis induti, qua placare iratos dominos precarique
veniam solebant, et ferentes sacra, quasi deo cuipiam
obviam egressi, seque et[11]) sua urbemque ipsam ei
supplices dedidere[12]); tanto insuper suorum[13]) gaudio
ducem suum e tot insidiis tantisque periculis cum sa-
lute et gloria evasisse cernentium, ut undique cumula-
tum dies ille praestantissimo imperatori fructum vir-
17 tutis attulisse videretur. Tum[14]) de regno disposuit
veritusque illud in provinciae formam redegisse[15]), ne
quando forte propter opulentiam regionis praeses ani-
mosior eo missus novandarum rerum materiam inve-
niret, Cleopatrae, cuius blanda consuetudine tenebatur
et cui iure etiam debebatur[16]), nec non[17]) et minori
eius fratri sceptrum dedit; quoniam[18]) maior male
monitus eius audierat. Minorem filiam Arsinoën[19])
regno eduxit, ne forte rebus adhuc teneris praetextu

1) cod. septnaginta
2) V^c^ — cod. D^o^ — V Lem.
3) *om.*
4) cod. scafam
5) cod. *om.*
6) cod. laureae
7) sic et
8) cod. paren tantum — in m. a m. pr. l' *placatum*
9) victor Caesar
10) ab initis — F. *abiectis*. G.
11) cod. *om.*
12) cod. dedire
13) *om.* — Adde *suorum* G.
14) cod. tamen
15) redigisse — L. *redigere*. G.
16) haec quinque cod. *om.*
17) necdum — F. *nec non*. G.
18) qoum
19) cod. Marsionem

illius puellae, quod aliquamdiu fecerat Ganymedes[1]), novi motus per alium orirentur. Aliquot ibi praeterea[2]) legiones[3]) liquit idque alto confilio, ut, quod ftatuerat, firmum esfet, quod nec antiquitas pueris[4]) nec civium amor Caefarem amantibus praeftare poterat, et gloriofum esfet nomini Romanorum reges ab eis fieri[5]) eorumque praefidiis[6]) teneri, fi in fide maufisfent; alioquin posfe, fi rebellasfent, eisdem ipsis[7]), quae ad eorum cuftodiam data erant[8]), auxiliis contineri. Haec[9]) geftorum per Caefarem in Aegypto, ni[10]) fallor, fumma est.

CAPUT XXIII.

Ex Aegypto Caefar in Syriam venit, vir[11]) ad laborem natus nec cesfare[12]) fciens nec quiefcere. Euntem nuncii ex Italia asfequuntur litteraeque Roma redditae. Omnium fententia una[13]) erat, multa et in urbe et in Italia[14]) perperam agi, quod pene necesfe[15]) abfentibus confulibus ac fenatu, multa in[16]) populo per tribunos plebis[17]) contentiofe, multa in exercitu ambitiofe atque ignare per tribunos militum[18]) ac praefectos legionum contraque difciplinam militae a maioribus inftitutam; ex quibus unum omnes concludebant, necesfarium eius

1) Ganimides — Ganimedes Lem.
2) cod. prepterea
3) *om.* — cod. legiones ibi — Deest *legiones*. G.
4) puris — L. *pueris*. G.
5) fit
6) prae — F. *conftitui, eorumque praefidiis teneri*. G. (fieri etc. Lem.)
7) cod. eis dimifis (pro *eisdem ipsis*)
8) cod. erat
9) Et
10) haec ni
11) *om.*
12) Caefare — F. *cedere*. G. (Lem. cesfare)
13) cod. *om.*
14) Italiam — L. *Italia*. G.
15) necesfarie — L. *necesfarium erat*. G.
16) *om.* — L. *multa a populo*. G. (m. in p. Lem.)
17) militum
18) militum nonnullos

2 reditum, necesſariam [1]) praeſentiam. Quibus rebus
etſi merito moveretur [2]), primum tamen arbitrabatur
eas terras, ubi tunc erat, ordinare, ut tranquillas et
imperio obſequentes redeundo [3]) dimitteret, ne diver-
ſos actus inculcando neutrum conſummaret. Id vero
ſe [4]) in Syria Ciliciaque [5]) et Aſia minori [6]) celerrime
peracturum confidebat [7]), quod nulla ibi [8]) belli ma-
teria appareret, in Bithynia autem ac [9]) Ponto pluſcu-
lum negotii ſupereſſe, Pharnace rege adhuc regiones
illas obtinente. Iuſſis ergo urbanis atque Italis rebus
uſque ad ipsius adventum conquieſcere ipse coepto fe-
3 ſtinus itinere Pharnacem petit. Appropinquanti Deio-
tarus, Galatiae [10]) tetrarcha, licet tunc de illa litigans,
rex autem minoris Armeniae [11]) a ſenatu conſtitutus,
depoſito omni ornatu regio et non ſolum privati, ſed
rei ſupplicisque habitu obviam venit et, cum audien-
tiam meruiſſet, Ego, inquit, o Caeſar, non inficior
me Pompeio faviſſe. Si erravi teque offendi, veniam
peto. Eram, Caeſar, ut [12]) fui ſemper atque ero, fi-
delis populo Romano [13]). Eram [14]) in his terris, quae
nullis tuis praeſidiis tenebantur, neque de Romanis
disſenſionibus cognoſcere meum erat. Quid agerem,
niſi quod a iuventute didiceram, obedire praeſenti-
4 bus [15])? Ad haec Caeſar: Multa in te et magna bene-
ficia mea, quibus olim conſul te tuumque [16]) regnum
honeſtavi, minime quidem [17]) tibi excidiſſe debuerant;
excuſatio autem erroris penitus nulla est tam prudenti
tamque induſtrio viro. Noſſe enim poteras et debebas,

1) necesſariamque
2) moneretur
3) *om.*
4) ne — Videtur delendum *ne*. G. (Lem. ſe)
5) cod. Ciciliaque
6) minore
7) cod. condidebat
8) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
9) et
10) Galachiae — cod. Galiciae — L. *Galatiae*. G.
11) cod. Arminiae
12) et
13) cod. Ro.
14) ero — L. *eram*. G.
15) parentibus — F. *imperantibus*. G.
16) teque tuum — L. *te tuumque*. G.
17) quidem minime — Adde *quae*. G. (minime quidem Lem.)

qui[1]) urbem Romam atque Italiam teneret, ubi ille esſet, ibi ſenatum populumque Romanum, ibi demum rem esſe publicam[2]). Contra autem, quis Lentulum et Marcellum conſules haberet, quidve inter tam disſimilia interesſet, ignorare non poteras. Ego tamen[3]) hanc culpam prioribus beneficiis atque obſequiis tuis et hoſpitio, quod tibi est mecum, et amicitiae antiquae et dignitati tuae atque aetati volens dono, inſuper et multorum precibus hoſpitum[4]) amicorumque[5]) tuorum, qui pro te[6]) ſaepius me rogarunt. De litigio autem tetrarchiae[7]) in tempore, quod iuſtum videbitur, diffiniam: te interea confidenter mecum agere et regio habitu uti volo. His dictis legionem unam 5
regis ex[8]) ſubditis ſuis Romano more inſtructam et quotcunque haberet equites ſecum ad bellum Ponticum mitti imperat. Cumque Deiotarus in omnibus paruisſet et ad eius regiam Caeſar priſtini[9]) more hoſpitii divertisſet cultuſque[10]) ſumma diligentia fuisſet, inventus est, qui Deiotarum coram Caeſare accuſaret, inſidias illum ſibi nocturnas tetendisſe. Extat[11]) elegantisſima Ciceronis regem defendentis oratio. Caeſari 6
Ponticos fines ingresſo legatio Pharnacis regis obviam venit: orat[12]), ut pacatus eius adventus ſit; regem enim[13]) prompto animo ſuis imperiis pariturum, neque indignum eius gratia, qui nunquam Pompeio Caeſariſque hoſtibus favisſet, quam fautor hoſtium Deiotarus invenisſet. Post haec illi coronam auream a ſuo rege transmisſam obtulerunt[14]). Erat Caeſari natura tum rerum tum verborum comitas[15]) multa atque manſuetudo, et legatos ad ſe misſos mitisſime

1) L. *quis*. G. Male; est relativum et ad *ille* referendum.
2) esſe rempublicam
3) cod. tantum
4) cod. hoſtium — e corr. *honeſtorum*
5) cod. amicorum
6) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
7) cod. tetrarchae
8) e
9) *om.*
10) culterque — L. *cultuſque.* G.
11) cod. eſtat
12) cod. Erat
13) cod. eius
14) obtulere
15) tonutas — L. *comitas.* G.

alloqui et, fi [1]) ufpiam errasfent, leniter [2]) admonere
7 mos illi perpetuus. Itaque legatis auditis Ego, inquit,
Pharnaci non infenfus, fed propitius advenio, modo,
quod verbis pollicetur, rebus impleat. Atque his di-
ctis laeta fronte duo verba fuperaddidit, quae mihi ex
ipso magnanimitatis gremio deprompta videantur. Vi-
dete autem, inquit, ne aut mihi Deiotarum ut indi-
gnum venia, quod contra me fteterit, aut regem ve-
ftrum adverfus [3]) me non ftetisfe ceu [4]) magnum ali-
quod beneficium apponatis [5]). Nam neque Deiotarus
tantam iniuriam neque rex vefter tantum beneficium
8 mihi contulit [6]), quantum vos putatis. Ille [7]) quidem
praeftitit, et [8]) offenfas meas ut ignofcere [9]) posfem
fupplicanti, quo mihi nihil est gratius, nihil, quod
cupidius faciam, et publicas ulcifci valeam libere [10]),
quod fortasfe non fic [11]) posfem [12]), fi in me fuisfet obfe-
quiofus, privata gratia publicis commodis, ut folita est,
obftante. Hic autem vefter non tam mihi confuluit, cui
coelitus de omnibus decreta victoria erat, quam fibi, ne
cum aliis vinceretur. Quifquis enim contra me venisfet [13]),
haud dubie victus abiisfet [14]). Hinc ego [15]) igitur quas
remittam privatas offenfiones nullas habeo, qui, ut
dicitis, nihil [16]) egit adverfus [17]) me: publicas remitto,
illas tamen [18]), quae irreparabiles funt, ut caedes ac
vulnera et ludibria civium Romanorum: praedas [19]) et
ablata reftituere, quantum [20]) potest, Romanis pariter
fociisque, publicanorum familias, quas per vim tenet,
emittere ad libertatem, fuper omnia Ponto excedere

1) cod. *om.*
2) leviter
3) cod. adverfum
4) feu — F. *ceu.* G.
5) opponatis
6) iutulit
7) cod. *deiotarus* a m. f. fup.
8) L. *ut* et dele fequens *ut*. G. Minime; *et offenfas meas et publicas* coniunge.
9) agnofcere — L. *ignofcere.* G.
10) libere ulcifci valeam
11) fic non
12) cod. posfe (addita *s*)
13) venit
14) abiit
15) ei — pro *Hinc* malim *Huc.*
16) nil
17) cod. adverfum
18) cod. tantum
19) praedes — L. *praedas.* G.
20) quae

ſtatim iubeo. Si paruerit, tum demum munera mihi
ab eo[1]) transmiſſa recipiam: alioquin ſpes concordiae
nulla est. Hoc reſponſum cum legati retuliſſent, Phar- 9
naces nihil verbo quidem, animo autem omnia recuſa-
vit[2]) ſperans Caeſaris diſceſſum non poſſe differri,
quem[3]) iam publice notum eſſet multis et magnis ex
cauſis redire in Italiam oportere. Itaque tergiverſari[4]),
ſimulare[5]) impedimenta, occupationes[6]) fingere, mo-
ras nectere, dilationes et nova pacta aucupari. Caeſar
fraudem (nec difficile erat) intelligens naturaliter inſitae
celeritati, qua ſaepe parvo temporis in ſpatio multa et
magna confecerat, conſilii[7]) calcar adiecit, properans[8]),
quae in Ponto agenda eſſent, expedire, quo matu-
rius ad Italiam navigaret. Venit igitur improviſus at- 10
que inexpectatus Telam[9]), Ponti oppidum; venit au-
tem quaſi fulmen veniens ferienſque ſimul atque abiens
ſic, ut unum ab alio internoſci nequeat. Rex ſubita
re perculſus, cum in aciem veniſſet, magno proelio
victus est. Tum compoſitis Ponti rebus et rege[10]) ad
ea, quae facturum ſe[11]) ſponte promiſerat, vi coacto
e Ponto totaque Aſia diſceſſit. Et haec omnia raptim
adeo geſta ſunt, ut de hoc bello Caeſar ipſe diceret
tria haec verba dumtaxat[12]): veni, vidi, vici; quaſi
victoriam indicans, non laborem. Alii dicunt dixiſſe
eum: veni[13]) et ante hoſtem, quam viderim[14]), vici.
Et haec quidem duo bella, Aegyptium et Ponticum,
quamquam non cum civibus geſta, civilibus tamen[15])
bellis inſerta ſunt. Nunc ad[16]) vere atque undique ci-
vile bellum redeat ſtilus.

1) ab eo mihi
2) haec octo cod. *om.*
3) qui — L. *quem iam.* G.
4) cod. *pro tergiverſabatur* a m. ſ. ſup.
5) ſimulari — L. *ſimulare.* G.
6) occupantes — L. *occupationes.* G.
7) L. *conſilio.* G. Male.
8) et properans
9) L. *Zelam.* G.
10) cod. regem
11) ſe facturum
12) duntaxat
13) cod. *om.*
14) viderem
15) cod. *om.*
16) cod. *om.*

CAPUT XXIIII.

Digreſsus Caeſar ex Aſia, ardentisſimi ſpiritus imperator, media hieme[1]) et adverſis tempeſtatibus abſque ulla intermisſione navigans ad XIIII. Kalendas Ianuarii[2]) Lilybaeum[3]) attigit et quamvis, ut dixi, Romam revocatus[4]) et Romae neceſſarius omnia tamen posthabenda imminenti bello cenſuit, quoniam fama erat Pompeianas partes in Africa maximis incrementis asſurgere. Unius ducis in locum duo ſucceſſerant, Cato et Scipio, et civili potentiae in Africam[5]) coactae externae quoque vires Iubae regis acceſſerant[6]), et ingentem undique quaſi de induſtria rerum molem fortuna collegerat, quo victoriam Caeſaris efficeret cla-
2 riorem et reges cum civibus miſcerentur. Eo igitur[7]) cum veniſſet, tentoria fixit in litore ita, ut pene undis abluerentur, ne quis dubitaret eum nihil aliud, quam tranſitum cogitare, esſentque ſui omnes horis omnibus parati. Et quamvis adverſantibus undis ac fluctibus remiges tamen in puppibus detinebat, ne more ſuo per licentiam vagarentur, ſed dicto obaudientes nec quaerendi uſquam[8]) esſent nec vocandi[9]). Creſcebat autem[10]) in dies fama hoſtilium copiarum: equitatus infinitus esſe dicebatur et regis[11]) quatuor, Scipionis autem (illi enim Cato[12]) ceſſerat) decem[13]) legiones, ad haec levis armaturae vis immenſa, claſſis
3 non una, ſed plurimae ac diverſae. Quibus nunciis Caeſar nihil[14]) movebatur, ſed ad occurrendum hoſtibus ingenti fiducia aſpirabat; quia[15]) cum paucis ta-

1) hyeme media
2) cod. Kl. Ian.
3) Lilillum — F. *Lilibaeum*. G.
4) evocatus
5) Africa
6) ſucceſſerant — L. *acceſſerant*. G.
7) ergo
8) cod. uſque
9) haec duo *om.*
10) ergo
11) regionis — F. *regiae*. G.
12) cod. *om.*
13) X.
14) nihil Caeſar
15) quod

men [1]) advenerat, non ſine animi labore augmentum [2]) ſui exercitus expectabat, qui diffuſis hac illac edictis [3]) cottidie [4]) augebatur. Neque illud inter praetereunda poſuerim. Fama quidem et opinio vetus invaluerat, non illa quidem caſu fortuito, ſed magnis ex cauſis originem habens, invictum [5]) in Africa Scipiones [6]) nomen, quod eo ſpectabat [7]), ut vulgari errore victoriam Scipionis futuram vaticinarentur. Id ubi Caeſar ſenſit, Et mihi alter, inquit, erit Scipio, protinuſque [8]) unum de gente Cornelia abiectisſimum [9]) hominem, qui propter morum contemptum vulgo Salvition [10]) dicebatur, habere in caſtris ſecum procuravit [11]) habuitque. Postquam vero ſex integras legiones 4
et duo milia [12]) equitum advenisſe cognovit, ſufficere ratus has copias navibus impoſuit, et his [13]) praemisſis ipse quoque, quamquam ſacris adverſa portenderentur [14]) et litanti hoſtia diffugisſet, quod diri ominis apud illos erat, contempsit alto animo, vel ob hoc ipsum victoria dignus [15]), licet ſuis haec irreligioſa [16]) fiducia videretur, ſolvitque a litore Siculo digredienſque praetori, qui tunc Siciliam obtinebat, quid fieri velit, imperat atque ita clasſem ſequitur VI. Kalendas Ianuarii [17]), ut appareat nonniſi pauculum tempus idque hibernum totamque hanc [18]) dilationem nonniſi dierum octo fuiſſe, quae ſibi anno longior, non dubitem, viſa erat. Postquam in Africam ventum est, ut 5
ſuperſtitionum opinionumque vulgarium, ſic [19]) omnium [20]) contemptor [21]) inanium apparuit. Siquidem

1) tantum
2) cod. augnmentum
3) cod. editis
4) cod. quotidie
5) infictum — L. *invictum*. G.
6) Scipionnm
7) cod. expectabat
8) protinus
9) abinimicisſimum — L. *abiectisſimum*. G.
10) cod. Salvicium
11) procurat
12) nouque (pro *et duo milia*) — F. *hc II. millia*. G. — duoque millia Lem.
13) iis
14) protenderentur — L. *portenderentur*. G.
15) cod. dignum (*m* e corr.)
16) cod. irrelliofa
17) cod. Kl. Iunii
18) *om.*
19) cod. ſicque
20) et
21) contemptator — L. *contemptor inanium*. G.

in deſcenſu navis accidit, ut caſu quodam ad terram laberetur [1]), et reliquis omine [2]) territis ipse non [3]) adverſus auguria tantummodo [4]), ſed adverſus omne periculum imperterritus et invictus omen [5]) vertit ad melius, renovans illud antiquum Scipionis Africani, et terram protentis [6]) ulnis amplexus Teneo, inquit, te [7]),
6 Africa. Sane cum [8]) Adrumentum perveniſſet atque ibi caſtra haberet, etſi animi omnium ſolito etiam ardentiores esſent, indignantes, quod post Pompeium et bellum et belli duces ſuperesſent, Plancus [9]) tamen, Caeſaris legatus, qui ſui ducis infatigabilem [10]) manſuetudinem cognoſcebat, ſeu pacis amore ſeu belli odio inductus Caeſarem adit: Et velleſne, inquit, imperator, ut cum Conſidio, qui nunc oppidum hoc cuſtodit [11]) (olim amicus mihi Romae fuit) aliquid de pace agerem, ſi quis apud eum, antequam cladium [12]) plus
7 accidat [13]), ſanioribus conſiliis locus esſet? Non negante Caeſare captivum quendam cum litteris in oppidum mittit. Qui cum Conſidium conveniſſet litteraſque porrigeret, Conſidius litteris non [14]) acceptis interrogavit: Et unde, ait, has tu mihi [15]) litteras? Reſpondit nuncius fati [16]) ſui neſcius: Et [17]) a Caeſare, inquit. Hic Conſidius exclamavit: Atqui [18]) unus est, inquit, hoc tempore imperator populi Romani Scipio. Quid mihi cum Caeſare? et haec dicens captivum ſub oculis ſuis [19]) iugulari imperat litteraſque ipsas ſigno integro
8 intactas ad Scipionem mittit. Reſponſo per diem noctemque nequicquam [20]) expectato Caeſar, quod et op-

1) liberetur — L. *laberetur.* G.
2) omnibus
3) *om.* — (Lem. habet *non*)
4) F. *non modo.* G.
5) cod. omeat
6) cod. terra procentis
7) te inquit
8) *om.* — L. *Sane Adrumetum cum perveniſſet.* G.
9) Plautus — L. *Plancus.* G.
10) cod. infaticabilem
11) Adde *et.* G. (Signa parentheſeos vulgo desunt. In codicis margine a m. pr. adſcriptum est *parenteſis*)
12) cod. gladium
13) cod. accedat
14) F. *eum.* G. (Lem. non)
15) mihi tu
16) et fati
17) *om.*
18) atque
19) *om.*
20) cod. non

pidum natura atque arte praevalidum et fibi eo loci non fat copiarum esfet, caftra iam movere[1]) coeperat, dum ecce et ex oppido repentina eruptio facta est et forte ita accidit, ut eodem ipso[2]) temporis momento equitatus[3]) a rege Iuba misfus interveniret. Itaque communicatis[4]) auxiliis et relicta caftra occupant et abeuntium ultimos invadunt. Siftit aciem Caefar et pauci contra multos egregie procliantur. Quo congresfu aliquot Gallorum equitum, qui Caefarem fequebantur, infignis et creditu difficilis virtus fuit; fiquidem triginta[5]) vel eo minus duo milia Maurorum equitum campo pepulerunt et in oppidum compulerunt. Quid hic aliud dicam, nifi quod, fi fic fua 9
omnes in patria[6]) pugnasfent, Romanum iugum non tam facile fubisfent[7])? Sed est[8]) hoc quibusdam infitum, ut, quo longius a patria difcedunt, eo propius[9]) ad virtutem bellicam accedere videantur. Quamquam vero[10]) eventu mirabili hic[11]) vicisfet[12]), erat tamen in exercitu pavor ingens ac triftitia, quod nec copiae Caefaris fecum esfent, et fe paucos ac[13]) plerofque[14]) tirones ad[15]) verfutisfimae gentis infidias et multitudinem[16]) hoftium infinitam[17]) quafi confulto ad necem duci arbitrabantur. Omnis tamen et pavoris et moeroris confolatio nonnifi in ipsius vultu ac fermone erat imperatoris, cui tantus vigor, tanta inerat alacritas, tanta excelfi[18]) figna animi et invicti, ut eius ductu[19]) atque confilio cuncta eis tuta ac[20]) facilia viderentur. Procedenti nunciatur[21]) fimulque con- 10
fpicitur hoftium exercitus Labieno duce, cuius ira in

1) movere iam
2) cod. *om.*
3) equitus — L. *equitatus.* G.
4) comitatis
5) XXX.
6) omnes in patria fua
7) fubiisfent
8) et
9) cod. proprius
10) cod. *om.*
11) L. *hi.* G. (hic Lem.)
12) vicisfent
13) et
14) cod. populIofque
15) de — F. *contra.* G.
16) cod. multitudine
17) cod. infinita
18) excelfa — L. *excelfi.* G.
19) cod. dictu
20) haec duo *om.*
21) Videtur deesfe *infequi hoftem.* G.

Caeſarem nullo modo leniri poterat [1]). Dum pars utraque ſubſtitisſet, ſubito multitudine hoſtium [2]) circumfuſa ab omni parte pugnatum est. Interea Labienus implacabili animo nec factis hoſtilibus contentus, niſi odioſa iuſuper verba iactaret, equo inſidens adaperto capite, ut a Caeſare posſet [3]) agnoſci, inter hortandum ſuos milites ipsos Caeſaris compellabat [4]), unum inter alios: Quid tu, aiebat, o miles [5]), tam feroculum [6]) te [7]) oſtentas? an et hic ſermonibus vos etiam faſcinavit [8])? veſtrae miſereor ſtultitiae, quae [9]) verbis illaqueatos et credulos ſic [10]) in mortem trahit. Contra haec miles [11]) Non ſum, inquit, Labiene [12]), tiro, qui facile verbis circumveniar [13]), ſed de legione decima veteranus. At [14]) Labienus Decem, ait, annorum [15]) ſigna non video. Ad haec miles [16]): Expecta; confeſtim me [17]), ni [18]) fallor, agnoſces. Et casſide capiti dempta piloque in Labienum magna vi contorto Labiene, inquit, en [19]) decimus [20]) miles ſum. Cumque his verbis equum pectore medio transfixit, mal-
11 lem [21]) hercle equitem transfixisſet. Hoc proelio omnes et praeſertim tirones pavidi et, ſi ſub alio duce militarent, ad fugam potius, quam ad pugnam, proni ſolum Caeſarem ſpectabant: in illo ſpes omnis ac fiducia; diu nil aliud agentes, quam tela impetumque hoſtium ſuſtinere; nec Caeſar ipse ſine ſollicitudine erat. Recollecto tandem animo, qui ſibi inter difficultates et in adverſitate creſcebat, tota corporis

1) haec duodecim *om.*
2) hoſtium multitudine
3) etiam posſet
4) compellaret — et ita cod. (compellabat Lem.)
5) Adde *tiro*. G. — Non addidit Lem.
6) cod. ferunculum
7) cod. *om.*
8) feſtinavit — cod. faſinavit — *Faſcinavit*, licet Hirtius de bello Africano dicat *infatuavit*. G.
9) qui — L. *quos*. G.
10) cod. *om.*
11) in cod. *ceſaris* a m. ſ. ſup.
12) Labiene inquit — cod. inquit, Labieni
13) cod. circumveniat
14) Ad haec
15) L. *decumanorum, ait*. G. — decumanorum Lem.
16) milites — L. *miles*. G.
17) cod. *om.*
18) niſi
19) an
20) F. *decumanus*. G. (decimus Lem.)
21) cod. male.

atque animi [1]) vi converſus [2]) in aciem hoſtium in-
fertur fecitque [3]), quod ſolitus erat: vicit adverſam-
que [4]) aciem vertit in fugam. Ex iis, qui [5]) hoc proe- 12
lio capti erant, transfugiſque quam plurimis [6]) intel-
lexit Caeſar hoſtes tantum multitudini ſuae fidere ea-
que ſpe tamque [7]) improba esſe iactantia [8]), tam prae-
terea contemptim de ipso ſentire, ut nihil niſi de cir-
cumveniendo et capiendo Caeſarem [9]) cogitarent; hoc
quidem Iubam regem [10]) in concione dixisſe, tantam
ſe bellatorum multitudinem adverſariis obiecturum [11]),
ut, et [12]) ſi nulla defenſione [13]) uterentur ſui, Caeſa-
riani occidendo eos fatigandi [14]) esſent atque vincendi;
novum genus victoriae et ſtulta regis [15]) cogitatio; ha-
bere tamen ſe gentes et ſibi fidas et bellis exercitatas,
habere auxilia Germanorum et Gallorum, habere ele-
phantes CXX. equitatum innumerabilem, peditum et
levis armaturae vim immenſam, ſagittarios, fundito-
res [16]) et quae ſunt id genus: Caeſarem vero [17]) pene
incomitatum, legiones veteranorum, quas de Italia
expectaret, diſcordare nec venturas esſe, ſic ex omni
parte victoriam promptam fore; et multa de hac re
vana [18]) iactare et quae [19]) ſibi ſtulti homines [20]) fingere
conſuevere. Post non multos enim [21]) dies affuit ex- 13
periendi facultas, et his omnibus copiis apertisſimos
in campos explicatis [22]) dimicatum est ab hora diei

1) *om.* — *Animi* videtur addendum. G.
2) cod. comensſus
3) fecit
4) cod. adversſam
5) cod. *om.*
6) cod. quampluribus
7) tamquam — F. *tamque.* G. — tam Lem.
8) improbam esſe iactantiam Lem.
9) Caeſare
10) regem Iubam — *Labienum.* ſic Hirtius, et verum. nam rex Iuba nondum aderat. G. — regem Iubam Lem.
11) abiecturum — L. *obiecturum.* G. — *ſubiecturum* Bentl. ad Hirt. p. 403. Oud. mſ.
12) ſe — Dele *ſe.* G.
13) offenſione
14) cod. fatigati
15) F. *Labieni.* G. (regis Lem.)
16) fundatores (funditores Lem.)
17) cod. *om.*
18) cod. *om.*
19) qui — L. *quae.* G.
20) ſtulti homines ſibi
21) Post nonnullos etiam
22) explicitos — L. *explicitis.* G.

V.[1]) uſque ad occaſum ſolis, vicitque ille incomitatus Caeſar, ut ſolebat: illac[2]) diverſis ex gentibus conſertisſimae acies effugere. Sub idem tempus ſeu tempeſtatibus adverſis ſeu metu claſſium hoſtilium cum e Sicilia commeatus ac Sardinia tardarent, tanta in caſtris Caeſaris fuit inopia, ut equites, qui diu agendo omnia et patiendo extremis neceſſitatibus extrema remedia adhibere didicisſent, algas litoreas dulcibus aquis ablutas[3]) iumentis apponerent eoque cibo
14 deficientia[4]) ſuſtentarent. Erat et vulgaris opinio non Caeſarem in Africam veniſſe, ſed unum aliquem ex legatis ſuis cum parte copiarum transmiſiſſe, ad quam tollendam litteras nunciosque per omnes provinciae civitates miſit adventumque ſuum omnibus notum fecit. Quo audito ſtatim multi viri nobiles ſuis ex urbibus profugi in caſtra Caeſaris venere ſibique de hoſtium ſaevitia atque intoleranda ſuperbia queſti ſunt. Quorum querimoniis ac fletibus motus Caeſar, quod facere per ſe ipſum in[5]) animo habebat, magis ac magis accelerare diſpoſuit litteraſque confeſtim in Siciliam[6]) miſit ad Allienum[7]) ceteroſque[8]), qui ibi pro partibus ſuis erant, ut excuſatione qualibet reiecta ad ſe omnes copias traiecerent[9]), Africam enim, ſi auxilium differatur, irreparabiliter vaſtari, ut nullis[10])
15 poſtea remediis[11]) locus esſet. Ipſe autem in hanc unam rem pronus adeo totus erat atque intentus, ut pene transformatus[12]) in virum alterum dies noctesque maria proſpectaret, quin et die proximo, ex quo litteras miſerat, morari claſſem atque exercitum quereretur: ſic eius animum pungebant populorum ac nobilium iniuriae et homicidia et oppidorum everſiones et villa-

1) quinta
2) et illae
3) ablutis — L. *ablutas*. G.
4) cod. ſufficentia
5) cod. *om.*
6) cod. Sicilia
7) cod. Alirenium — e corr. *Alienum*
8) cod. certoſque
9) traiicerent
10) nullus
11) remedio
12) cod. transferantur

rum incendia et rapinae, quae per totam provinciam
ſuorum hoſtium [1]) avaritia et crudelitate fervebant,
quorum malis profundisſime tangebatur et miſeris
opem ferre atque illorum [2]) indemnitatem non mi-
nus, quam ſuam victoriam exoptabat. Ipse ſe in- 16
terim caſtris validisſimis continebat, non quod de
victoria dubitaret, ſed post [3]) tot [4]) res geſtas et to-
tiens fuſos hoſtes de reliquiis belli cruentam victoriam
adipiſci dedecorum [5]) ſibi ſeque prorſus indignum iu-
dicabat; neque interim ullum [6]) diem intermittebat,
quo non vel per alios abſens vel ſub oculis ſuis exer-
citum et praecipue tirones militaribus inſtitutis im-
bueret [7]), in qua arte nulli hominum ſecundus fuit.
Fingebat ſeſe pavidum, praeterea et pavore ſapien-
tiam [8]) amplecti, quaſi ſuis viribus diffidentem, et
hoſtes de hac diffidentia exultantes aequo animo tole-
rabat, donec mutandi conſilii [9]) tempus esſet, uſque
adeo, ut Scipio, qui aliquamdiu paratus ad proelium
fuerat, Caeſarem ſpernens exercitum in caſtra redu-
ceret et pro concione diffidentiam ac deſperationem
Caeſaris praedicaret victoriamque certisſimam, quaſi
illam in manibus haberet, proximamque polliceretur.
Getuli interim Scipionis ſtipendia deſerentes alii in re- 17
gnum ſuum, alii in Caeſaris caſtra perveniunt, eo
maxime praetextu, quod et ipsi et patres [10]) eorum
G. [11]) Marii beneficiis obſtricti esſent, cuius affinem
Caeſarem opinarentur. Id, quamvis ſub eo aliquo-
ties [12]) militasſet, tam procul a [13]) vero tamen aberat,
ut, cum Caeſar nobilisſimus Romanorum esſet, Ma-

1) cod. *om.*
2) illis
3) cod. propter
4) *om.*
5) cod. deorſum — in m. *P dedecorum* — f. dedecoroſum
6) cod. nullum
7) inſtitutiones imburet — L. *inſtitutionibus imbueret.* G.
8) F. *pavorem ſapienti* (voluit, credo, *ſapientia*) vel *ſapienter.* G. — pavorem ſapienter Lem. Nil mutandum; fingebat ſe pavidum et pavore motum ſapientiam et cautionem pro audacia amplecti.
9) conſilium
10) parentes
11) Sex. — *C. Marii.* tamen etiam paulo infra dicit *Sex. Marii.* G. (§ 19. ubi v.)
12) aliquoties
13) *om.*

rius ruſticanae et ne [1]) Romanae quidem fuiſſet originis. Ipse tamen [2]) ex his electos viros in Getuliam [3]) mittit, ut totius [4]) gentis animos ſibi concilient [5]). Interim quoque et Criſpus Saluſtius [6]) praetor convehendis commeatibus cum claſſe directus a Caeſare ingentem frumenti vinique copiam transmiſit, et Allienus [7]) proconſul, ut diximus evocatus a Caeſare, duabus legionibus et DCCC. equitibus Gallis [8]) et levis armaturae mille [9]) in naves impoſitis claſſem ſolvit a Lilybaco cumque his copiis et altero commeatu navigatione uſus proſpera quarto [10]) die in portum ad Ruſpinam, ubi Caeſar expectans caſtra habebat, applicuit.
18 Legionum ſimul et commeatuum gemina cura liberatus Caeſar ac gemino gaudio perfuſus iubet eos quiete alterna maritimum expurgare [11]) faſtidium ſeque gerendis rebus corporibus [12]) atque animis praeparare. Creverat autem in dies Scipionis ac ſuorum admiratio ſuper dilatione Caeſarea, quid [13]) ita laceſſere ſolitus lenteſceret, ut laceſſeretur, expectans; iamque ſuperior ille contemptus in ſollicitudinem [14]) et in metum verterat. Itaque Getulos duos ex his [15]), qui ſecum erant quoſque fidiſſimos extimabat, multis promiſſis oneratos in caſtra Caeſaris ire et explorare, quid illic geratur, imperat. Hi comprehenſi et ad Caeſarem perducti petierunt, ut de ſe loqui ſine diſcrimine ſine-
19 rentur. Permiſſa licentia haec locuti ſunt: Saepe quidem, imperator, Getuli non nos ſoli, ſed alii plures [16]), qui adverſis in caſtris militamus, clientes G. [17])

1) cod. *om.*
2) cod. tantum
3) cod. Getulla
4) totiens — L. *totius.* G.
5) conſiliaret — F. *conciliaret.* G.
6) Salluſtius
7) cod. Abienus — in m. a m. ſ. *aliin Aliremus l' Alienus*
8) cod. *om.*
9) X — L. *mille.* G.
10) cod. IIII^or^
11) expugnare
12) corporalibus — L. *corporibus.* G.
13) quod
14) ſolitudinem — L. *ſolicitudinem.* G. (ſollic. Lem.)
15) iis
16) cod. *om.*
17) Sex. — Scilicet librarius *G* numeri ſenarii notam eſſe putabat. (C. Lem)

Marii, fere omnes cives Romani ad te tranſire decrevimus, ſed cuſtodiis praepediti nequivimus. Nunc ad tua caſtra explorandi gratia venire iuſſi paruimus non libenter modo, ſed ardenter. Eo enim mittebamur, quo iam dudum ire cupiebamus. Caeſar et laude illos et ſtipendio proſecutus est. Eorum verbis exitus fidem [1]) fecit: die inſequenti multi eiusdem gentis a Scipione ad Caeſarem transfugerunt. Incidit in hos dies 20
evidentiſſimum militaris erga Caeſarem fidei argumentum, quod, ne ſilentio obruatur, impetrat [2]). E claſſe ſcilicet Allieni [3]), de qua ſupra diximus, dum e Sicilia in Africam traicit [4]), navis una, cum a reliquarum tramite deerraſſet, ad Aegimurum inſulam delata in manus hoſtium venit, in qua et veterani et tirones et centurio [5]) unus erat, qui [6]) ſub fida cuſtodia [7]), ſed ſine iniuria ad Scipionem eum [8]) perducti eſſent, ille eos verbis ſic aggreditur: Scio ego, ait [9]), vos non veſtra voluntate ſeu conſilio, ſed illius veſtri nequiſſimi ducis imperio atque inſtinctu [10]) contra rem publicam [11]) coniuraſſe. Nunc quoniam vos caſus optabilis noſtri fecit arbitrii, ſi quod ultro facere deberetis, orati facitis, ut dimiſſis ſceleratis atque rebellibus cives bonos et [12]) rem publicam [13]) defendatis, et ſalva vobis vita erit et parata pecunia. Dicite ergo, quid vobis est animi. Haec [14]) dicens minime dubitabat illos ſibi pro tanta oblatione gratias eſſe acturos. At centurio ille, vir [15]) immobilis fidei dignuſque, qui 21

1) exit finem — F. *exitus fidem*. G.

2) L. *imperat*. G. Minime. cf. Rer. memor. L. III. cap. 3. p. 457: et brevitate et gratia, ne excludantur, impetrant. ib. L. IIII. c. 4. p. 477: huiusmodi quidem viſio — Italiae miſerabilis ſtrages, ut vera fuiſſe videatur et inter veras referatur, impetrat. Similiter *obtinere* poſitum est Ep. rer. ſen. L. VIII. ep. 6. p. 840.

3) cod. Alieni

4) traiiceret

5) turio — L. *centurio*. G.

6) cod. qui cum (*cum* int. verſ.)

7) cod. ſub fide cuſtodienda

8) cod. *om.*

9) *om.*

10) cod. inſtructu

11) cod. .p.

12) cod. at

13) cod. .p.

14) et haec

15) cod. vir ille

pro deo [1]) faceret, quod pro homine faciebat, Ego, inquit, o Scipio, neque enim te imperatorem voco, cum unus mihi ſit imperator Caeſar, ego, inquam [2]), pro tanto beneficio tibi [3]) gratias ago, qui mihi et pecuniam offeras, quam dare nullo iure teneris [4]), et vitam, quam iure belli [5]) poſſis eripere, et fortaſſis hoc beneficio tuo uterer, ni [6]) flagitium illi ingens et munere ipso maius esſet admixtum. Quomodo enim ego [7]) contra imperatorem meum Caeſarem, a quo bellicis honoribus decoratus [8]) ſum, contraque illum exercitum, pro cuius victoria et gloria XXXVI. annos et eo plus [9]) decertavi, arma [10]) portarem? Iſtud ego nunquam faciam neque tu, ſi me velles audire, iſtud faceres, et valde te hortor, ut deſinas et incepto [11]) inutili pedem retrahas [12]). Nam, ſi neſcis, contra quem ducem contraque [13]) quem exercitum pugnes, experiri iam nunc potes. Sume de tuis omnibus cohortem unam, quamcunque iudicas firmiorem: ego de commilitonibus meis, nunc captivis tuis, X. ſolos [14]) eligam. Iube nos confligere tuque imparis proelii ſpectator ex eventu iudica, quid tibi de copiis tuis omnibus deque belli exitu ſit ſperandum [15]).

22 Haec cum centurio aliter ac ſperabat [16]) conſtanti vultu atque animo et [17]) clara voce dixisſet, iratus et contriſtatus Scipio ſuis centurionibus ſignum dedit, ut in illum irruerent. Quo occiſo reliquos veteranos a tironibus ſegregatos et ſuppliciis multis affectos iusſit interfici, infando ſcelere maculatos et ſanguine civium

1) cod. deo $\overline{no}$ ($\overline{nu}$ int. verſ. a m. ſ.)
2) inqnit
3) cod. *om.*
4) tenearis
5) belli iure
6) utere in — F. *uterer, ni.* G.
7) cod. *om.*
8) honeſtatus
9) amplius
10) cod. et arma
11) L. *ab incoepto.* G.
12) cod. trahas
13) contra
14) ſolas — nec aliter cod. (Lond. et Lem. ſolos)
15) ſuperandum — L. *ſperandum.* G.
16) Adde *Scipio.* G. (non addidit Lem.)
17) *om.*

impinguatos [1]) vocans, tironibus, velut innocentibus,
vitam liquit [2]) eoſque ſuis legionibus iusſit aſcribi.
Turbatus hac de [3]) re Caeſar, cum in praeſens aliud
non poſſet, in eos, qui cum navibus longis ad maris
cuſtodiam deputati erant, iram effudit eoſque gravi
infamia notatos [4]) exautoravit, quod eorum ſegnitie
navis illa cum militibus ſuis in poteſtatem hoſtium
veniſſe videbatur. His diebus portentum admirabile 23
in caſtris Caeſaris accidit [5]): nocturno tempore nimbus
lapideo imbre diffuſus [6]), ſimulque legionis unius te-
lorum ſummitates a nemine immisſus ignis concrema-
vit. Iuba rex, qui dudum optaverat in partem belli
venire et copias ſuas cum Scipione coniungere, ſed
bellis propriis regnique laboribus revocatus coeptis
abſtiterat, venit tandem cum ingenti hominum mul-
titudine. Verum non in numero, ſed in virtute mi-
litum victoria et belli gloria ſita est. Diu expectatus
igitur cum [7]) fuisſet [8]) adventus magna cum ſpe
atque opinione Romanorum, mox ut venit, qui [9])
ſtupori fuerat, coepit eſſe contemptui, fecitque prae-
ſentia [10]), quod ſolita est: auctoritatem [11]) et famam
regis imminuit. Caeſar vero, ubi coactis in unum [12]) 24
locum omnibus hoſtium copiis [13]) intellexit nullam bel-
lo amplius moram fore, omni [14]) ope ſe ad bellum
parat. Contigitque [15]), ut Caeſare cum legionibus pro-
greſſo Iuba et Scipio ſimul et Labienus ſumma vi
equitatum eius invaderent. Quod ille ſentiens ex iti-
nere verſis retro copiis iam terga vertentibus opem
tulit, qua firmati reſtiterunt et Numidas inſequentes
mutato ſtatu proelii [16]) fuderunt multiſque eorum

1) inpignatos — L. *impinguatos*. G.
2) linquit (Lem. liquit)
3) cod. *om.*
4) notatos infamia
5) cod. *om.*
6) diffuſus est
7) F. *eius*. G.
8) fuit
9) cum
10) potentia — L. *praeſentia*. G.
11) cod. ſcilicet auctoritatem (*ſcilicet* int. verſ. a m. pr.)
12) unum in
13) *om.* — Adde *copiis*. G.
14) omnium
15) cod. contingitque
16) militato ſtatu proelio — L. *mutato ſtatu proelii*. G.

caesis in castra confugere coëgerunt; et nisi nox superveniens pulvisque vento valido impulsus pugnantibus obstitisset, parum absuit, quin Iuba cum Labieno oppresso omni eorum [1]) equitatu et consumpta tota
25 levi armatura in Caesaris manus inciderent [2]). Multi tamen in dies de exercitu hostium ad Caesaris castra transibant. Sicut [3]) autem hac via eius exercitus augebatur, sic altera [4]) minuebatur, quoniam [5]) multos et nominatos seu seditiosos seu rapaces seu infidos [6]) seu aliter inutiles bello viros notatos infamia a se suoque exercitu abdicavit atque abire confestim iussit ex Africa centurionibus traditos [7]), qui eos nonnisi cum singulis servis separatim [8]) in navibus asportandos imponerent. Dum haec in Romanorum exercitibus fierent, Getuli in patriam suam [9]) missi fama Caesaris cuncta compleverant suisque persuaserant rebellare usque adeo, ut armis arreptis contra regem absentem agere praesumerent; quod ille audiens necesse habuit partem suorum auxiliorum, quae [10]) in Caesarem
26 comparaverat, pro regni defensione remittere. Obsidebat [11]) interea Caesar [12]) Utzittam, Africae [13]) urbem, quae regio Getulico praesidio tenebatur et, quantum intelligi datur, Scipionis ac regiis castris iuncta erat, eamque [14]) et aggeribus et machinis et balistis astrinxerat. In ea obsidione coeperant intrinseci, ut fit, cum extrinsecis colloqui, idque Caesari non molestum erat cogitanti, quid boni ei colloquio inesse posset. Nempe regii equitatus nobiliores, filii eorum, qui veteribus [15]) Marii beneficiis obstricti fuerant, eoque et

1) rerum — F. *eorum.* G.
2) inciderunt — L. *inciderent.* G. — incideret Lem.
3) cod. Sic
4) cod. altera hostium — quod, si significare possit factum esse, ut minus hostium in eo essent, bene habent.
5) quamvis
6) invidos — male.
7) tradita (Lem. traditos)
8) cod. separati
9) suam patriam
10) quam
11) cod. Obsiderat
12) Caesar interea
13) Vt zittam Affrico — cod. Zitam Africae — L. *Vzitam Africae.* G.
14) cod. eaque
15) cod. viventibus

nomen et memoriam viri illius amantes noctu prima
face mille vel circiter cum equis ac [1]) ſervis ſuis [2])
in Caeſaris caſtra moenibus vicina transfugere. Quo 27
tam [3]) inſigni tranſitu, nec immerito [4]), perturbatus
Scipio et qui ſecum erant coeperant obſervare, ne id
fieret, dum [5]) interea M. Aquinium cum C. Saſerna
colloquentem adverterunt; miſitque ad eum Scipio,
non expedire eo tempore cum hoſtibus colloqui. Ille
nuncium parvi pendens contumaciter reſpondit: Et
ſtabo, inquit, adhuc, donec expleam, quod incepi.
Tum rex motus viatorem ſuum miſit, qui audiente
collocutore ei diceret: Rex colloquium iſtud damnat
ac prohibet. Hoc audito paruit atque abſceſſit. Mi- 28
ratur [6]) huius [7]) ſcriptor hiſtoriae, unde hoc [8]) civi
Romano, ei [9]) praeſertim, qui honores a populo per-
cepiſſet, adhuc ſtante re publica [10]) Iubae, regi bar-
baro, potius, quam imperatori Romani exercitus pa-
ruiſſe. Mirum non inficior. Sed haud dubie valde in
dies, quantum mihi apparet, Scipio et [11]) inter ſuos
vileſcebat, quod ita eſſe ſequens quoque actus indicio
est. Nempe Iuba non in Aquinium modo, exiguum
ſenatorem, iuſtum imperium confidenter exercuit [12]),
ſed iniuſtum atque arrogans in ipſum etiam Scipio-
nem, non dicam imperatorem eo tempore, ſed prae-
ter imperium honoribus geſtis et vetuſtiſſimae familiae
ſplendore venerabilem. Qui cum ante regis adventum
veſte purpurea uteretur, dixit ei Iuba vel dici fecit
non decere illum eadem veſte ſecum [13]) uti. Et pa-
ruit ignaviſſimo homini, licet regi, miſer ille et ma-
ioribus ſuis diſſimillimus; qui, ſi ibi [14]) eſſent, Iu-

1) et
2) *om.*
3) cod. qua cauſa (pro *quo tam*)
4) cod. immerito Scipio (*Scipio* int. verſ. a m. ſ.)
5) haec undecim cod. *om.* — L. *cum.* G.
6) cod. Miratus
7) cod h̄
8) haec
9) cod. et
10) cod. .p.
11) etiam
12) cod. litteram c int. verſ. habet.
13) ſecum veſte
14) cod. ſibi (pro *ſi ibi*)

bam [1]), vere [2]) hoc mihi videor dicturus, haudquaquam [3]) pari amicitia dignarentur. Stulta res prorſus et inepta cum Caeſare illum velle contendere, qui pa-
29 reret [4]) Iubae. Iam fortuna reliquias Pompeianarum partium campis explicuerat, ut eas ultima falce demeteret. Hoc tempore multi fuerunt [5]) inſultus Labieni et Afranii non ſine periculo, multa Caeſaris vigilantia iugiſque ſollicitudo in docendo minutisſima [6]) quoque militiae et milites etiam veteranos et rebus in [7]) maximis comprobatos, non quaſi imperator [8]), ſed quaſi magiſter ludi armorum, quorum magiſter vere omnium ſummus fuit. Sollicitabat enim [9]) eius animum ſuorum atque hoſtium conditio. Timebant enim equites pugnam propter [10]) equorum iacturam, quos hoſtes ſagittis occidebant, et pedites more Romano armati et armorum mole praegravati levis armaturae hoſtium velocitate fatigabantur. Timebantur etiam elephantes tam a peditibus, ne proculcarentur, quam ab equitibus, quod eorum ſtridorem atque odorem inſolitum equi horrebant. Sed huic parti remedium adhibuerat adducendo elephantes in caſtra [11]) et aliquos [12]) in Italiam mittendo ad eruditionem novorum exercituum, ut et pedites diſcerent, ubinam armati etiam [13]) vulnerari posſent, et equi horrificae [14]) beluae [15]) asſueſcerent et horrere deſinerent [16]); atque ita effectum est, ut formidabile animal manibus pertractatum interque equos verſatum pro-
30 ſpecta ſua tarditate vileſceret. Illud quoque providentisſimi ducis augebat curam, quod inſidioſisſima cum gente [17]) rem gerebat asſuetus dimicare cum Gal-

1) cod. Iuba
2) cod. vero
3) cod. haud quamquam
4) cod. paret
5) fuere
6) munitisſima — F. *minutisſima quaeque militiae.* G.
7) *om.*
8) cod. imperii
9) cod. *om.*
10) prope — L. *propter.* G.
11) cod. caſtris
12) Graevius ſtellulam praepoſuit.
13) cod. et
14) honorificae — L. *horrificae.* G.
15) cod. belluae
16) cod. et horrorem ſinerent
17) inſidioſisſimo cum rege

lis, apertis hominibus et inſidiarum neſciis nec [1]) fraudibus, ſed virtute bellantibus. Timebat, ne militum ſuorum, quorum virtuti ſatis fidebat, circumſpectio contra inſolitum genus hoſtis non ſufficeret, ideoque cottidie [2]) per experientiam circumducebat, ut diſcerent hoſtium mores noſſe, quam diverſi eſſent ab antiquis hoſtibus, diſcerent [3]) ſemper intentis animis eſſe, omnia circumſpicere et cavere. Has inter ducis curas 31
atque exercitia iam ſupremae pugnae tempus appropinquabat. Et primo quidem Caeſar exercitum diligenter inſtructum ſecus hoſtium caſtra deduxit et aequo in loco ordinatis aciebus illos ad proelium invitabat expectabatque [4]) eos uſque ad veſperam: ubi illos videt pertinaciter recuſare, ſub noctem in caſtra [5]) revertitur. Diſcedens autem inſectante eum [6]) Labieno, fugato tamen nec inſequi deſiſtente, improbo quidem transfuga et malo, hoſtes iam inde digreſſos et ſatis prementibus ad Tapson [7]) caſtra habentes invenit ad pugnam diſpoſitos et aciem inſtruentes. Inſtruit et 32
ipse ſuam aciem confeſtim [8]) omni arte, qua per ſummum ducem inſtrui acies ulla potest. Quin etiam ex equo deſcendens inter ipsos pedites pedibus ambulabat atque omnes et ſingulos verbis pro tempore brevibus, ſed efficaciſſimis, hortabatur. Oro vos, aiebat, veteranorum virtutem aemulamini et eorum famam tot paratam [9]) victoriis poſſidere nitimini [10]). Haec victoria glorioſos vos faciet ac famoſos. Haec et ſimilia loquens exercitum ambiendo et ſemper oculos habens ad caſtra hoſtium advertit illos trepidare et more paventium nunc egredi, nunc regredi [11]), utrumque

1) non
2) Adde *eos*. G. — cf. ad XXI, 12.
3) cod. diſtarent
4) expectabat ad — L. *expectabatque eos*. G.
5) cod. ſub nocte in caſtrum
6) cum — in cod. *e* e corr. — F. *eum*. G.
7) cod. Tapsom
8) cod. confeſtin
9) partam
10) utimini — L. *nitimini*. G.
11) haec duo *om*. — Supple ex Hirtio: *nunc ſe recipere*. G. — Ea verba Lem. imperite post *paventium* collocavit.

ſine ordine. Hoc ipſe primus, poſt alii atque alii per-
33 penderunt. Itaque legati evocatique, qui in caſtris erant,
Caeſarem adeunt: Et da, inquiunt, imperator, pugnae
ſignum nec[1]) dubita. Vincimus haud[2]) dubie, ſi pu-
gnamus. Reſiſtente Caeſare inflammatis deſideriis mi-
litum atque aciem[3]) ſuſtentante ac fremente et ſu-
binde exclamante non ſibi placere eruptione pugnari
(factus enim erat iam[4]) ad bella cunctantior[5]) et ali-
quid de illa ſua naturali celeritate remiſerat, non
quod[6]) animi minus, ſed quod plus providentiae[7])
haberet, veritus, credo, ne quando eum[8]) ſua illa
34 fortuna tot et tantis victoriis fatigata defereret) dum
ſic igitur[9]) impetum frenat ac comprimit, repente,
quod nullo unquam proelio auditum erat, cornu ab
altero imperatoris iniuſſu claſſicum[10]) inſonuit, quo
univerſus exercitus arrectus ſigna in adverſos ferre
coeperat, centurionibus lingua et manu nequicquam
renitentibus. Senſit Caeſar pugnae horam adveniſſe
et accenſos in pugnam verbis coërcere fruſtra eſſe: et
ipſe igitur frena laxavit datoque[11]) ſigno felicitatis
equoque calcaribus adacto primus in hoſtium princi-
35 pes[12]) invehitur. Impetus a dextro cornu in elephan-
tes a ſagittariis et funditoribus factus beluas[13]) inex-
pertas et[14]) tantum a ſilva venientes avertit retro in
ſuos. Secuta eſt fuga equitum Maurorum, eodem-
que impetu occupatum vallum Scipionis per Caeſaria-
nos[15]), cuſtodibus interfectis aut fugatis; et iam co-
piis eius per campos effuſis ac deiectis fugamque pe-

1) ne
2) cod. haec haud
3) cod. acie
4) cod. *om.*
5) cunctacior — cunctatior Lem. — *ſtrepentior* noſter ſupra dixit XVIII, 3. *cunctantior* Ep. rer. ſen. L. V. ep. 1. p. 791. *algentior* et *tepentior* ib. *cunctantius* ib. L. VIII. ep. 2. p. 831. *videntior* ep. 6. p. 839. *latentior* L. III. ep. 6. p. 777.
6) cod. *om.*
7) providentiae plus
8) illum
9) ergo
10) cod. claſſidum
11) cod. dato quoque
12) princeps — L. *principes.* G.
13) cod. belluas
14) cod. in
15) Caeſareanos (Lem. Caeſarianos)

tentibus Caeſareae [1]) legiones inſecutae [2]) nihil laxamenti nullumque reſpirandi ſpatium dedere [3]). Illi 36
alia caſtra petentes, ut ibi ſe reparatis animis tuerentur, ubi [4]) nullum illic vel ducem vel praeſidium viderunt [5]), iam defenſionis ſpe amisſa arma magna ex parte proieiunt [6]), ut expeditiores ad caſtra regis evaderent. Quo cum venisſent, ea quoque fugato rege a Caeſarianis capta conſpiciunt. Tum depoſita ſpe ſalutis quendam in locum editum ſe recipiunt atque inde ſalutationem [7]) militarem armorum, quae [8]) ſupererant, motu faciunt, quod petendae miſericordiae ſignum erat. Sed nihil eis profuit. Militibus veteranis ira et dolore inflammatis et in caedem [9]) obſtinatis ac rabidis non modo perſuaderi, ut hoſtibus parcerent, non potuit, ſed aliquot etiam illuſtres viros de numero ſuorum, quod pro miſeris [10]) intercedere auſi fuerant frenantes impetum et in cives miſericordiae [11]) admonentes, quam virtutem duci ſuo norant esſe gratisſimam, inflictis vulneribus occiderunt. In quibus fuit Iulius Ruffus [12]) 37
quaeſtorius, qui a milite iaculo traiectus interiit, nec non et Pompeius Ruffus [13]) brachium [14]) gladio percusſus occidebatur, niſi ad Caeſarem confugisſet. Tantus tamque indomitus militum ardor erat, tanta ex memoria geſtarum rerum confidentia ac peccandi licentia, tanta ex odio reſiſtentium cruoris ſitis, ut multi exemplo territi ſenatores et Romani equites campis [15]) excederent, ne in ſimile diſerimen [16]) inciderent. Quin et ipse Caeſar pro miſeris intercesſit agenſque [17]) non

1) cod. Caeſaricae
2) cod. *om.*
3) *om.* — Adde *illis dederunt.* G. — dederunt Lem.
4) niſi — Videtur delendum *niſi.* G.
5) cod. viderent
6) proiiciunt
7) cod. ſaluationem
8) *om.* — L. *armorum, quae ſupererant, motu.* G.
9) cod. caede
10) miſeriis — L. *miſeris.* G.
11) minime — Aliquid deest, forte *ſaeviendum.* G.
12) Rufus
13) Rufus
14) cod. Brachini
15) cod. *om.*
16) diſcrimine — L. *diſcrimen.* G.
17) cod. genſque

pro imperio, fed amicis precibus, ne perirent, nihil
obtinuit: ad unum inexpiabili odio caefi omnes. Hic
bellorum civilium fructus [1]) erat: hic[2]) crudelitas,
38 illic[3]) mors. Non est vifa feriptoribus antiquis nec
mihi etiam videtur filentio praeterennda inter hos me-
tus[4]) veterani[5]) virtus militis quintae legionis. Nam
dum pugnaretur et laevo in cornu elephas[6]) vulnera-
tus et dolore vulneris irritatus[7]) forte[8]) inermem in
lixam[9]) irruisfet et fubftratum pedibus ac mole cor-
poris oppresfum et[10]) magnis ftridoribus territum con-
ficeret, horrendo fpectaculo ad mifericordiam motus
ftricto gladio occurrit[11]) laturus opem, feram licet;
iam enim ille mifer expiraverat[12]). Cum vero ele-
phas[13]) fefe ferro peti vidit, omisfo cadavere verfus
in militem probofcide[14]) circumventum in altum extu-
lit. Senfit miles, ubi esfet, et fibi aut viriliter agen-
dum aut viriliter moriendum esfe cognovit. Gladio
igitur[15]), quem[16]) in manibus habebat, probofcidem[17])
beluae[18]) vinculumque[19]) fuum crebris et[20]) repetitis
ictibus perforat, quo victus elephas[21]) cruciatu fpuit
ad terram militem incolumem et folito cum ftridore
ad beluas compares[22]) curfu[23]) rapido fe convertit.
Tantum[24]) valet in periculo[25]) praefentem[26]) et[27]) in-
39 territum animum habere. Caefar trina caftra[28]) ade-
ptus Scipionis, Iubae et Labieni, caefis X. milibus[29])

1) cod. *om.*
2) hinc
3) cod. illuc — illioc Lem.
4) motus
5) cod. ante corr. *veteri* habebat.
6) cod. elephans
7) cod. irritatur
8) cod. fortem
9) cod. lixiam
10) cod. *om.*
11) cod. acuruit — in m. a m. f. *l'cucurit*
12) exprimaverat — F. *expiraverat.* G.
13) cod. elephans
14) cod. probofidem
15) ergo
16) cod. quod
17) cod. probofidem
18) belluae
19) cod. vinctumque
20) *om.*
21) cod. elephans
22) compares beluas
23) cod. tautum curfu
24) cod. *om.*
25) cod. pericul̄
26) praefente
27) *om.*
28) caftra hoftium
29) *om.* — Adde *milibus.* G.

hoſtium, fuſis aliis ac fugatis, L. de[1]) ſuis tantum
deperditis[2]), aliquot autem vulneratis in caſtra regre-
ditur, LIIII. elephantis[3]) captis, armatis more ſolito
et turribus inſtructis; quos eodem, quo capti erant,
ornatu[4]) ante oppidum Tapson addnci[5]) iusſit, haec[6])
intendens[7]), ſi forte Virgilius[8]), loci cuſtos, et qui
ſecum erant exemplo ſuorum moti ab[9]) inſita obſti-
natione deſiſtere et ad ſe tranſire vellent; cumque[10])
hac oſtentatione nihil[11]) proficeret[12]), Virgilium[13]) no-
minatim evocari[14]) fecit cumque blando ſermone et
ſuae clementiae commemoratione[15]) ad tranſitum co-
hortatus est, cumque[16]) ille ſilentio ſe teneret, quod
praevalidus locus erat, pauliſper ab oppido ſeceſsit.
Poſtera[17]) autem die ſacrificio diis[18]) facto dignus vir, 40
qui uni et vere[19]) deo ſacrificium faceret et pro eo[20])
pugnaret, convocato[21]) exercitu ſpectantibus oppidanis
milites pro concione collaudat et viros egregios pro
qualitate meritorum[22]) donis ornat ingentibns, confe-
ſtimque diſcedens Rebilum[23]) proconſulem cum ali-
quot cohortibus ad Tapson[24]), ubi, ut diximus, Vir-
gilius[25]) praeerat, Gn.[26]) Domitium[27]) cnm aliquot
aliis ad Tisdram, ubi Conſidius erat, obſidendam lin-
quit[28]), M. Mesſallam[29]) cum equitatu Uticam prae-
mittit, ipse cum exercitu primum[30]) ſubſequitur. Mi- 41

1) *om.*
2) cod. perditis
3) LIV elephantibus
4) cod. ornati
5) abduci
6) cod. ac
7) videns
8) Vergilius
9) *om.*
10) cum
11) nihil hac oſtentatione
12) cod. praeficeret
13) Vergilium
14) cod. nominatim convocari
15) commemoratione clementiae
16) cum
17) poſtero
18) Deis
19) vero
20) cod. quo
21) cod. et vocato
22) cod. miſteriorum
23) Reblium
24) Tapsum
25) Vergilius
26) cod. Uuum ſive
27) Dommicum — L. *Domitium*. G.
28) cod. liquit
29) cod. Maſelam
30) F. *quamprimum*. licet ſenſus requireret, ut legeretur *eodem*, ut apud Hirtium. G. — quam primum Lem. — Locus gravius affectus videtur. cf. § 49. niſi forte

lites interea Scipionis, qui pugna evaſerant, fugientes Uticam verſus eum Parandam [1]) pervenisſent, quo prius Caeſareae victoriae fama pervenerat [2]), eumque ab [3]) incolis exeluſi moenibus oppidi illud viribus expugnasſent, nondum propter adverſitatem ferocitatis obliti ingenti lignorum ſtrue [4]) foro medio erecta aggeſtiſque rebus omnibus incolarum, quae [5]) aſportari non posſent [6]), ſuperimpoſitis una cum hominibus oppidi, nullo diſcrimine aetatis aut ſexus omnes atque omnia crudeli incendio combusſerunt et [7]) quaſi inſigni
42 facinore perpetrato Uticam proficiſcuntur. Illam urbem M. Cato tunc regebat, qui propriis viribus diffiſus inermem plebem muris expulerat et [8]) extra portam vallo foſſaque et cuſtodibus adhibitis circumcluſerat, ſenatum vero urbis in cuſtodia incluſum detinebat [9]). Equites Scipionis ſupervenientes a Catone excluſos [10]) Uticenſes invaſere, quod eos pro Caeſare ſenſisſe [11]) coguoverant, quorum exitio [12]) non praeda, ſed ſola ultio quaerebatur. Illi, quibus audita victoria Caeſaris animos fecerat, ſe ſaxis ac fuſtibus egregie [13])
43 defenderunt [14]). Inde igitur [15]) repulſi equites Uticam ſunt ingresſi multoſque Uticenſium occiderunt: expugnatis ac [16]) direptis occiſorum domibus abire decreverant. Quibus Cato multis verbis perſuadere nitebatur, ut rapinis ac caedibus finem facientes ſecum remanerent oppidumque defenderent, neque id [17]) perſuadere ullo [18]) valens ingenio et intentionem eorum intelli-

ſimpliciter delendum est *primum*, ut XXV, 7. ubi item post *exercitu* in edd. male inculcatum est.

1) Pardam — cod. int. verſ. a m. ſ. ſup. *oppidum*

2) cod. erat

3) urbis — F. *ab urbis incolis.* G.

4) cod. ſtacione

5) cod. in m. a m. ſ. habet.

6) Adde *ac.* G. Imo *aggeſtis* pro adiectivo habe.

7) cod. *om.*

8) cod. *om.*

9) detine — L. *detinebat.* G.

10) excluſi

11) cenſisſe — L. *ſenſisſe.* G.

12) exercitio — F. *exitio* vel *excidio.* G. — excidio Lem.

13) cod. egregie ſe

14) defenderent — L. *defenderunt.* G.

15) ergo

16) atque

17) hoc

18) cod. praeſuadere nullo

gens, quae erat praedae intendere, non virtuti (mira,
praeſertim in homiuibus victis, inteutio) ut[1]) eorum
inopportunam[2]) avaritiam aliqua ex parte compeſce-
ret, centena ſextertia[3]) diſperſit in ſingulos. Idem
de ſua pecunia ſecit et Fauſtus Sylla, et[4]), quando[5])
nec[6]) ſic[7]) retineri[8]) poterant, hic cum eis Iubae in
regnum iter arripuit. Venerunt post hos alii atque 44
alii ex[9]) proelio ſugientes, quos omnes ad tutelam
urbis hortatus, cum paucis conſilium placere et maio-
rem partem ſtudio fugae[10]) deditam videret, loqui de
hoc amplius ſuperſedit[11]), ſed naves eis ad ſugiendum,
quocunque libuisſet, praebuit. Tandem vero rebus
omnibus quanto quivit accuratius diſpoſitis liberiſque[12]),
qui tunc ei quaeſtor erat, per fidem[13]) amicitiae com-
mendatis nulla cuiquam ne levi quidem horrendi pro-
poſiti ſuſpicione data vultu et ſermone ſolito ac[14])
tranquillo cubitum ivit ſecumque in cubile[15]) et Pla-
tonis librum immortalitatem animae continentem ſimul
et gladium clam invexit, alterum, quo mori vellet,
alterum, quo posſet. Lecto igitur ad lucernam libro, 45
quoad ſibi lectione[16]) firmitatem animi asſumpsisſe vi-
ſus[17]) est, paululum ſubticuit, tum[18]) gladio, quem
ad illum diem, ut aiunt, incorruptum ab omni caede
ſervaverat, in ſe ipsum ſtricto pectus illud, quod con-
ſtantiae templum aliquod habebatur, gemino vulnere
confixit. Aliquo forſan[19]) indicio experrecti medici

1) cod. ante corr. *et* habebat.
2) oportunam — L. *importunam.* G. (inopportunam Lem.) — *inopportunis precibus* Rer. mem. L. III. c. 3. p. 449. *inopportunus conſolator* Ep. rer. fam. L. IIII. ep. 6. p. 630.
3) ſexterna — L. *ſextertia.* Fuerunt centum ſeſtertii, non ſeſtertia. G. — ſeſtertios Lem.
4) cod. *om.*
5) quoniam
6) *om.*
7) cod. *om.*
8) Adde *non.* G.
9) in
10) fugae ſtudio
11) haec quinque *om.* — Deest *amplius hortari deſtitit* aut quid ſimile. G. — Lem. etiam ſequens *ſed* omiſit.
12) Adde *ſuis L. Caeſari.* G. — Sane aliquid horum deest.
13) cod. er. perfide
14) et
15) cubiculum
16) cod. lecto
17) cod. niſus
18) cum — cod. tamen — L. *tum.* G.
19) cod. forſam

atque amici et[1]) thalamum introgresſi remedia adhi-
bere[2]) vulneribus niſi[3]), quod ille aequo tulit animo,
ut ſe ab illorum vexatione liberaret. His digresſis et
ferro, ut auguror, ablato ſurrexit ille iterum et[4])
revelatis reſciſsiſque[5]) vulneribus ingenti ſanguinis co-
pia[6]) inſecuta generoſum ſpiritum manu extruſit.
46 Quam mortem Seneca miris modis laudat, in ean-
dem[7]) ipse quoque ſententiam[8]) pronus, Cicero autem
excuſat, Auguſtinus rectius et vituperat et accenſat; et[9])
mihi prorſus ſic[10]) videtur: Cato magni ſemper et
conſtantis, ſed in finem[11]), ſi de tanto viro loqui au-
ſim, inconſulti praecipitiſque et, ut vere dicam, vani
animi fuiſſe. Nam, ut ait quidam ſcriptor egregius,
Cato videtur cauſam quaeſiſſe[12]) moriendi non tam,
ut Caeſarem fugeret, quam, ut Stoicorum decretis
obtemperaret, quos ſectabatur, ſuumque nomen grandi
aliquo facinore clarificaret. Cui[13]) quid mali[14]) potue-
rit accidere, ſi viveret, non[15]) invenio. Gaius enim[16])
Caeſar, ut erat clemens, nihil aliud efficere volebat,
etiam[17]) in[18]) ipso[19]) belli civilis ardore, quam, ut
bene mereri de re publica[20]) videretur, duobus opti-
47 mis civibus Cicerone et Catone ſervatis. Haec ille. Et
certe horum alteri[21]) clementisſimus Caeſar fuit, alte-

1) ad

2) cod. adhibuere (*u* int. verſ. a m. pr. addita)

3) Adde *ſunt*. G.

4) cod. *om.*

5) cod. reciſiſqne

6) copia ſanguinis

7) cod. eadem

8) cod. ſententia

9) cod. *om.*

10) *Sic* delendum, et diſtinctio. relegendum: *Mihi prorſus videtur Cato*. G. — Lem. vulgatam lectionem et punctum post *videtur* retinuit et infra *fuit* dedit pro *fuiſſe*.

11) L. *in fine*. G. — *in finem* ſupra VIIII, 11 legimus. et legitur infra XXV, 22. add. Ep. rer. ſen. L. VIII. ep. 6. p. 841: vereor, ne tu in finem iure optimo de me dicas.

12) quaeſiviſſe

13) An

14) Adde *illi*. G. Non addidit Lem.

15) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.

16) cod. tamen

17) cod. et

18) et

19) ipsi — nec aliter cod. Sed de Remed. utr. for. L. II. dial. CXVIII. extr. p. 207, ubi haec eadem verba recitantur, recte legitur *ipso*. — F. *in ipso*. G. — etiam et in ipso Lem.

20) cod. .p.

21) cod. alterius

ri[1]) clemens esse non potuit, quia eum non invenit.
Constat autem, quod audito hoc casu Cato, inquit[2]),
invidit gloriae meae et ego[3]) suae invideo. Uticenses
autem, etsi eum studio partium odissent, propter inte-
gritatem tamen et dissimilitudinem[4]) ceterorum ducum
et quod urbem[5]) eorum operibus publicis adornave-
rat, miserati exitum viri sepulcrum illi[6]) statuerunt.
Catone rebus humanis exempto L. Caesar ex hoc 48
malo boni aliquid[7]) decerpere cogitans populum ad
concionem vocatum[8]) hortatur, ut contentione depo-
sita portae Romano pandantur imperatori: se de illius
clementia plurimum confidere ac sperare. Non fuit
longo[9]) opus tractatu: ad id ipsum proni erant animi.
Portis apertis Caesari obviam pergit[10]). Interim Mes-
salla[11]), cui hoc iniunctum fuisse praediximus, Uticam
venit et pacifice susceptus omnes portas custodibus
occupat. Interea Caesar Tapso digressus Uticam pete- 49
bat[12]). Medio urbes[13]) itinere obvias sine proelio oc-
cupat Utzittam, Adrumentum[14]), magnamque[15]) in
eis vim frumenti atque armorum. Uticae propinquanti
L. Caesar occurrit raptimque ad genua provolutus nil
aliud petiit, quam vitam. Hanc sibi Caesar et Cato-
nis filiis, qui secum erant, aliisque comitibus clemen-
tissime concessit et iam luce ambigua Uticam venit
atque extra oppidum noctem egit. Mane portas in-
gressus convocatis civibus de praeterito gratias egit
ad praestulantiam et[16]) perseverantiam cohortatus[17]).
Erant Uticae CCC. viri[18]) ditissimi, magna pars Ro- 50
mani negotiatores, qui pecuniis suis enixe admodum

1) cod. alterius
2) cod. *cesar* a m. s. sup.
3) Ego, inquit, (ego Lem.)
4) cod. dissimilitudine
5) cod. urbe
6) illum — F. *illi*. G.
7) ms. bonum aliud
8) vocat.
9) longua — L. *longo*. G.
10) L. *pergitur*. G.
11) cod. Masela
12) petebat, que — L. *atque medio itinere*. G.
13) cod. urbis
14) Ut zutam Hadromentum — L. *Uzitam, Adrumetum*. G.
15) cod. magnaque
16) haec duo *om*.
17) coartatus — L. *cohortatus*. G.
18) vivi (Lond. et Lem. viri)

bellum iuverant et faverant Scipioni. Hos Caeſar ode-
rat vehementer, nec immerito; animoſe enim ſe[1])
adverſus eum gesſerant. Sed eius odium ſemper citra
ſaevitiam ſiſtebat. Hos extrema[2]) ſupplicia metuen-
tes, cum ad ſe adducti esſent, acerrimis verbis incre-
puit deque eorum flagitiis longum texuit ſermonem;
cumque ab omnibus ſperaretur[3]), ut orationem tam
infeſtam mortis ſententia ſequeretur, et[4]) ipsi metu
vicinae mortis attoniti post tot verborum tonitrua
iam[5]) pro meritis fulmen ultimum expectarent, con-
cluſit longe ab opinione cunctorum: Et ite, ait, de
vita ſecuri. Hanc ſolam vobis dono; bona veſtra, quae
Uticae habetis, vendi iubeo. Vobis ipsis tamen pri-
mum[6]) redimendi locum tribuo, ut pro pretio, quod[7])
rebus conſtitutum fuerit, emptores omnes alii[8]) vobis
51 cedant. Inſperato gaudio concusſi et vix ſui compotes
Imo vero, inquiunt, non est haec ſufficiens ſtultitiae
noſtrae poena: aliquid amplius[9]) multae[10]) nomine
nobis ſimul[11]) omnibus impone. Miratus est Caeſar:
Et impono, inquit, vobis D. M.[12]) ſextertiorum ſex ſo-
lutionibus intra[13]) triennium perſolvenda[14]). Hodie,
inquiunt[15]), nos damnatos[16]) intelligimus, ut ſimul
omnia perſolvamus, proque tam miti caſtigatione
concesſaque praeter ſpem vita tibi, imperator invi-
52 ctisſime, gratias agimus. Dum haec ad Uticam Cae-
ſar agit, Iuba rex, modo tam ſuperbus[17]), diurnis
latebris, nocturna fuga deviis ſilvoſisſque tramitibus

1) cod. *om.*
2) extrema igitur
3) ſuperaretur — L. *expectaretur* aut *ſperaretur*. G. — ſperaretur Lem.
4) cod. et in
5) cod. cum iam
6) cod. in primum
7) cod. quid in
8) cod. *om.*
9) cod. *om.*
10) cod. multo
11) ſimul nobis
12) *Bis millies ſeſtertium* est in Hirtio. G. (D. M. Lem.)
13) cod. in
14) cod. perſolvendi (*l* a m. ſ. int. verſ. et *i* e corr.)
15) cod. *om.*
16) In Hirtio recte legitur *demum natos*. quod cum non intellexerit hic ſcriptor, aut in vitioſos codices (*adde* inciderit), ineptam hanc inde confecit ſententiam, ut in aliis quoque locis factum. G. (damnatos Lem.)
17) cod. ſuperbi

ſuum olim ad regnum regnique caput Zamam oppi-
dum pervenerat, ubi larem praecipuum uxoreſque et
filios et theſaurum habebat palatiumque ibi ſumptuo-
ſisſimum erexerat. Ibi vero homo vanisſimus, qui
magna principia praecipitanter[1]) amplexaretur neque
exitus metiretur, in ipso belli principio adverſus Cae-
ſarem temere[2]) ſuſcepti ingentem lignorum pyram
media urbe congesſerat, ut, ſi bello ſuccubuisſet,
omnes illic cives ferro caeſos[3]) imponeret atque ita
ſubmisſis ignibus et accenſa pyra ſe et uxores[4]) et
filios omnemque theſaurum ſuperiaceret[5]), ut ſic omnia
cremarentur neque de fortunis ſuis ad Caeſarem ali-
quid[6]) perveniret. Id ſibi conſilium fortasſe magnifi- 53
cum videbatur, at Zamenſibus, et praeſertim Caeſa-
rem amantibus, merito non placebat, eaque res civi-
bus illum ſuis odioſisſimum[7]) effecerat. Neque enim
unius hominis deſperatio uni magno populo excidium
publicum afferre debuerat. Nec illa quidem ſola ini-
qui conſilii cauſa erat, ſed invidia, qua[8]) impulſus
rex[9]) immanis non victores modo conſuetis belli prae-
miis, ſed ſuos etiam[10]) vita ſpoliare decreverat, quaſi
eos post ſe vivere iudicaret indignos; quod non dicam
de ſubditis, liberis tamen[11]) hominibus, ſed de ſervis
etiam inhumanum prorſus iudicium ac ſuperbum es-
ſet. Hac ergo de cauſa iure optimo ſuis omnibus in- 54
viſus erat, et[12]) fortuna ſibi[13]) in omnibus adverſante
odio quoque[14]) contemptus[15]) accesſerat. His duobus
pesſimis comitibus cum ad oppidum pervenisſet, ut
admitteretur[16]) ad ſuos penates et ſuos liberos, mina-

1) cod. praecipitatus
2) temerarie
3) cod. ante corr. *ocifos*
4) haec duo *om.*
5) ita cod. a m. pr. habebat; ſed e corr. *ſubiceret*
6) aliud — F. *aliquid.* G. — aliud Lem.
7) cod. odioſum
8) cod. quaſi
9) cod. rerum
10) *om.*
11) ſubditis liberis, tamen — L. *ſed de ſervis etiam, tamen hominibus.* G.
12) cod. *om.*
13) cod. *om.*
14) cod. que
15) cod. conceptus (inter *e* et *p* aliquid deletum est.)
16) cod. admiterentur

citer primum [1]), post flebiliter atque ſuppliciter petens, cum neutrum valuiſſet, orare inſtitit, ut uxores ſibi ſaltem ſuas ac liberos ſuos [2]) aliquo terrarum abducendos [3]) redderent; eumque ne id quidem ſibi [4]) permitteretur [5]) neque ad aliquid [6]) reſponderetur, deſperatione ultima digreſſus ſurdis a moenibus cum Petreio, qui olim in Hiſpania [7]) contra Caeſarem ſteterat, equitibuſque perpaucis ad villam ſuam urbi proximam est
55 profectus. Zamenſes nondum eius metu liberati per legatos orant Caeſarem, ut, priuſquam rex reparatis viribus eos invaderet, opem illis [8]) aut ferret aut mitteret: ſe uſque ad mortem fidem illi ſervaturos, Zamam quoque ſibi ſervare. Caeſar legatos et a quibus miſſi ſunt collaudat [9]) iubetque [10]) illico reverti et Zamenſibus adventum ſuum [11]) nunciare; praegreſſos [12]) legatos ipse ſubſequitur. Vulgata autem fama [13]) adventus Caeſarei [14]) multi ex regiis [15]) Caeſari obviam pergunt, veniam orant impetrantque; eumque ingenti ſupplicum comitatu [16]) Zamam pervenit. Cognita autem clementia eius, quae tam multis exhibita latere non poterat, equites regni omnibus ex angulis Zamam conveniunt petentes veniam: nulli omnium negata est; ſervati omnes metuque et periculo liberati, nullus re aut
56 verbo violatus. Dum haec Caeſar ad Zamam egit [17]), Conſidius ille, cuius ſupra mentio est habita, qui nuncium ferentem litteras pacis occiderat, fortunam audiens ſuarum partium ſibique permetuens Tisdra [18]), cui tunc [19]) praeerat, deſerta cum ingenti pecunia Getulis comitantibus in regnum ibat Iubae ſe coniunctu-

1) *om.*
2) *om.*
3) cod. adducendos
4) cod. ſibi quidem
5) cod. permittitur
6) ne ad aliud — L. *neque aliud.* G.
7) cod. ante corr. *Hiſpaniam*
8) cod. ut illis
9) laudat
10) iubet
11) adventum ſuum Zamenſibus
12) progreſſoſque
13) *om.*
14) Videtur deeſſe *fama.* G.
15) cod. *regibus* e corr.
16) ſupplicium commitatum — L. *ſupplicum comitatu.* G.
17) gerit
18) Thisdra — cod. Tysdra (Lem. Tisdra)
19) nunc — L. *tunc.* G.

rus. Sed cum esſet in via, a Getulis, quorum ſe
cuſtodiae fideique crediderat, cupiditate pecuniae inter-
fectus argumentum dedit, quanto ſecurior ſit pauperis
vita, quam divitis, quantumque[1]) ſolitarius viator,
quam comitatus, ſaepe ſecurior. C.[2]) quoque Virgi- 57
lius[3]), cuius quoque[4]) ſupra[5]) mentionem fecimus,
ubi Scipionem acie victum, Catonem manu propria
peremptum Iubamque regno pulſum deſertumque ali-
oſque duces partium[6]) ubique fuſos, Caeſarem Uti-
cam, Zamam[7]) urbesque alias omnibus[8]) victori fa-
ventibus posſidere, nihil uſquam ſuperesſe[9]) praeſidii,
nihil ſpei[10]), ſibi liberiſque ſuis conſulens cum Cani-
nio[11]) proconſule, a quo obſidebatur, vitam pepigit at-
que ita, qui Caeſari ſuaviter ſe vocanti ne[12]) reſpon-
ſum quidem dare dignatus fuerat (ſic res hominum
volvuntur) ſe ipsum filioſque et ſua omnia ipsumque
Tapson, cui praeerat, legato Caeſaris concesſit[13]).
Dum paulatim reliquiae partium dilabuntur, Iuba rex 58
et regno et ſpe qualibet privatus, cunctis excluſus ur-
bibus, ab omnibus hominibus[14]) derelictus quaerebat,
ſi qua via esſet[15]), ut, qui male vixerat, bene mor-
tuus[16]) videretur, ſicubi cum hoſte congresſus[17]), ubi
posſet interfici, hoc maxime exoptans[18]), quod omnes
maxime metuunt fugiuntque[19]). Sed ubi hoc inveni-
retur? Nuſquam bellum, nuſquam proelia: pax et

1) quantom
2) cod. est
3) Vergilius — cod. primam *i* e corr. habet.
4) *om.* — Reſpicere videtur initium § 56.
5) ſuperius
6) Haec ſeptem (*Iubamque* etc.) vulgo post *posſidere* collocata, in codice autem omisſa ſunt. — Adde *reliquos*. G.
7) Zamamque
8) omnibuſque — cod. omni omnibus
9) nuſquam aliud esſe (pro *nihil uſquam ſuperesſe*)
10) Lem. addidit *audivit*, et verbum deesſe apparet; ſed utrum ſcriptoris an librarii culpa exciderit, ambigo. cf. XXVI, 9.
11) Canino — cod. Caniino (altera *i* a m. ſ. int. verſ. addita)— Caninio Lem.
12) cod. nec
13) conſeuſit — L. *concesſit*. G.
14) *om.*
15) esſet via
16) morituros
17) congresſurus — *congresſus* h. l. ſubſtantivum est.
18) exoptant — L. *exoptans*. G.
19) fugiunt — L. *fugiuntque*. G.

Caeſar omnia poſſidebant. Et vitae igitur et mortis honeſtioris ſpe amiſſa ad illud ultimum remedium, quo[1]) tunc multi utebantur, ſe convertit egitque cum Petreio, extremarum comite fortunarum, ut invicem ferro decertarent alterque alterum[2]) occideret. Conſenſit[3]) ille non difficulter, ut qui vivere amplius
59 gravabatur[4]). Concurrunt igitur[5]) ex condicto et Petreio obtruncato rex ſuperſtes (quid iam ageret?)[6]) in ſe manum vertit; ſed cum pectus ferro transverberare non poſſet, ſeu metu impediente[7]) ſeu lorica, ſervum ſuum, ut ſe occideret, exoravit, et obediens ſervus fuit. Secundum alios Petreius et orantem regem et ex ordine ſemetipsum eodem mucrone perfodit. Quodcunque horum verius, id quod[8]) conſtat apparato[9]) in convivio et, ut dicam, quod ſentio, ab ebriis[10]) factum eſt, menſaeque et[11]) dapes et pocula hinc Romano ſanguine[12]), hinc regio maduerunt[13]). Hic eſt ergo[14]) Petreii, hic et[15]) Iubae regis exitus.
60 Nec felicior Saburra, praefectus regius, niſi quod illi pugnando mori contigit[16]), quod dominus ſuus fruſtra optavit. Congreſſus nempe cum P. Sitio, Caeſaris legato, proelio victus et fuſo exercitu interfectus eſt. Cumque Sitius idem victis hoſtibus ipse cum paucis per[17]) Mauritaniam iret ad Caeſarem, Fauſtus forte et Afranius cum mille viris ad Hiſpanias ibant; cumque invicem conflixiſſent, vicit Sitius et reliquis interfectis aut[18]) in fidem acceptis Fauſtum ipsum[19]) cepit et Afranium[20]) cum uxoribus

1) quod — L. *quo.* G.
2) cod. alter alterumque
3) conſentit
4) gravaretur
5) ergo
6) ſuperſtes quid ageret — Aut deest aliquid, aut legendum cum interrogationis nota *ageret?* G. — ſuperſtes quid ageret? Lem.
7) cod. impedito
8) quidem
9) aperto
10) cod. ebreiis
11) *om.*
12) cod. *om.*
13) manduerunt — L. *maduerunt.* G.
14) igitur
15) eſt
16) cod. contingit
17) cod. int. verſ. a m. ſ. habet.
18) ac
19) cod. ipse
20) cod. Aufranium

filiiſque ad Caeſarem perducturus. Nec multo post
disſenſione[1]) inter milites exorta[2]) Fauſtus et Afra-
nius[3]) occiduntur: coniugibus natiſque Caeſar et ſalu-
tem[4]) dedit et bona reſtituit. Dum ſic duces Pom- 61
peianarum partium undique quaſi frondes per autu-
mnum ruerent ſortunaeque turbinibus agerentur, ſolus
quaſi[5]) iam dux ducum Scipio reſtabat. Navibus qui-
dem longis aliquot cum comitibus ipse quoque ad Hi-
ſpanias[6]) ibat, credo, quod ibi per filios magni Pom-
peii reſoveri[7]) civile bellum[8]) et recaleſcere ferebatur.
Cum diu multumque pelago iactatus curſum expli-
care[9]) nequisſet[10]), ad Hipponem[11]) regium ventus
eum et ſua ſors appulit, ubi tunc ipsius P. Sitii
clasſis erat. Viſi[12]) pauciores a pluribus invaduntur 62
opprimunturque[13]) velociter. Ubi Scipio ſe[14]) circum-
ventum vidit, puduit vivere atque ante, quam caperc-
tur, ferrum merſit in viſcera, irrumpentibuſque mili-
tibus et quaerentibus, ubinam esſet imperator, re-
ſpondit[15]) vox illa famoſisſima et a magnis laudata[16])
viris, qua ſuorum maiorum gloriam in Africa aequasſe
illum dicunt, et ego crederem, ſi vellem, et potest,
qui vult, credere. Imperator bene ſe habet, inquit,
atque ita incognitus[17]) expiravit. Comites eius Tor-
quatus, Damaſippus et Plectorius[18]) interfecti ſunt.
Atque hic[19]) belli civilis in Africa ſinis ſuit. Caeſar 63
bello Africae finito in Italiam reverſurus[20]) et obſe-
quiorum memor et[21]), quamvis ſcriptum de illo ſit,

1) cod. diſcenſio
2) exorta inter milites
3) cod. Aufranius
4) cod. ſalutem et
5) cod. qnia
6) Hiſpaniam
7) revoveri
8) *om.* — L. *reſoveri civile bellum, et.* G.
9) spplicare
10) nequivisſet
11) Hyſponem — L. *Hipponem regium.* G.
12) Urſi
13) opinunturque — L. *opprimunturque.* G.
14) ſe Scipio
15) cod. reſpondidit
16) illam vocem famoſisſimam et magnis landatam — f. voce illa etc
17) incognitis — L. *incognitus.* G.
18) Perlectorius — F. *Plaetorius.* G.
19) huius
20) haec tria cod. *om.*
21) cod. *om.*

quod nihil foleret praeter iniurias oblivifci[1]), non tamen prorfus immemor offenfarum et praemio et poenae animum applicuit, poenae, inquam[2]), pecuniariae, nam poenam fanguinis naturaliter abhorrebat. Zamenfibus, quod regem exclulerant, liberalis fuit: tributa[3]) et vectigalia moderatus est, regno in formam provinciae redacto Saluftium proconfulem cum exercitu praefecit. Idem fecit Uticenfibus. Utrobique[4]) bona eorum civium Romanorum, qui contra fe arma tulisfent[5]), vendi fecit. Tapsitanis, Leptitanis, Tisdritanis pecuniae, frumenti atque olei multam[6]) annuam impofuit. Bona civium atque ipsas civitates ab omni direptione et iniuria falvas ac liberas esfe iusfit. Eundem morem Caralis tenuit, quo[7]) Utica digresfus tridui navigatione pervenerat. Inde quoque difcedens ante III. Kalendas Iulii[8]) atque adverfis tempeftatibus impeditus VIII.[9]) et XX. diebus in itinere confumptis urbem[10]) Romam attigit.

CAPUT XXV[11]).

Iam[12]) diuturnitas belli pacem, labor requiem, triumphum victoriae flagitabant[13]), non civiles quidem iftae, fed hoftiles illae, de quibus antea diximus[14]). Quomodo[15]) autem triumpharet aut qua ratione quie-

1) cod. mediam *i* a m. f. int. verf. additam habet.
2) cod. poenae iuqnam poenae
3) cod. tribuit
4) utrique — L. *ubique* vel *utrinque*. G. — ubique Lem.
5) fecisfent — F. *tulisfent*. G. — fecisfent Lem.
6) cod. mulctam (addita *c*)
7) qua et — F. *quo ex*. G.
8) cod. Kl. Iull.
9) VII.
10) *om.*
11) Hic incipit fragmentum, quod est in ed. Iungerm. et de quo Cafaüb. ad Sueton. C. 56. Oud. mf.
12) Iungermanni editio: *Nam* — f. *Iam*. Iungerm. in marg.
13) I. ed. *flagitant* — f. *flagitabant*. I. in m.
14) dixeramus — et ita I. ed.
15) cod. quo

fceret, de quo fcriptum fit: Nil actum credens, cum
quid fuperesfet agendum, cum adhuc et[1]) bellorum
et laborum materia fuperesfet[2])? Pompeii Magni filii
Hifpanias occuparant[3]); fequebatur autem illos non
quidem patris virtus, fed hominum favor ingens et
paternum nomen; Gneus ac[4]) Sextus. Sic pro uno
duos fubftituerat fortuna Pompeios[5]). Egeratque
Gneus[6]), maior natu, cui plus induftriae inerat atque
confilii, confugiendo in fidem ac[7]) clientelam[8]) omnium
Hifpaniae civitatum precandoque et[9]) fortunam fuam
miferando patrifque memoriam renovando, ut iam
fibi multum licentiae[10]) partum esfet. Nec precibus
tantum, fed vi etiam[11]) congregato exercitu incepe-
runt[12]) provinciam vaftare, ita ut pedetentim, qui fa-
vorabiles ab initio fuerant, esfe inciperent[13]) odiofi.
Hunc[14]) fibi novisfimum belli[15]) actum[16]) minime ne- 2
gligendum ratus Caefar eo raptim proficifcitur. Duo
in hoc iter vix auditu credibilia inciderunt[17]). Nam
et[18]) ab urbe Roma in Hifpaniam ulteriorem immen-
fum[19]) terrae fpatium emenfus IIII. et XX. diebus[20])
pervenit, viatori, ne dicam exercitui, celeritas[21])
optanda[22]). Magnum hoc; quod fequitur[23]), maius.
Horum fiquidem tam paucorum fpatio dierum tam
multas inter curas poëma fcripsit, quod infcripsit Iter,
quod illud fcilicet in itinere edidisfet. Sic Pierides

1) *om.*
2) haec novem *om.* I. ed.
3) Hifpaniam occuparent
4) I. ed. *Cneus et*
5) Pompeius — L. *Pompeios.* G.
6) I. ed. *Cn.*
7) I. ed. *et*
8) cod. clientulam
9) I. ed. *om.* — f. *precando atque.* I. in m.
10) iam fibi licentiae multum — I. ed. *fibi multum iam licentiae* — cod. iam fibi multum laetitiae
11) cod. *om.*
12) inciperet — et ita I. ed.
13) cod. caperunt
14) F. *hoc.* G.
15) L. *bellum.* G.
16) ac tum
17) cod. inciderent (cum puncto fub altera *e* et infcripta a m. f. *u*)
18) I. ed. *etiam*
19) cod. in immenfum
20) die — et ita I. ed.
21) cod. celeritas (cum puncto fub *s* et infcriptia a m. f. *tem*)
22) cod. optatā
23) cod. profequitur (pro *quod fequitur*) — I. ed. *magnum: hoc quod fequitur, maius.* — f. *magnum hoc: quod.* L. in m.

armis inferere et [1]) nunquam otiofus esfe didicerat.
3 Primo Caefaris in Hifpaniam adventu civitatum motus ingens fuit: undique legati ad eum, undique transfugae. Iam enim et [2]) Pompeiani iuvenes five in odium five in taedium vertere [3]) coeperant, et [4]), ut nulla esfet in eis culpa, mos est tamen antiquus populorum femper novos dominos, novas res optare, et [5]) fama Caefaris haud immerito fuper omnes excreverat, ut univerfi homines eius fplendore caperentur cuperentque coram [6]) cernere, quem ufque adeo mirabilem
4 audiebant. In hoc principio ipso maris in oftio [7]), ubi oceanus terris illabitur et [8]) mediterraneum hoc pelagus noftrum parit, inter legatos invicem partium, hinc Didium, illinc Varum, et ambobus eum ipsa tempeftate certatum [9]) est [10]); nec minus a ventis ae [11]) fluctibus, quam ab hoftibus, periculi atque horroris, dum et hinc hoftes faevirent et illinc faevitiam rabiemque [12]) hominum maria coërcerent, utraque clasfe bello fimul et naufragio laborante: duae partes, duo maria, duplex furor, duae [13]) elementorum atque
5 hominum procellae. Per hos dies a Caefarianis duo pedites capti funt, qui fe fervos dicerent. Non licuit in his Caefari fuam confuetudinem fervare: antequam ad eum ducerentur [14]), quod a Caefariano exercitu transfugisfent, recogniti et [15]) a militibus interfecti funt; et tabelliones capti, qui [16]) ad Pompeium Corduba [17]) mittebantur, et [18]) praecifis illico manibus funt remisfi. Similiter fpeculator [19]) Pompeianus ca-

1) I. ed. *etiam*
2) ad — Videtur delendum *ad*. G. — I. ed. *om.*
3) I. ed. *verti*
4) I. ed. *etiam*
5) I. ed. *etiam*
6) ceram — L. *coram*. G.
7) cod. hoftio (*h* int. verf.) — I. ed. *hoftio*
8) I. ed. *etiam*
9) I. ed. *creatum* — f. *certatum*. I. in m.
10) cod. *om.*
11) et — nec aliter I. ed.
12) cod. faevitia rabieque
13) duo (Lem. duae)
14) I. ed. *deducerentur*
15) I. ed. *etiam*
16) haec duo cod. *om.*
17) cod. Cordubam — I. ed. *a Corduba*
18) I. ed. *etiam*
19) fimulato

ptus[1] atque[2] occiſus est. Credo ego[3] iratos bello
milites[4] et imperatoris[5] ſui morum conſcios atque
clementiae hoc remedii genus excogitasſe, ne quis ſa-
ciem eius videret, ut ſic nullus evaderet. Cordubam 6
Pompeii tenebant, Caeſar obſidebat[6], illis tamen ab-
ſentibus, multiſque[7] ibi et[8] magnis inſultibus[9] de-
certatum est; cumque die quodam ferro et[10] flammis
ſolito[11] etiam gravius[12] pugnaretur, oppidani ira in
furorem verſa hoſpites, qui ſecuri ſecum iure veteris
hoſpitii morabantur, inſpectante Caeſaris exercitu iu-
gulatos e muris praecipitare, quaſi crudelitate, non
virtute, victoria quaereretur, inceperant, ſpectaculum
miſerum atque horrendum[13]. Qua re[14] ex gemitu 7
morientium audita[15] unus[16], qui ad tutelam muri
ſub terra in[17] cuniculo[18] erat, exclamavit: Tetrum
ſcelus et immane flagitium nullaque non barbarie[19]
deteſtandum commiſiſtis abſque ulla cauſa. Nihil enim
mali merebantur, quia[20] nihil mali fecerant, qui ad
vos veſtraſque ſe aras et focos[21] inſauſta fiducia con-
tulisſent. Ius hoſpitii ſanctum gentibus ſoli vos ſpre-
viſtis, atque utinam[22] ſprevisſe ſufficeret: inhumano
illud ſcelere violaſtis. Multa quoque in hanc ſenten-
tiam dixit, quorum verecundia represſi cives ab ho-
ſpitum[23] caede[24] ſe continuerunt[25]. Sic interdum
unius boni viri multos inter malos valuit oratio, et[26]

1) *om.* — F. *ſpeculator Pompeianus captus atque*. G.
2) cod. et
3) cod. *om.*
4) milites iratos bello
5) imperator — L. *imperatoris*. G.
6) cod. obſidet
7) I. ed. *multis*
8) I. ed. *etiam*
9) I. ed. *praeliis*
10) cod. *om.*
11) Adde *more*. G. — Lem. addidit *magis*
12) *om.* — cod. gnavius
13) horridum
14) cod. Quare
15) cod. audito (*o* e corr.)
16) unius — *Unus* vel *Iunius*. ut Hirtius habet. G. — Iunius Lem.
17) in terra ſub — I. ed. *ſub terram in*
18) cod. tuniclo
19) cod. *i* a m. ſ. int. verſ. habet.
20) qui
21) foros — L. *focos*. G.
22) uticam — cod. ut — L. *utinam*. G.
23) cod. hoſtium
24) caedibus — et ita I. ed.
25) cod. *u* priorem int. v. a m. ſ. habet.
26) I. ed. *etiam*

inter hoſtes etiam [1]) ſuum honorem virtus invenit.
Ea res relatu transfugae in exercitu [2]) Caeſaris inno-
8 tuit. Die proximo Tullius quidam [3]) cum Catone
quodam Luſitano legatus ex oppido ad Caeſarem
venit. Huius prima pars orationis fuit, ut [4]) ſuus
potius fuisſet, quam Pompeii miles, ſuamque con-
ſtantiam [5]) in eius [6]) potius [7]) felicitate, quam in
illius miſeria [8]) praeſtitisſet; finis autem fuit, ſe a
Pompeio deſertos, victos a Caeſare ſeque et oppi-
dum dedere atque orare, ut clementiam, quam vi-
ctis gentibus praebuisſet, ſuis civibus non negaret.
Multa praeter [9]) haec locutus est, quae ſcriptorum
vitio confuſa vix intelligi posſint. Unum illud intel-
ligitur, quod multis ultro citroque dictis tunc deditio
9 non procesſit [10]). Creſcebat, ut fit [11]), in dies obſidio,
nec Pompeius expectatam [12]) opem aut ferebat aut mit-
tebat obſesſis, quin etiam pro concione dixisſe ferèba-
tur, ut, quoniam eis auxilio adesſe non posſet [13]),
ipsi noctu et [14]) beneficio tenebrarum e conſpectu ho-
ſtium evaderent; quod cum dixisſet [15]), unum ex a-
ſtantibus reſpondisſe, ut pugnae potius, quam fu-
gae, ſignum daret, cumque [16]) id dixisſet, quaſi du-
ci ignaviam exprobrasſet [17]), neci datum. Haec
quoque res ex profugis [18]) agnita [19]). Intus [20])
quoque in oppido anguſtiae (ita [21]) necesſe est)
creſcebant [22]). Matrona [23]) e muro deſiliens dixit ſe

1) cod. et
2) exercitu primum — et ita I. ed. — cf. ad XXIIII, 40.
3) quidem — L. *quidam*. G.
4) optare — I. ed. *optare, ut*
5) cod. ſuaque conſtantia
6) huius
7) haec novem (*fuisſet* etc.) I. ed. *om.* — Deſunt nonnulla. I. in m.
8) miſeriam (Lem. miſeria)
9) cod. post
10) praecesſit — L. *procesſit*. G.
11) haec duo *om.*
12) expectantem — F. *expectatam*. G.
13) potest — F. *posſet*. G.
14) I. ed. *etiam*
15) I. ed. *diceret*
16) eumque qui — nec aliter I. ed.
17) cod. exprobasſet
18) f. *perfugis*. I. in m.
19) cod. agitata
20) cod. inter
21) f. *uti*. I. in m.
22) cod. creſcebat
23) cod. materna

cum ancilla ſua ſtatuisſe transfugere; illam [1]) forte
propoſito cognito [2]) iugulatam, ſe fuga praecipiti eva-
ſisſe. Tabellae quoque e muris proiectae ſunt inven- 10
tae, in quibus ſic ad litteram ſcriptum erat: L. Mu-
tius [3]) Caeſari. Si mihi vitam tribuis, quoniam a
Gneo [4]) Pompeio ſum deſertus, qualem me illi prae-
ſtiti, tali [5]) virtute et [6]) conſtantia futurum [7]) me [8])
in te [9]) praeſtabo. Simul et legati, qui prius ad Cae-
ſarem venerant [10]), redierunt. Eorum oratio ſimplex
fuit et aperta [11]) et brevis: Si eis vitam largiretur, ſe
die proximo oppidum dedituros. Quibus Caeſar hoc
unum breve [12]) reſpondit: Caeſar ſum: fidem prae-
ſtabo. Sic effectum, ut ante diem XI. Kal. Martii [13])
oppido potiretur. Id cum Pompeio notum esſet [14]), 11
depoſita ſpe curaque Cordubae defendendae [15]) caſtri-
ſque motis abſcesſit atque [16]) Ucubim [17]) oppidum pe-
tiit ibique convocatis, quos ſibi fidos arbitrabatur,
imperavit, ut ſummo ſtudio perquirerent [18]), qui ad
eum quive ad Caeſarem proni esſent. Quod cum ad
ſe relatum esſet, LXXIIII. [19]) ex his [20]), qui Caeſaris [21])
faventes victoriae dicebantur, quaſi [22]) Caeſarem ama-
re crimen ingens [23]) esſet, ſecuri ictos occidit, reli-
quos intra oppidum incluſit, e quibus [24]) CXX. re-
cluſis [25]) cuſtodiis ad Caeſarem transfugerunt. Multa 12

1) ullam — L. *illam*. G.
2) coguito propoſito — et eodem ordine I. ed.
3) I. ed. *Munatius*
4) I. ed. *Cn.*
5) talem
6) ac — I. ed. *etiam*
7) facturum — F. *futurum*. G.
8) cod. *om.*
9) cod. me (*te* a m. pr. ſup.)
10) venerant ad Caeſarem — eodem ordine I. ed.
11) apta
12) *om.*
13) I. ed. *Mart.*
14) I. ed. *est*
15) cod. Cordubam defendere (*am* e corr.)
16) I. ed. *ac*
17) ubicunque — L. *Ucubim*. G.
18) cod. praequirerent
19) I. ed. LXIIII
20) iis (cod. hiis)
21) Caeſarem — nec aliter cod. — I. ed. *Caeſaris* idque post *faventes* habet. — L. *Caeſaris* vel *Caeſareae*. G. — Caeſareae Lem.
22) quod
23) I. ed. *ingens crimen*
24) I. ed. *equitibus* — f. *e quibus*. I. in m.
25) cluſis — cod. *om.* — L. *cluſis*. G.

praeterea ab ipsis [1]) Pompeianis per eosdem dies crudeliter geſta ſunt, ceu praeſagientibus [2]) ſati diem ſibi inſtare, et, qui mos ferus est quorundam, inferias ſibi praemittere aliena [3]) caede [4]) quaerentibus. Pompeius hoc tempore cum amicis [5]) magnanimitatem ſuam et [6]) metum Caeſaris ſimulabat [7]). Inventae ſunt litterae eius continentes Caeſarem non audere [8]) in campum copias educere ſuis tironibus diffidentem; qui ſi pugnae [9]) copiam aequis in locis aliquando faceret, ſe rem omnium opinione celerius confecturum,
13 idque ſe [10]) expectare ac [11]) ſperare. Ibat interea [12]) Hiſpanias ambiendo et [13]), ut [14]) ipse dicebat, civitates ſuarum partium conſervando. Itaque et [15]) Hiſpalim [16]) venit contraque urbem in oliveto caſtra poſuit, inde alias atque alias adiit, ad extremum Mundae [17]) ſubſtitit, quam [18]) ſupremis cladibus aleam [19]) fortuna [20]) delegerat. Eo et Caeſar venit contraque Pompeium caſtra metatus [21]) est. Pompeius Fauſto ſcripserat, qui [22]), quantum intelligi datur [23]), intra [24]) oppidum erat, Caeſarem mediam in vallem nolle deſcendere, quod exercitus ſui magna pars tironum esſet, quae litterae miris modis oppidanorum animos attollebant. Cupide enim ſpes arripiunt omnes mortales et [25]) ea ſibi fingunt animis, quae nec esſe nec fieri poſſe cognoſcunt: tam dulce est non dicam ſperare, ſed cogitare, quae delectant; quomodo [26]) enim imposſibilia

1) haec duo cod. *om.*
2) cod. praeſagentibus
3) L. *alienas.* G.
4) ſibi — Videtur delendum illud *ſibi.* G. — ibi Lem. Male.
5) Haec duo h. l. *om.* — deſunt omnino I. ed.
6) I. ed. *etiam*
7) cum amicia ſimulabat
8) audire — L. *audere.* G.
9) I. ed. *om.*
10) *om.*
11) I. ed. *etiam*
12) I. ed. *praeterea*
13) I. ed. *om.*
14) *om.* — Adde *ut.* G.
15) in — I. ed. *om.*
16) I. ed. *Hiſpalin*
17) Mundi — cod. Mondae (o e corr.) — L. *Mundae.* G.
18) *om.* — cod. quod
19) aliam — et ita cod. — I. ed. eius — F. *illam.* G.
20) fortuoam — et ita cod.
21) cod. caſtrumentatus
22) quod. — L. *qui.* G.
23) I. ed. *datur intelligi*
24) cod. inter
25) I. ed. *etiam*
26) cod. quo — I. ed. *quod*

ſperentur [1]), non intelligo: cogitari autem posſunt omnia. Dum ſe ſic Pompeius, ſic omnes alii ſolaren- 14
tur [2]), et ingenti, quantum arbitror, ſollicitudine agitatus magna parte noctis [3]) inſtructis ſtaret [4]) aciebus, Caeſar neſcio quonam iter acturus caſtris egrediebatur. Cui cum ſtatus hoſtium nunciatus esſet, conſtitit conſtituitque aciem. Concurſum est magnis [5]) hinc inde clamoribus, ſed maioribus animis et [6]) ineffabilibus odiis atque immenſis, pugnatumque acriter ac [7]) pertinaciter; et, quod pene pudendum dixeris humanae fragilitatis indicium, nuſquam Caeſari neque [8]) cum hoſtibus neque [9]) cum civibus aut [10]) tam anceps eventus aut [11]) propius extremo periculo [12]) res fuit, uſque adeo, ut [13]), ſicut elegantisſime ait Florus [14]), plane videretur [15]) neſcio quid deliberare fortuna [16]). Et [17]) quid aliud rear [18]), niſi, an ami- 15
cum ſuum uſque in finem rara et [19]) ſibi prorſus inſolita fide comitaretur, an eum extremo iam [20]) calle [21]) desereret ad alium tranſitura [22])? Tantaque fuit [23]) haec fortunae deliberatio, tam diuturna [24]), ut [25]) inter moras proelii neutram [26]) in partem [27]) inclinante victoria, cum iam illa veterana [28]) militum manus tot probata victoriis, Caeſareis oculis inſuetum [29]) dedecus, ſenſim [30]) retrocederet [31]) nec, quominus palam fuge-

1) cod. ſpernerentur
2) ſic alios ſolaretur (*om.* omnes) — et ita I. ed.
3) cod. *om.*
4) I. ed. *ſtructis inſtaret*
5) *om.*
6) *om.* — item I. ed. *om.*
7) et
8) I. ed. *aut*
9) I. ed. *aut*
10) I. ed. *om.*
11) I. ed. *om.*
12) I. ed. *extremove periculo propius*
13) *om.*
14) Adde *ut*. G.
15) cod. videtur — nec aliter I. ed. — ſ. *videretur*. I. in m.
16) cod. fortunam
17) I. ed. *etiam*
18) reor
19) I. ed. *etiam*
20) cod. fortuna
21) cod. calce
22) I. ed. *tranſiret*
23) *om.* — I. ed. item *om.* — in cod. inter *Tanta* et *que* legitur.
24) Videtur deesſe *fuit*. G.
25) cod. int. v. a m. ſ. habet.
26) neutra — cod. venturam
27) parte
28) veterana illa — eodem ord. I. ed.
29) inſolitum
30) ſenſam — L. *ſenſim*. G.
31) I. ed. *retroſugeret*

ret, tam virtute, quam pudore teneretur, quod nunquam ante illum diem fecerat [1]), dubitare Caesar coeperit [2]) atque [3]) diffidere et [4]) solito moestior ante aciem stare, ita tamen, ut nihil idem de solita imperatoria virtute remitteret, imo [5]) equo desiliens et furenti simillimus primam peditum in aciem evolaret clamans, increpans, obsecrans atque exhortans nec tantum [6]) voce vel oculis, sed manu et pectore fugam sistens et [7]) fugere incipientes in proe-
16 lium vi retorquens. Tanta [8]) denique trepidatio lucis illius fuit tamque [9]) diu [10]) ambiguus pugnae finis, ut cogitasse Caesarem de extremis scriptorum plurimi [11]) tradiderint [12]) et eo vultu fuisse, quasi [13]) iamiam [14]) mortem sibi consciscere [15]) cogitaret. Quamquam apud eos, qui proelio interfuerunt, nulla penitus rei huius [16]) est mentio, et est fane [17]) difficile non tantum absentibus, sed praesentibus, diffinire, quid quisquam secum [18]) cogitet. Ego autem haud [19]) difficile ad credendum ducar, quod, si de victoria Caesar dubitavit [20]), simul [21]) et de morte cogitavit. Quomodo [22]) enim quove animo uni adolescenti terga vertisset is, qui patrem [23]) eius, talem virum, qui tot reges, qui tot duces, qui tot [24]) populos non urbium modo, sed regnorum totiens terga sibi vertere

1) cod. fecerant — Male; refertur ad Caesarem.
2) coepit — et ita cod.
3) ac
4) I. ed. *etiam*
5) uno — F. *imo*. G.
6) I. ed. *tamen* — f. *tantum*. I. in m.
7) I. ed. *etiam*
8) tanquam — F. *tanta*. G.
9) cod. tanquam
10) cod. int. v. a m. f. habet
11) plurimorum — cod. plurium — F. addendum *monumenta*. G. — (scriptores) plurimi Lem.
12) tradiderunt — et ita I. ed. (tradiderint Lem.)
13) quod
14) iam — et ita I. ed.
15) consistere — nec aliter cod. — L. *consciscere*. G.
16) cod. *om.*
17) cod. tam
18) secum quisque — I. ed. *quisque secum*
19) cod. et cum haud — f. etiam haud
20) timuit — et ita I. ed.
21) cod. simil
22) cod. quando — nec aliter I. ed.
23) parentem
24) *om.*

coëgisſet? Utique igitur [1]), ſi vinci [2]) timuit, mori
optavit, vincere [3]) ſolitus, non vinci. Sed an vinci
timuerit, quis novit? Dicunt tamen [4]), et [5]) qui-
dam [6]) etiam pro comperto asſerunt [7]). Tam diu 17
haec rerum ambiguitas duravit, donec V. [8]) cohortes
hoſtium a Labieno caſtris laborantibus auxilio [9]) di-
rectae mediamque per [10]) aciem properantes fugae ſpe-
ciem praetenderunt [11]). O fortuna in omni re, ut cre-
ditur [12]), potens, ſed in bello potentisſima. Siquidem
Caeſar ſive illas vere fugere arbitratus ſive credulita-
tem [13]) ſimulans [14]), ducum ſagacisſimus, velut [15]) in
profugas [16]) impetum fecit [17]) animoſque et [18]) ſuis
addidit, ut fugere hoſtes rati [19]) ſequerentur, et [20]) hoſti-
bus [21]) dempsit [22]), ut, dum ſuos fugere [23]) ſuſpican-
tur [24]), fugerent. Ita [25]) Labienus, Caeſaris [26]) deſertor 18
ac transfuga ſuique priſtini ducis hoſtis inexorabilis,
cui parare perniciem quaerebat, victoriam inſpera-
tam [27]), ſibi [28]) vero [29]) mortem [30]) peperit. Eo enim
proelio et ipse concidit unaque ſecum Actius Varus,
et cum eis XXX. [31]) milia hominum cecidere. Cecidis-
ſent plures, niſi tam proximum urbis profugium [32])

1) cod. *om.*
2) cod. vici
3) cod. vivere
4) cod. qui dicunt tantum
5) I. ed. *etiam*
6) quidem — L. *quidam.* G. — quidem Lem.
7) cod. afferunt — et ita I. ed. — f. *asſerunt.* I. in m.
8) quinque — et ita I. ed.
9) auxiliorum — I. ed. *om.* — F. *auxilio.* G.
10) in
11) F. *prae ſe tulerunt.* G. — Lem. recte vulgatam tenuit. cf. X, 4. XV, 30.
12) ut creditur in omni re
13) crudelitatem — et ita I. ed. — L. *credulitatem.* G. — f. *credulitatem.* I. in m.
14) ſimilans (ſimulans Lem.)
15) I. ed. *veluti*
16) I. ed. *perſugus*
17) facit
18) I. ed. *etiam*
19) I. ed. *rari* — f. *rati.* I. in m.
20) cod. *om.* — I. ed. *etiam*
21) L. *hoſtium.* G. (hoſtibus Lem.)
22) depresſit — I. ed. *demſit*
23) fugere ſuos
24) I. ed. *arbitrantur*
25) Itaque
26) Caeſar — L. *Caeſaris.* G.
27) cod. inſperata
28) ſi — F. *ſibi.* G.
29) cod. *om.*
30) cod. morte
31) triginta
32) f. *perſugium.* I. in m. Non mutandum. Sic *profugium veritatis* Rer. mem. L. IIII. c. 2. p. 468. et *ne forte profugium hoſtibus fieri posſet* de viris ill. MS. Vratisl. Acad. fol. 6. pag. 1. dixit.

fuisſet. De victoribus ad III. milia [1]) caeſi, plures saucii, equitum ac peditum. Itaque cum Caeſar muris obſidionem admovisſet, agger [2]) flebilis et [3]) horrendus e [4]) cadaveribus factus est, per quem ad oppugnationem urbis aſcenderetur [5]), quae [6]) telis ac mucronibus velut calce compacta invicem cohaerebant
19 murique cuiuſpiam officium miniſtrabant. Ite nunc, miſeri, et civilibus bellis incumbite dumque aliis invidetis, vos ipsos opprimite. Ecce de veſtris cadaveribus ſuperſtites oppugnantur [7]). An aliud [8]) petitis [9])? An quicquam [10]) furoribus nunc etiam [11]) veſtris deest [12])? An vult aliud Labienus, tam fervidus [13]) inſultator? Et [14]) alii occidere tuis inſtigatibus, Labiene, et tu [15]), miſer, cum aliis cadaver unicum iaces; quamvis et [16]) tibi et [17]) Varo ſepulcra facta reperiam; et quoniam tuis in eo ſtatu vacasſe non arbitror, extimo [18]) illa Caeſareae tibi quidem [19]) prorſus indebitae fuisſe clementiae, ſatiſque auguror, ſi ſic est, te obſtinato, ut [20]) eras, animo, inhumatum abici [21]) ma-
20 luisſe. Gneus [22]) quidem Pompeius et humero et laevo crure [23]) ſaucio [24]) inter medias caedes proelio pulſus excesſit. Hunc in lectica [25]), quod nec equo nec vehiculo uti posſet, nemoroſa avia penetrantem fuga humili et occulta atque in ſpeluncis [26]) latitantem

1) ad m̄ — I. ed. *ad tria milia* — Lem. ad M.
2) cod. aer
3) I. ed. *etiam*
4) I. ed. *de*
5) cod. abſcederetur (*b* int. v. a m. pr.)
6) cod. *cadavera* a m. ſ. ſup.
7) oppugnantibus
8) cod. illud
9) petis
10) quidquid — F. *oppugnantur. an aliud petitis? an quicquam.* G.
11) I. ed. *etiam nunc*
12) I. ed. *deeſtur?* — ſ. *deest?* I. in m.
13) I. ed. utraque *fervidis* — Errorem correxit Goduinus.
14) cod. etiam
15) cod. *om.*
16) cod. *om.*
17) I. ed. *etiam*
18) I. ed. *aeſtimo*
19) I. ed. *quod* — ſ. *quamvis.* I. in m.
20) ut obſtinato — eodem ord. cod.
21) abiici — et ita I. ed.
22) I. ed. *Cneus*
23) cod. coñre
24) fauco — L. *ſaucio.* G.
25) cod. letica
26) cod. ſpe lucis

Caeſonius, Caeſaris legatus, reſiſtentem adhuc et [1])
miſerae ſpei reliquias reſoventem asſecutus ad Lauro-
nem (id est loco nomen) obtruncat. Caput ad Cae-
ſarem refertur, talibus asſuetum muueribus, non
gaudentem. Huius germanum Sextum Pompeium
in [2]) Celtiberia abſcondisſe fortunam tradunt, ne quan-
do [3]) ſcilicet deesſent bellis civilibus [4]) alimenta. Mun-
da post proelium expugnata quidem est [5]) a Caeſare,
ſed ingenti prius ſanguinis perfuſa [6]) diluvio [7]). Per 21
eosdem [8]) dies oppugnata rurſum [9]) Corduba [10]), quae
qualiter defecisſet, non invenio. Magni ibi motus, in-
gens in civitate disſenſio, parte una ad Caeſarem, al-
tera in contrarium inclinante; cumque esſet ad arma
diſcurſum, vicit pars, quae Caeſarem colebat, ſibique
oppidum cesſit. De parte adverſa II. [11]) et XX. [12]) mi-
lia cecidere, quamvis magnae urbi [13]) cuilibet [14]) inſi-
gnis ſtrages. Caeſar Hiſpali digresſus Idibus Aprilis
Gades petiit; inde rurſum [15]) Hiſpalim rediit, ut Hi-
ſpanas res velut ultima voluntate diſponeret, quo re-
verſurus [16]) amplius non erat. Ibi vero concione ad- 22
vocata beneficia ſua in eam urbem commemoravit et
antiqua et [17]) nova. In finem [18]) eos [19]) arguit, tan-
quam mala pro bonis omni tempore reddidisſent, in
pace ſeditioſi, in bello autem ignavi [20]); quod Gneus [21])
Pompeius adoleſcens eorum ſretus [22]) auxilio caeſis civi-

1) I. ed. *etiam*
2) cod. *om.*
3) quoniam — F. *nequando* vel *ne qua.* G. — quopiam Lem. Male.
4) cod. dees. bellantibus
5) *om.* — et I. ed. *om.*
6) profuſa — cod. praefuſa
7) delivio — L. *diluvio.* G.
8) eos
9) I. ed. *rurſus*
10) Vero duba — F. *Corduba.* G.
11) ei — I. ed. *duo* — F. *duo.* G.
12) viginti — item I. ed.
13) cod. urbis
14) cod. civilibet — a m. ſ. civilis — I. ed. *civilibus* — ſ. *cuilibet.* I. in m.
15) cod. *om.*
16) reverſus — L. *reverſurus.* G.
17) I. ed. *etiam*
18) L. *in fine.* G. — cf. ad XXIIII, 46.
19) cod. eam
20) cod. ignari
21) I. ed. *Cn.*
22) fotus — et ita I. ed.

bus [1]) agros et vicina [2]) vaſtasſet et [3]) illic contra ſe faſces et imperium ſuſcepisſet, imo vero contra populum Romanum, cuius [4]) ipse regimen [5]) teneret. Quid enim? crederentne [6]) forſitan Hiſpalenſes Romanos [7]) vincere, quod eorum provinciam populati esſent? An extincto Caeſare, qui mortalis esſet, non ſentirent populum Romanum [8]) immortalem et in praeſens X. [9]) habere legiones, quae non tantum Hiſpalenſibus reſiſtere, ſed coelum ipsum diruere ſint potentes? Quo in verbo non ſolum illa inest altitudo, quae omnibus patet, ſed illa etiam occultior, quod [10]) in recenſendis [11]) viribus Romanis non omnes, ſed ſuas tantum dinumerat [12]) legiones, quaſi [13]) reliquas nullius pretii et ne memoria quidem dignas cenſeat. Multa hoc [14]) hiſtoriae in loco ſcriptorum [15]) vitio confuſa praetereo ad finem properans [16]). Hic ergo bellorum civilium in Hiſpania [17]) finis eſto [18]).

CAPUT XXVI.

His tot bellis exactis, tot laboribus exantlatis [19]), quos nedum [20]) pati, ſed ſeribere, ſed legere, ſed au-

1) Videtur delendum aut hic, aut paulo post. G. Scilicet *caeſis civibus*, quae verba vulgo nec non in codice ante *illic* iterum leguntur. Ibi vero I. ed. ea omittit, et omiſit etiam Lem.

2) vicinia — I. ed. *viciniam* — F. *vicina*. G. I. in m.

3) I. ed. *etiam*

4) cod. civis

5) regnom — et ita cod.

6) Quid enim credereot, ne — cod. Quid enim crederet ne

7) Romano — F. *Romanos vincerent*. G.

8) Romanum populum — eodem ord. I. ed. — cod. populum Ro.

9) I. ed. *decem*

10) quae

11) cod. receſeudis

12) cod. dirroerat

13) cod. quia

14) huius — I. ed. *hic* — f. *hoc*. I. in m.

15) I. ed. *ſcripta ſcriptorum*

16) cod. proparans

17) haec duo I. ed. *om.*

18) I. ed. *om.* — h. l. definit fragmentum ab Iungermanno editum.

19) cod. exhauclatis

20) modum — F. *non modo*. G.

dire difficile est, victor Caesar Romam rediit, felix meo iudicio quidem [1]) vir felicitate bellica, et [2]) secundum feculum [3]) loquor, fi [4]) patriae hoftes tantum, non et patriam vicisfet. Ea certe fuit verecundia eaque Romani moris obfervantia, ut tantum de hoftibus triumpharet et interfectorum fe duce tantum hoftium numerum [5]) fcribi memoriaeque mandari pateretur. Numerum [6]) civium occiforum fcribi vetuit, ne domefticas clades atque miferias patriae exprobraret [7]); quamvis et [8]) numero caeforum hoftium, etfi non Romanis, at humano [9]) generi exprobratio [10]) ingens fieret. Siquidem eius ductu, ut ab illuftribus traditum est auctoribus, undecies centena et nonaginta duo milia hoftium caefa funt, et fequitur [11]): nam [12]), quantum civilibus bellis [13]) fudit [14]), noluit adnotari [15]). Triumphavit quater, ut fere omnes funt 2
auctores, ut [16]) certiores [17]) tradunt, quinquies. Primus triumphus fuit de Gallia atque Britannia, isque omnium clarisfimus, fecundus de Aegypto, tertius de Pharnace [18]) et Ponto, quartus de Iuba et Africa, quintus de Hifpania. Ego vero adderem his fextum de Masfilia [19]), nifi quia [20]) forfitan is [21]) triumphus fub Gallico contineatur. Nam de Masfilia [22]) illum triumphasfe non est dubium cuiquam, qui acerrimam illam Ciceronis de Caefare loquentis [23]) querimoniam in libris officiorum legerit. Vexatis, inquit, ac perditis externis nationibus [24]) ad exemplum amisfi imperii

1) cod. quidam
2) *om.*
3) ftylum
4) cod. Is
5) cod. mirum
6) Numerum vero
7) cod. exprobaret
8) et in
9) Romano (Lem. humano)
10) cod. exprobacio
11) Lem. fe quidem — Male.
12) *om.*
13) bellis civilibus
14) viderit — F. *caefi fuerint noluerit.* G. — Lem. caefa viderit — Pesfime.
15) annotari
16) et
17) centuriones — F. *certiores.* G.
18) cod. Farnace
19) cod. Marfilia
20) quod
21) his — L. *hic* vel *is.* G. — Lem. hic
22) cod. Marsfilia
23) cod. *om.*
24) nationibus externis

portari in triumpho Maſſiliam [1]) vidimus et ex ea ur-
be triumphari, ſine qua nunquam [2]) noſtri imperato-
res ex tranſalpinis bellis triumpharunt. De Theſſalia
et Tapso et Munda victoriae ingentes, ſed triumphus
nullus. Veteri enim more Romano nunquam trium-
phus civili ſanguine quaerebatur. Hic igitur trium-
phorum et bellorum et fundendi ſanguinis finis fuit:
3 ita tandem longis bellis pax alta ſucceſſerat. Ea qui-
dem rerum magnitudo [3]) et claritas victori gloriam,
externis [4]) gentibus ſtuporem, ſuis civibus livorem
odiumque pepererat. Neminem certe clementius, ne-
minem liberalius victoria uſum conſtat, idque maxi-
mi [5]) ſunt auctores. Invidebant tamen et, quod mi-
raberis, invidentes certabant eum honoribus ornare.
Poſitae in templis imagines, ſuggeſtus [6]) in curia [7]),
faſtigium in domo, menſis in coelo, ipse pater [8]) pa-
triae perpetuuſque dictator [9]). Ita enim haec omnia [10])
ſcripta ſunt. Ipse ſuam omnem clementiam in victos,
omnem ſuam [11]) potentiam in cives effundere. Nihil
de tanto imperio ſuum erat praeter gloriam et impe-
rii nudum [12]) nomen. Pecunias omni aetate [13]) con-
tempserat: voluptates ut ſperneret, iam ſibi aetas de-
4 vexa praeſtabat. Negare non poſſum, quin in re
publica [14]) iuvenis paulo impetuoſior et principatus
ſemper appetentior fuerit [15]), quam ſat est, ne, ſi

1) cod. Marſiliam
2) cod. unqnam
3) magnitudo rerum
4) ex terris — L. *exteris*. G.
5) cod. maximo — F. *maximi tradunt*. G. — Lem. maximi ſerunt — utrumque ſine neceſſitate. Vide mudo XXI, 41: quod certiſſimi ſunt auctores. et huius cap. § 2: ut fere omnes ſunt auctores. cf. Rem. utr. f. L. II. dial. CXXXII. p. 221: centum quinquaginta, ut quidam ſunt auctores, et, qui minus dicunt, ſexaginta non amplius. add. de officio et virt. imp. p. 388: quibus neminem illo unquam magis enituiſſe plurimi ac certiſſimi ſunt auctores.
6) ſuggeſtri — L. *ſuggeſtus*. G.
7) cod. curiam (pro *in curia*)
8) cod. pnst
9) cod. ditator
10) cod. *om*.
11) haec quatuor *om*. — Adde *ac*. G.
12) cod. idem nudum
13) omnem aetatem — Lem. per omnem aetatem — Sine cauſſa.
14) cod. .p.
15) fuit — L. *fuerit*. G.

hoc negarem [1]), ipse meis fcriptis arguar [2]) et his auctoribus, unde [3]) illa decerpserim. Sed quis virtutes alias viri huius enumeret? quis [4]) illam unicam abunde laudaverit, quaomnes vicit principes, clementiam? Sed quid agant quove fe vertant homines? Ubique periculum, nihil tutum, verisfimumque [5]) illud Lyricum [6]): quid quifque vitet, nunquam homini fatis cautum est in horas. Exilio cesferat Africanus invidiae, Caefar beneficiis obfliterat: tutius illud apparuit [7]). Rem verisfimam, fed mirabilem et indignam dicam delicatis animis: ipsa beneficentia gravis erat, et unum [8]) omnia posfe multis utile, fed moleftum omnibus. Hinc invidiae incrementa. Quid fa- 5
cerent raptori impio, qui pati clementem [9]) principem et [10]) munificum nequiverunt? Unde hercle amorem omnium merebatur, inde omnium ferme odia et paucorum infidias et ad ultimum caufam mortis invenit. De qua in extremo dicam eo, quod extremus humanorum actuum est mors [11]). Ante [12]) tamen de quibusdam, quae ad corporis habitum formamque et ingenium et eloquentiam et mores domefticamque [13]) viri vitam attinent, attingendum [14]) puto, fecundum quod a praeclaris auctoribus fparfim tradita elicere et in unum ftudio colligere dabitur, non quidem omnia, nec oportet, fed quae vel utilia cognitu vel delectabilia videbuntur. Corpore quidem altus fuit, candi- 6
dus, teres, maximarum virium; peritia rei militaris eximia, incredibili patientia laborum [15]); vultu modice [16]) fubpleno [17]), oculis nigris atque vivacibus, va-

1) negem
2) arguer — L. *arguar.* G.
3) nuda — L. *unde illa.* G.
4) cod. *om.*
5) verisfimum — cod. ..... que (lacoua)
6) cod. liricium
7) cod. apperuit
8) cod. verum (pro *et unum*)
9) cod. clementiam
10) cod. *om.*
11) fit mori (pro *est mors*)
12) cod. oode
13) domefticam — et ita cod.
14) cod. attigendum
15) laboris
16) Lem. modico
17) fed noo pleno — F. *fi non pleno.* Suetonio *paullo pleniore.* G. — Lem. fed non admodum pleno

litudine[1]) ufque fub extremum profpera; tunc tamen et animo nonnunquam linqui[2]) folitus et per quietem vifis[3]) concuti. In corporis cultu curiofior parumper, quam requirere videretur tanti animi magnitudo. Calvitium aegre tulit, revocare capillum[4]) a vertice in frontem[5]) confuetus, et e cunctis honoribus a fenatu et populo fibi oblatis nullum recepit avidius, quam perennis[6]) ufum[7]) laureae, qua[8]) calvitium tegeretur. Reliquo etiam cultu corporis infignem extitisfe et in pace conftat et in bello, mundum praeterea, delicatum nitidumque ultra, quam fatis esfet viro forti. Et rerum talium ftudiofum fuisfe nota res est, ufque adeo, ut villam[9]) a fundamentis fumptuofisfime extructam, quod non plene oculis refponderet, funditus everteret, idque tunc etiam inopem fecisfe atque aere presfum[10]) alieno.

7 Margaritarum et gemmarum et toreumatum[11]) et fignorum et pictarum tabularum avidisfimus, difciplinae vero domefticae tenax valde non magnis in rebus modo, fed in minimis, ita ut piftorem, quod convivis[12]) non eundem, quem fibi, panem miniftraret, vinculis[13]) innecteret et[14]) libertum fibi acceptisfimum, quod Romani equitis[15]) uxorem violasfet, nullo licet accufante, morte multaverit[16]). Non tamen pudicitiam, quam in alio exigebat, in fe praeftitit, infamatus et Romae illuftrium adulteriis feminarum, in quibus collegarum eius Crasfi et Pompeii coniugum, ante fcilicet, quam hic eius gener esfet, infuper et provincialium[17]) matronarum, et praefertim in Galliis, quodque est[18])

1) valetudine
2) cod. loqui
3) vis — F. *etiam.* G. (vifis Lem.) — in cod. alteri *s* a m. f. infcripta est *u.*
4) cod. ecapilum
5) haec quatuor cod. *om.*
6) proeminis — F. *quam asfiduum ufum laureae, qua contra.* G. — Lem. ut praeminentis
7) ufu
8) contra — Adde *qua.* G. (non addidit Lem.)
9) nullam — F. *villam.* G.
10) cod. atque erepsfum
11) tore iuvatum — cod. toremnatum — L. *toreumatum.* G.
12) comminus — cod. conviviis — F. *convivis.* G.
13) cod. vinclis
14) cod. *om.*
15) cod. militis
16) multavit
17) cod. provincionalium
18) *om.*

altius, reginarum, in quibus nomen habet Euries[1])
Mauritaniae[2]) et ante omnes Aegypti regina Cleopa-
tra, cuius ſupra mentionem fecimus, cum qua non[3])
contentus in medio belli eivilis ardore voluptati mul-
tum temporis impendisſe[4]), post belli finem in urbem
Romam evocatam[5]) nec niſi multis honoribus ae[6])
donis ornatam[7]) redire tribuit in Aegyptum filinmque
ex ea ſuſceptum agnovit ſuumque illi nomen imponi
non erubuit, quem quidam[8]) Caeſari et aſpeetu et
incesſu perſimilem prodidere. Inter haec tamen et 8
cibi[9]) prorſus indifferentis[10]) et parcisſimus vini fuit,
ut mirari posſes[11]), quid ſibi ſine Baccho et[12]) eibis
lenioribus[13]) vellet Venus[14]). Neque vero feminarum,
quam divitiarum, appetentior fuit, non ut eas recon-
deret, quod omnes fere[15]) faciunt, qui divitias quae-
runt, ſed ut largiretur liberaliterque[16]) diffunderet.
Ita duorum avaritiae[17]) malorum alterum neſciebat,
altero laborabat; unde etiam[18]) in Hiſpania, in Gallia,
in[19]) Aegypto multa quidem, Romae[20]) autem[21]) effra-
eto aerario[22]) univerſa diripuit. Sed non ut abſtinen- 9
tiae, ſic eloquentiae inops fuit, qua et omnium ſecu-
lorum duces haud dubie antecesſit et ſummos aequavit
oratores. Quod ita esſe oratorum[23]) princeps et Cae-
ſaris hoſtis Cicero confirmat, et, quod[24]) mireris, ad
Brutum ſeribens. Neque tantum militari aut oratoria
eloquentia, quae[25]) habetur[26]) ad praeſentes, enituit[27]),

1) F. *Eunoe Mauritaniae.* G.
2) Mauritanis
3) cod. *om.*
4) cod. impendisſet
5) cod. evocata
6) et
7) cod. ornata
8) quidem
9) cod. ſibi
10) cod. indefferentis
11) cod. posſet
12) cod. *om.*
13) levioribus
14) cod. Verius neque etc.
15) fere omnes
16) cod. liberaliter
17) cod. avaricia
18) et
19) et in
20) ratione — F. *aerario.* G.
21) cod. *om.*
22) Romae
23) cod. orator
24) cod. quid
25) quam
26) habet
27) emicuit

ſed et libros ſcripsit rerum ante alios[1]) ſuarum, qui ab aliis, qui rebus ipsis interſuerant, digeſti ſunt et in lucem editi; unde horum, quae de rebus Caeſaris ſcripsimus, maxima pars[2]) decerpta est. Scripsit et alios plures, qui ita ſibi propter ingenii velocitatem adeo[3]) nihil[4]) aut modicum temporis occupabant obſtabantque[5]) negotiis, ut quosdam ex eis in Alpium tranſitu belli Gallici temporibus, quosdam in medio periculoſisſimorum ardore bellorum, unum, cuius ſupra meminimus, dum ab urbe Roma IIII. et XX. diebus ulteriorem in Hiſpaniam pervenisſet[6]). Scripsit et epiſtolas ad ſenatum, ad amicos, inter alios Ciceronem[7]), qui, pace dixerim tanti viri, ſaepe et multum in illius[8]) amicitia variavit. Scripsit et[9]) adole-
10 ſcentulus multa[10]), quae proſequi longum est. Talis ille in rebus ingenii; nam in rebus bellicis nulli hominum ſecundus fuisſe non ambigitur. Ita nempe de illo ſcriptum est: Vir, quo nemo unquam bellis magis enituit. In quibus quidem[11]) nunquam ipse ſibi pepercit indulſitque aliquid[12]). Primus in agmine eques interdum, pedes ſaepius, cernebatur, nec ſole nec gelu[13]) nec pluvia caput operiens, exhortans[14]) docenſque asſidue, quid agendum, quid cavendum, et praeſertim exemplo milites ad laborem erigens atque conſirmans. Nullus enim locus erat ignaviae, ubi

1) F. *annales* (pro *ante alios*). G. — Lem. recte ſervavit *ante alios*, quod verum esſe proxime ſequentia docent.

2) cod. pars praeſens

3) cod. addo

4) *om.* — *Aut* videtur delendum, vel ſcribendum *adeo nullum, aut modicum.* G. — Lem. delevit *aut*, ut paullo ante *ita*, pleonaſmi male impatiens.

5) cod. ante corr. a m. pr. habebat *hoſtabantque*

6) Deest *fecerit*, aut *compoſuerit*. G. — Lem. addidit *fecerit*. Mihi ex Rer. memor. L. I. cap. 2. p. 395 probabile fit post *Alpium tranſitu* excidisſe *ſcripserit ex citeriore intranſalpinam Galliam revertens.* cf. tamen ad XXIIII, 57.

7) L. *ad Ciceronem.* G.

8) *om.*

9) *om.*

10) cod. *om.*

11) in quibusdam — L. *in quibus.* G.

12) aliud — cod. aut — L. *aliquid.* G.

13) gelu nec ſole

14) exhortatus — L. *exhortans.* G.

ſummum[1]) imperatorem praeeuntem[2]) videbant iu-
bentemque non ire, ſed venire et ſe ſequi ad pericula.
Nemo unquam promptior, nemo in periculis cautior, 11
et cum cautus ad omnia, tum[3]) ductandis exercitibus
cautisſimus et inſidiarum ſemper providentisſimus[4])
fuit ita, ut nunquam duceret, niſi itineribus explora-
tis aut per alios aut per ſe ipsum, nonnunquam in-
ter[5]) hoſtes illorum habitu transgresſus incognitus,
ut ad ſummam libratis omnibus dubitari posſet, an
animoſior esſet, an circumſpectior cautiorque. Cele-
ritatis non tantum mirae, ſed incredibilis fuit, quam
et ingenio et corpore praeſtitit ita, ut et, ſi quid in-
genio agendum esſet, ante perficeret, quam coepisſe
crederetur, et corpore itidem non ire, ſed volare vi-
ſus centena milia pasſuum in ſingulos dies exigeret et
obiectos[6]) amnes aut nando[7]) aut inflatis utribus pe-
dibus arremigando[8]) traiceret[9]), ita ut, dictu mirum,
ſaepe nuncii ad eius adventum urbibus nunciandum
praemisſi, cum eo curſim pervenisſent, eum iam
praevenisſe attoniti reperirent. Et huic celeritati ani- 12
moſitas quaedam[10]) inerat atque audacia, ita ut ſae-
pe turbulentisſimis tempeſtatibus[11]), quando nemo
etiam privatus iter[12]) ingredi auderet, ipse cum toto
properaret[13]) exercitu et, cum pervenisſet, e veſtigio
ſtupentes hoſtes aggrederetur[14]) nullumque reſpira-
mentum illis aut reſumendi animos ſpatium daret[15]).
Quotiens periculum anceps esſet, equos abicere[16]) ſo-

1) ſuum
2) cod. *om.*
3) cod. tamen
4) providentisſimus ſemper
5) F. *per hoſtes.* G. (inter h. Lem.)
6) abicons — F. *rapidos.* G.
7) nardo — L. *nando.* G.
8) L. *remigando.* G.
9) traiiceret
10) quidem
11) ptantibus tempeſtatibus — F. *exiſtentibus* (*tempeſtatibus*). G. — flantibus (temp.) Lem.
12) cod. inter
13) cod. praepararet
14) aggredieretur (Lem. aggrederetur)
15) daret ſpatium
16) abiicere — F. *abigere.* G. — *abiicere* pro *removere* noſter dixit Ep. rer. ſen. L. XV. ep. 3. p. 951: quacunque in re inter voluntatem et actum aliqua ſe obiiciant impedimenta, abiicienda esſe viriliter, ut amotis obicibus facile ad optata pervenias, etſi non ſim neſcius,

litus et praefertim fuum, ut aequato[1]) cum peditibus difcrimine[2]) et fepofita fugae fpe quafi virum unum
13 totum firmaret exercitum. Praeter autem artes imperatorias militis officia tam valenter exercuit, ut ficut[3]) nemo illi par imperator, fic nemo illo miles melior foret. Itaque inclinatam aciem faepe folus erexit, ut praefertim Mundenfi die[4]) factum esfe[5]) narravimus, cohibens fugam et paventes arreptis faucibus in adverfos manu ac voce retorquens tanto impetu, ut aquiliferum aliquando[6]) cunctantem[7]) intentata[8]) cufpide tremefecerit aliumque terruerit usque adeo, ut in manu eius fignum relinqueret abiretque
14 et ipse ex imperatore vexillifer remaneret. De hac bellica virtute ac felicitate praecipuaque[9]) celeritate[10]) etfi abunde fit dictum neque aliud[11]) tota haec dicat hiftoria, non est tamen omittendum Ciceronis teftimonium, quoniam[12]), licet vulgatisfimum omnibusque notisfimum, est tamen[13]) et[14]) clarisfimum fimulque et[15]) verisfimum. Soleo faepe, inquit, ante oculos ponere idque libenter crebris ufurpare fermonibus, omnes noftrorum imperatorum, omnes externarum[16]) gentium potentisfimorumque populorum, omnes regum clarisfimorum res geftas cum tuis nec contentionum magnitudine nec numero proeliorum nec varietate regionum nec celeritate conficiendi nec disfimilitudine bellorum posfe conferri, nec vero disiunctisfi-

esfe genus impedimentorum, quae abiici nullo queant modo.

1) aequatio

2) difcrimen — L. *aequato cum peditibus difcrimine.* G.

3) cod. fic

4) cod. Monde ficut (*ficut* e corr.)

5) est — L. *esfe.* G.

6) aquilifer (aliquando *om.*) — Non intellexit verba Suetonii, ex quo haec haufit, apud quem est *ut aquilifer moranti cufpide fit minatus. Moranti* est retinenti Caefari aquiliferum, ne fugeret, non *cunctantem.* G. — aquiliferum Lem.

7) Lem. morantem

8) cod. intenta

9) Lem. praecipueque

10) felicitate

11) aliud hoc

12) quum

13) cod. tantum

14) *om.*

15) *om.*

16) exterarum

mas terras citius cuiusquam pasfibus[1]) potuisse iam[2])
peragrari, quam tuis non dicam curfibus, fed victo-
riis illuftratae funt. Quae quidem ego, nifi ita esse
magna fatear, ut ea vix cuiusquam mens aut cogi-
tatio capere posfit[3]), amens fim[4]). Milites non ur- 15
banitate nec forma[5]) nec fortuna quidem, fed viribus
corporis atque animi extimabat, et feverus in eos
pariter et indulgens. Nam et[6]) propinquo hofte
omnibus horis, non magis[7]) diurnis, quam noctur-
nis, paratos eos ad iter[8]), ad pugnam exigebat ideo-
que[9]) nunquam pugnae tempus denunciabat aut itine-
ris, ut omne tempus fibi denunciatum crederent et
femper[10]) parati, quotiens profectionis aut pugnae fi-
gnum fonuisfet, invenirentur, et faepe nulla caufa rei
cuiufpiam fignum dabat, ut condifcerent[11]) laborare
et repentinis imperiis praefto esfe. Peccata militum 16
non omnia caftigabat et multa disfimulabat, fciens ge-
nus hominum ad peccandum pronum nec facile natu-
ram et confuetudinem verbis extirpari. Seditiofos ac
defertores feverisfime[12]) puniebat[13]), quod haec vitia
non ad fingulorum[14]) mores[15]), fed ad fummam[16]) re-
rum pertinerent[17]). Ut vero[18]) intentos ad proelia
requirebat, fic[19]) post victorias interdum lafciviae mi-
litari ac laetitiae frena laxabat, ut a diuturno[20]) labore
recrearentur corpora militum atque animi, et, fi in
hoc argueretur, refpondebat: Milites mei et unguen-

1) pasfibus cuique — F. *cuiufquam pasfibus*. G.
2) iam potuisfe
3) posfet — L. *posfit*. G.
4) *om.* — Adde *fim*. G.
5) fama — cf. ad § 16.
6) cod. *om.*
7) magnis — L. *magis*. G.
8) Adde *et* — Lem. *et* pro fequenti *ad* dedit.
9) et bene — F. (*et*) *poene*. G.
10) cod. fenper
11) cod. cum difcerent
12) cod. faevisfime
13) cod. premebat
14) fingulos — F. *fingulorum*. G.
15) In Suetonio est *moribus* h. e. vitam et mores, boni an mali esfent. G. — Hanc notam a Graevio ad initium § 15 adfcriptam et errore typothetae vel amanuenfis huc relatam esfe fufpicor. cf. Suet. Iul. c. 67 init. cum c. 65 in.
16) fummum — L. *fummam*. G.
17) pertinent
18) vere — F. *ut vero*. G.
19) fi — L. *fic*. G.
20) diurno — Male.

tati bene poſſunt et pugnare et vincere. Illud quo-
que[1]) eis permittebat, ut auro et argento ornarentur,
quo et aſpectu[2]) pulcrior eſſet exercitus et virtuti in-
ſitae damni metus accederet et eſſet quiſque ad pu-
gnandum acrior[3]), dum et[4]) vinci timerent[5]) et
17 ſpoliari. Neque omnes[6]) alloquens milites nuncupa-
bat[7]), ſed commilitones[8]) ſuos, neque eos ut milites,
ſed ut amicos cariſſimos diligebat in[9]) tantum, ut
cognita caede Titurii et Arunculeii, de qua[10]) ſupra
diximus, barba et capillo intonſus atque incultus tam
diu fuerit, donec in[11]) hoſtes ulciſceretur. Quibus
artibus et fortiſſimos milites et ſibi fidiſſimos fecit,
uſque adeo, ut in ipso principio civilis belli, cum
iam[12]) a patria ſtipendia negarentur neque ad tantam
rem unus ipse ſufficeret, centuriones legionum[13]) ſin-
gulos equites ſibi offerrent ſua impenſa et omnes pe-
dites communicatis omnibus et ditioribus quibuſque
ultro[14]) inopum curam in ſe transferentibus gratuitum
illi ſine ſtipendio ac fructu[15]) pollicerentur obſequium.
Neque in tam longo belli ſpatio quiſquam fere trans-
fugit, et capti aliqui ſuorum oblatam ſibi vitam, ſi
contra Caeſarem militarent, conſtantiſſime reſpuerunt.
18 Difficultates omnium rerum[16]) et extremam[17]) famem
vel dum obſiderentur ab hoſtibus, vel dum ipſi illos
obſiderent, tanta pertulere conſtantia, ut ad Dura-

1) illudque
2) a ſpiritu — F. *aſpectu*. G.
3) cod. acriter
4) cod. *om.*
5) cod. timet
6) eos
7) cod. nuncupat
8) cod. comiltones
9) cod. et
10) quibus
11) Dele *in*. G. Retinuit Lem. recte. cf. Ep. rer. ſen. L. III. ep. 8. p. 780: ſicut — civium ſuorum mortes in Mithridatem — ulta est Roma. Vir. Ill. MS. Vratisl. Acad. fol. 7. p. 1: in eos, qui degeneri metu in obſidione Veientana Romana ſigna reliquerant, militariter ultus. Apologia p. 1068: dum ſe clanculum adverſus incautos ulciſcantur. cf. Ep. rer. ſen. L. XII. ep. 2. p. 908: quid ita, ſi quid a me laeſi eſſent, in Virgilium immeritum vindicarent.
12) *om.*
13) cod. legiones — a m. ſ. *um* ſuper *es*
14) cod. ultimo
15) frumento
16) rerum omnium
17) extrema (Lem. extremam)

chium pane ex herbis facto vitam ſuſtentarent; quo conſpecto Pompeius rem ſibi non cum hominibus, ſed cum feris animantibus esſe ait abicique[1]) eum iusſit, ne viſus animos[2]) ſuorum debilitaret obſtinatione hoſtium intellecta. Fortitudo quoque non[3]) inferior, quam patientia, illis[4]) erat. Victi ſemel illis in locis tam moeſti fuerunt, ut a ſe ipsis[5]) ſupplicium exigentes conſolari eos dux habuerit[6]), non punire, aliis[7]) omnibus in proeliis ingentes hoſtium exercitus ſemper longe numero pauciores vicerint atque deleverint[8]). Et ibidem una cohors Caeſaris IIII.[9]) Pompeianas legiones aliquot horarum ſpatio ſic pertulit, ut pene omnes confixi atque obruti[10]) ſagittis esſent, quarum[11]) et[12]) XXX. milia[13]) intra[14]) vallum reperta atque ad Caeſarem ſunt relata. Et
haec[15]) omnes aut multi quidem. Quid de ſingulis lo- 19
quar[16])? Nota est Scaevae centurionis et in Britannia[17]) et ad Durachium virtus, de qua ſuo diximus[18]) loco, et, quod dicendi locus defuit, Accilii[19]) militis ad Masſiliam, qui, cum proelio navali hoſtilem in puppim dexteram iniecisſet, illa amputata nixus altera navimque conſcendens ſcuto in adverſos impetum fecit aequavitque[20]) Cinigeri[21]) factum, quod loquacisſimae Graeciae[22]) laudibus in coelum uſque ſublatum est, cum par virtus Romani militis pene ſit damnata ſilentio. Sic verborum illi, iſti autem[23]) rerum[24]) ſtu-

1) abiicique — cod. abitique
2) cod. *om.*
3) cod. *om.* h. l.
4) cod. illis non (*non* int. v.)
5) a ſemetipsis
6) habuerat (Lem. habuerit)
7) punire. Aliis
8) L. *vicerunt atque deleverunt.* G.
9) quatuor
10) cod. abruti
11) cod. *ſagitarum* a m. f. int. v. habet. — Lem. quorum
12) C
13) *om.* — Adde *millia.* G. — corpora Lem. Inepte.
14) cod. inter
15) hi — male.
16) cod. loquitur
17) haec quatuor cod. *om.*
18) diximus ſuo
19) Actili — L. *Acilii.* G.
20) aequavit
21) Cymgeri — L. *Cynegiri.* G. Ita ſane debebat; ſed *Cinigerus* idem noſtro dicitur de officio et virt. imp. p. 390. *Cinigirus* autem propius vero Rem. utr. f. L. II. dial. LXXVII. p. 166.
22) gratiae — F. *Graeciae.* G.
23) cod. at
24) cod. rirum

odio dediti erant. Seditionem militarem Gallicis omnibus atque Germanicis et[1]) Britannicis bellis nullam pertulit, exiſtimo, quod[2]), quia[3]) iuſta bella milites agere ſibi viderentur, nihil[4]) aliud, quam pugnam et obedientiam cogitarent, ſed[5]) bellis civilibus aliquot, ſed quas cito non facilitate[6]), ſed ſeveritate et auctoritate[7]) compeſceret[8]); qualis fuit illa ad[9]) Placentiam, dum priore[10]) bello ex Hiſpania remearet, de qua dictum est, et altera Romae, decimanis miſſionem et praemia tumultuoſiſſima conſpiratione poſcentibus, quos[11]), quoniam tum[12]) maxime bellum[13]) in Africa repullularet[14]), amicis dehortantibus neque dimittendi tempus eſſe firmantibus[15]) dimittere voluit[16]) et, quantum in ſe eſſet, dimiſit; ſed, quos imperator dimittebat, imperatoris vox una detinuit, ut, cum enim[17]) eos alloqui incipiens non commilitones, ut ſolebat, ſed Quirites appellaſſet, una ſtatim voce reſponderent ſe vero milites ſuos eſſe nec amplius loqui paſſi recuſantem licet in Africam[18]) ſequerentur, non tamen[19]) impunes, ſed pro culpa cuiuſque[20]) increpiti et mul-
21 tati. Et haec quidem cum militibus[21]). Familiaritates, amicitias, clientelas ſumma fide coluit ac pietate. Dum[22]) ſilveſtre iter ageret Gaiumque Oppium, qui ſibi amiciſſimus et illo in[23]) itinere comes erat unicus, aegri-

1) atque
2) cod. *om.*
3) *om.*
4) et nihil Lem.
5) ac — Lem. at
6) cod. felicitate
7) haec duo cod. *om.*
8) compeſcerat — L. *compeſcebat.* G.
9) L. *at.* G. — Hanc notulam ad illud *ac* referendam puto; quod vulgo ante *bellis civilibus* legebatur; eoque retulit Lem. h. l. *ad* retinens.
10) prior — L. *priori be .o confecto.* G.
11) cod. quos tum
12) cod. tamen
13) belli — L. *bellum.* G.
14) repulluraret (Lond. et Lem. repullularet)
15) F. *affirmantibus.* G. Idem est *firmare.* cf. de rep. opt. admin. p. 374: hic occurritur a quibusdam metum hunc in ſubditis eſſe, non in regnante, firmantibus.
16) cod. ante corr. *noluit*
17) Videtur delendum *enim.* G. — cf. ad XVIIII, 18.
18) cod. Africa
19) cum — F. *tamen.* G.
20) cuiuſque culpa
21) milibus — L. *militibus.* G.
22) cod. dum enim (*enim* int. v. a m. ſ.)
23) cod. *om.*

tudo repentina corripuiſſet et forte ibi Iuguriolum nonniſi unius capax eſſet inventum, ibi amicum agreſti in lectulo collocavit, ipse ſub divo [1]) nuda iacuit in humo. Et haec quidem, dum fortuna adhuc eſſet humiliore. At cum ad imperium aſcendiſſet, nonnullos obſcuriſſime natos ad honores et magnifica promovit officia, cumque de hoc reprehenderetur, Si graſſatorum, inquit, atque ſicariorum [2]) [ope] [3]) in defendenda dignitate mea uſus eſſem, aeque illis eſſem gratus [4]); non enim quis, ſed quid quiſque pro me geſſerit, examino [5]). Maſintham [6]), generoſum [7]) adoleſcentem, ſuam in clientelam ab ineunte aetate ſuſceperat. Contra illum [8]) Hyempsal rex litigium habebat; in quo cum [9]) Caeſar tanta ope et ſic ardenter adiuvit [10]), ut filio Iubae regis, qui regis alterius cauſam fovebat, ortis, ut fit, in contentione [11]) verbis acrioribus barbam manu violenter arriperet eundemque Maſintham [12]) in cuſtodiam [13]) ducentibus criperet eumque quaerentibus occultaret, denique praetor primum in Hiſpaniam proficiſcens ſua abditum lectica nulli cognitum aſportaret. At non [14]) ut [15]) amicitiarum, ſic 22
et ſimultatum [16]) tenax, a nullo unquam tam offenſus, quin facile et obliviſceretur et parceret. Itaque et [17]) orationes et verſuum [18]) morſus famoſorum, quin et librorum adverſus ſe ab invidis editorum lacerationes patientiſſimo ac [19]) civili [20]) tulit animo neque graviores iniurias ſibi non verbis, ſed rebus ipsis illatas, cum poſſet

1) dio
2) cod. ſi carior
3) *om.* — neque in cod. est. Supplevi ex Suet. c. 72. — Lem. inferius *manibus* post *mea* inseruit.
4) cod. ingratus
5) ex animo — cod. *min* e corr. habet. — L. *examino*. G.
6) cod. Maſitham
7) Granoſum — L. *generoſum*. Suet. *nobilem*. G.
8) illum adivit ut — L. *audivit* (pro *adivit*). G. Male.
9) cum — L. *eum*. G.
10) adivit — L. *adiuvit*. G.
11) incontentioſe — L. *in contentione*. G.
12) cod. Masſitham
13) cod. cuſtodia
14) cod. vero
15) cod. *om.*
16) cod. ſimul tantum
17) cod. *om.*
18) cod. orationem et uſum
19) cod. ea
20) cod. *om.*

ulfcifci, noluit[1]) et, fi omnino iurandi[2]) vinculo[3]) cogeretur[4]), quanto quivit humanius[5]) ultus est. Coniurationes contra fe deprehenfas non punivit[6]), fed fibi notas esfe admonuit. Male de fe loquentibus edixit, ut defifterent[7]). Statuas Syllae[8]) atque Pompeii a Romana plebe depofitas reftituit nec pasfus est extinctis hoftibus nocere favorem fuum, qui viventi-
23 bus non noceret. Denique omnes iniurias omnibus remifit; neque alibi, quam in proelio, periisfe aliquos fuorum hoftium notum est, nifi Afranium[9]), ut perhibent, et Fauftum Syllam[10]) ac L. Caefarem iuvenem; quamquam et duo primi accepta femel venia postmodum rebellasfent et de eorum morte aliter[11]) fcripserint, qui rebus interfuerunt, et tertius fervos Caefaris ac libertos ferro et igni crudeliter enecasfet. Sed ne hos quidem fuo iusfu feu[12]) confenfu interfectos dicant, qui asferunt post victoriam interfectos. Cum vero petentibus figillatim ignovisfet, novisfime univerfis etiam non petentibus veniam dedit ac licentiam in Italiam[13]) redeundi atque ad honores et imperia bello praeclufum aditum aperuit oftendens verbis et, quae mentiri nefciunt, rebus nullum fe hoftem post bellorum exitum habere. De quo Cicero, etfi post eius interitum obloquatur, quod invitus lego, tamen ante fic dixerat: Vidimus[14]) tuam victoriam[15]) proeliorum exitu terminatam, gladium vagina vacuum in urbe non vidimus. Quos amifimus cives, eos Martis vis perculit[16]), non ira victoriae, ut dubitare debeat nemo,

1) L. *voluit.* G. aut *atque* pro *neque*, nifi potius negligenter fcripsisfe auctorem credideris.
2) iusiurandi — L. *iurisiurandi.* G.
3) cod. vinclo
4) cogetur — L. *cogeretur.* G.
5) humanus — Male.
6) praevenit — Male.
7) definerent
8) Sullae — cod. Silae
9) cod. Affranium
10) Sullam — cod. Sillam
11) alteri — L. *aliter.* G.
12) fed — L. *feu.* G. (Lem. perperam *fed* retinuit.)
13) cod. ytalia
14) Videmus (Lem. Vidimus)
15) gloriam — F. *victoriam.* fic Cicero pro M. Marcel. G.
16) pertulit (Lem. perculit)

quin multos, fi[1]) fieri posfet, Caefar[2]) ab inferis
excitaret, quoniam ex eadem acie confervat, quos
potest. Haec lenitas[3]) et hi mores Caefaris, qui illum 24
totius humani generis amore dignisfimum facere de-
buisfent, fibi, quod[4]) fufpicari quidem licet, perni-
ciem attulerunt. Vifus est enim tuto laedi posfe, qui
omnibus omnia[5]) indulgere, nihil foleret ulcifci. Prae-
tentae tamen aliae caufae funt, et facile est caufas vel
invenire vel fingere. Obiciunt[6]) illi infolentiam, cui
certe adiuncta[7]) folet esfe[8]) crudelitas, quae, ut li-
quet[9]), ab illo longe abfuit[10]). Ut fit autem mitis
infolentia, quod vix esfe posfet, profecto tantas[11])
post victorias defierat esfe mirabilis et geftarum rerum
confcientia[12]) levabatur. Dicunt cum magiftratus[13]) 25
non fibi tantum, fed aliis praeter patrii moris ob-
fervantiam impertitum, nimios fibi honores ufur-
pasfe, continuum confulatum, perpetuam dictaturam
ac cenfuram, cognomen imperatoris ac patris patriae,
quae post cum multis longe imparibus contigerunt[14]),
ftatuam inter reges, fuggeftum[15]) in orcheftra[16]),
quae[17]) certe non petenti, imo et recufanti merito
debebantur[18]), nec humanos tantum, fed divinos[19]),
fedem auream in curia[20]), tenfam pro tribunali, tem-
pla etiam et aras; in quo modum, fateor, fupergres-

1) cod. *om.*

2) C. Caefar

3) levitas — nec aliter cod. — L. *lenitas*. G.

4) cod. quid

5) omnia omnibus

6) Obiiciunt

7) cod. devincta

8) *om.* — Videtur addendum *esfe*. G.

9) linquit — L. *liquet*. G.

10) afuit (Lem. abfuit)

11) praefecto tanta — L. *profecto tantas*. G.

12) L. *esfe. Mirabili geftarum rerum confcientia*. G. Temere; neque a vulgata fecesfit Lem.

13) ingratus * (magiftratus Lem.)

14) cod. contingerunt

15) *om.*

16) Adde *fuggeftum*. G.

17) qui—L. *quae*. G.—qui Lem.

18) debebatur — in cod. *n* duobus punctis notatum est. — L. *dabantur* aut *decernebantur*. G. debebatur Lem.

19) Adde *recepit*. G. Imo repete *honores ufurpasfe;* nec quicquam addidit Lem.

20) L. *in curia et pro tribunali, thenfam in pompa Circenfi.* Sic fane Suet. G. — Nil mutavit Lem.

ſus est. At, quod [1]) ſequitur, quale est? Simula-
crum iuxta deos; et quos deos? quaeſo: Iovem forſitan
aut Neptunum, qui certe pedem Caeſaris non valebant,
homines vitioſi, aut [2]), ut ſcriptum est, omnes dii
26 gentium daemonia. Deſpexiſſe etiam fertur aruſpicia [3]).
Et quid, oro [4]), dignum infamia, nedum morte, et
non potius multa laude digniſſimum [5])? Sed expedia-
mus illam inexpiabilem, ut dicunt, invidiae cauſam:
ſenatui [6]) ſe adeunti et honorificentiſſimis decretis ho-
neſtanti [7]) non aſſurrexit [8]), ſive prohibitus, ut aiunt,
a Cornelio Balbo, cum [9]) vellet aſſurgere, ſive [10])
ſponte ſua neque de aſſurgendo cogitans. En grave
crimen; cum noſtra aetate filii ruſticorum regibus at-
que principibus non aſſurgant [11]). Sed enim id ma-
xime indignationem ſenatus auxit, quod ipse Caeſar
ſibi triumphanti non aſſurrexiſſe Pontium Aquilam
aegre tulerat. En cauſa, en paritas rerum. Rogo
autem: quid habet Pontius [12]) Aquila, tribunus [13]) ple-
bis [14]), commune cum Caeſare triumphante? niſi forte
eadem in patria natum eſſe pares facit. Sed nunquam
odio cauſa defuit. Addunt ſuſpicionem affectati [15]) re-
gni [16]) ab illo, qui utique regibus omnibus maior erat
27 et maiorem [17]) eſſe noverat. Hae [18]) ſunt fere cauſae,
haec ſunt crimina, quae Caeſarem morte dignum effe-
cerunt et (eorum utor verbo) ut iure caeſus extime-
tur [19]). Coniuratum est in eum a ſexaginta [20]) ſena-
toribus, Gaio Caſſio et [21]) Marco ac Decimo Brutis

1) cod quid
2) cod. at
3) aruſpicia — L. *auſpicia* aut *haruſpicia*. G. — haruſpicia Lem.
4) cod. *om.*
5) digniſſima — L. *digniſſimum*. G.
6) *om.* — Adde *Senatui*. G.
7) cod. honeſtati — e corr. *honeſtato*
8) aſſurrexerit — L. *aſſurrexit*. G.
9) et cum — Videtur delendum *et*. G.
10) ſine — L. *ſive*. G.
11) cod. aſſurgunt
12) cod. potius
13) cod. tunc
14) cod. plus
15) cod. affectanti
16) cod. regi
17) maior
18) cod. Hee
19) exiſtimetur
20) LX
21) ac

tantae caedis ducibus; quorum primus atque ultimus
e ſuorum numero erant, medius ſemper adverſae par-
tis extiterat[1]), ſed venia[2]) donatus ac provincia auctus
aut oblata rcſpuere aut[3]) profecto ipſe quoque ſuus
eſſe debuerat. Sed uno modo ſui omnes ſuerunt pe-
remptores. Et multa quidem coniuratis fuere conſilia,
qualiter aut ubi eum perderent[4]): tandem[5]) ſenatu Idi-
bus Martiis in Pompeii curiam edicto locus placuit et
tempus[6]). Nec ipsi quidem Caeſari[7]) mors ignota
eſſe debuerat, niſi quod perituris oculos[8]) obſtruit
fortuna. Omitto tabulam aeneam ſorte Capis[9]) regis 28
ex[10]) ſepulcro erutam[11]), in qua Graece ſcriptum[12])
erat hac[13]) ſententia: quandocunque oſſa Capis de-
tecta esſent, fore, ut Iulo prognatus manu ſuorum
necaretur magniſque mox Italiae cladibus vindicaretur;
potest enim eſſe res ſabuloſa, quamvis eam Suetonius
Tranquillus affirmet et Cornelium Balbum, Caeſaris
familiarisſimum, producat auctorem. Omitto greges
equorum, in traiciendo[14]) Rubicone conſecratos et
vagari ſine cuſtode permisſos, circa diem caedis et
pabulo abſtinentes et lacrimis manantes uberibus.
Omitto plurimis hoſtiis non litatum et Spurinae aru-
ſpicis monitus periculi[15]) imminentis et regaliolum
avem in Pompeiana curia a diverſis volucribus[16]) di-
ſcerptam[17]). Omitto ſuum et uxoris ſuae ſomnium[18])
et, quae ſunt id genus, omnia, quae a viro tam do-
cto, tam magnanimo iure optimo, niſi fallor, ſperni
poterant. Sed tunc vulgo obſervari talia, imo pro-

1) cod. exiſterat
2) cod. veniam
3) cod. *u* a m. ſ. int. v. habet.
4) cod. proderent
5) Adde *in*. G.
6) haec decem *om*.
7) cod. Caeſari quidem
8) oculis — F. *oculos*. G.
9) L. *Capyis*. et ſic paullo post. G. — Lem. utrobique *Capys* edidit.
10) e
11) cod. aſtructam
12) ſcripta
13) haec
14) traiiciendo
15) cod. pericli
16) vulneribus — F. *avibus*. G. — vulturibus Lem. Male.
17) decerptam — cod. diſcerpata
18) ſomnum

29 curari accuratius [1]) et caveri mos [2]) erat. Illud certe sapientissimo duci oculos aperuisse debuerat, quod et fama caedis [3]) in vulgus effusa erat, ut, quod multi noverant, ille unus, cuius res agebatur, vix ignorare potuerit, et ad locum suae mortis eunti quidam [4]) obvius, sed incognitus [5]), scripturam [6]) obtulit, qua monebatur, ne ad mortem iret; accepitque illam nec perlegit, sed scripturis aliis, quas sinistra manu gestabat, quasi statim [7]) postea lecturus immiscuit, quae postea cum aliis est inventa. Et hinc ortus dicitur mos ille praecipue principum, ut omnem scripturam sibi oblatam
30 confestim legant. Ceterum his atque aliis moti quidam opinantur Caesarem et mortem suam praescisse [8]) et sic mori voluisse. Nam et apud Xenophontem [9]) cum Cyri regis mortem et ordinationem ultimam aliquando legeret, contempsit lentum ac languidum mortis genus, et pridie, quam moreretur [10]), orta inter coenam mentione de optimo genere moriendi ipse mortem subitam inexpectatamque praetulerat, et in cottidiano [11]) sermone saepe dicere solitus ferebatur satis diu se vel naturae [12]) vixisse vel gloriae. Eius [13]) in oratione pro Marco [14]) Marcello Cicero meminit.
31 Utcunque [15]) ea res credita, Caesar Idibus Martiis turbatae valitudinis [16]) causa [17]) aliquamdiu domi detentus tandem D. [18]) Bruto hortante, ne expectantem senatum frustraretur, ad multum diei spatium [19]), hora scilicet

1) haec duo *om.*
2) praecaveri mox — L. *mos* (pro *mox*). G.
3) caede — L. *caedis*. G.
4) quidem — L. *quidam*. G.
5) ignotus
6) cod. scriptura
7) cod. sianti
8) praestitisse — L. *praescivisse*. G.
9) cod. apud apdexenophontem
10) cod. moriretur
11) quotidiano
12) cod. vere
13) cuius
14) M.
15) utrumque — F. *utcunque*. G.
16) valetudinis
17) cod. cum
18) cod. Decimo (additis a m. r. litteris quinque posterioribus.)
19) spatii — L. *spatium*. G.

V.[1]) venit in curiam Pompeianam, quae est Tarpeiae[2]) rupis in latere, expeditionem Parthicam animo agitans[3]). Ibi dum asſedisſet[4]), coniurati eum ſub praetextu obſequii circumſiſtunt, cum Cimber Tullius, qui primas[5]) ſibi tanti facinoris partes asſumpserat, accedens neſcio quid popoſcit. Neganti in praeſens inque aliud tempus rem trahenti ab utroque humero togam manibus arripit[6]): exclamantem Iſta quidem vis est Casſius infra[7]) iugulum vulnerat. Caeſar Casſii 32
pugione[8]) crepto[9]) brachioque[10]) eius traiecto dum asſurgeret, alio vulnere remoratus est, quod unum ex omnibus letale medici dixere. Sed ad unam vitam finiendam tale vulnus unum ſatis est. Tum[11]) ſe undique ab omnibus ſtricto ferro peti videns neque ſoli inter tantos et inermi quicquam[12]) auxilii ſupereſſe[13]) intelligens ſpiritum recollegit, ne quid[14]) indecorum[15]) moriens diceret aut faceret, neque omnino aliquid dixit, niſi quod ad primum vulnus parumper infremuit[16]) nulla voce tamen emisſa[17]); et Marco[18]) Bruto in ſe irruenti Graecum fertur neſcio quid[19]) breve dixisſe, de quo Caeſarem ipsum dicere ſolitum refert Cicero epiſtolarum ad Atticum libro X.[20]) Magni refert, quid hic velit; ſed quicquid volet, valde volet. Et ipse quidem in extremo toga caput obnubit laevaque ſinum veſtimenti ad inferiores corporis partes[21]) extendit, quo caſus esſet honeſtior. Ita ille, qui tot terras pri- 33
mum, post in urbe Roma terrarum orbem mira feli-

1) quinta
2) Trapei — F. *Tarpeiae.* G.
3) cogitans
4) cod. aſcendisſet
5) primus — L. *primas.* G.
6) arripuit — cod. accipit
7) cod. in
8) cod. poncione
9) cod. errecto
10) cod. brachio
11) cod. cum
12) quidquam
13) esſe
14) cod. quidem
15) cod. dedecorum (prima ſyllaba a m. ſ. int. v. addita.)
16) L. *ingemuit.* G. (vulgatum tenuit Lem.)
17) cod. amisſa
18) M.
19) quod
20) XXXIX. — F. *XIIII.* G. — V. L. 14, 1, 13. Ond. mſ. (i. e. Vide L. XIIII. ep. 1. lin. 13. ed. Oxon.)
21) partes corporis

citate fubegerat, una hora tribus ac viginti[1]) vulneribus ad terram datus occubuit, inque omnem terram auditus est ruinae fragor ingentis. Quam[2]) indigne autem[3]) fit occifus, vel hinc patet, quod plures ex his, qui eum occiderunt, in teftamento eius filii, fi quis forte nafceretur, tutores erant nominati; quidam quoque in fecundis heredibus fcripti erant, ut D.[4]) Brutus, qui maxime in hac[5]) caede ac[6]) praecipue videtur impius[7]) fuisfe. Quod quidem teftamentum paucis ante mortem menfibus fecerat. Nam in altero ante belli civilis initium, ut quidam tradunt, Pompeium[8]), generum fuum, unicum fcripferat heredem; fed bello exorto mutandi teftamenti iuftisfima caufa fuit; nemo
34 enim hoftem fibi vult heredem legatum. Populo Romano[9]) publice reliquit hortos, quos circa Tiberim habebat, private[10]) autem ac viritim[11]) treceuos[12]) fextertios, quod legatum ingens fuisfe, quifquis populi numerofitatem attendit, intelliget. Decreverant occifores corpus in Tiberim iactare, bona publicare, acta revocare, fed magnitudine perpetrati facinoris attoniti et metu Marci[13]) Antonii, qui tunc conful, et Lepidi, qui magifter equitum dictatori erat, abfterriti[14]) deftiterunt, fuitque illis una[15]) fugae cura, quoniam etiam[16]) ludibrium extincto praeparatum mirificos in
35 honores[17]) verfum est[18]). Rogus enim[19]) accenfus in campo Martio fecus tumulum Iuliae, nefcio quidem, an filiae, an fororis, utrique enim nomen hoc[20]) fuerat; aedes aurea templi in formam eius memoriae[21])

1) III. ac XX.
2) cod. Quare
3) cod. *om.*
4) cod. Decimus (additis a m. f. fex pofterioribus litteris.)
5) *om.*
6) cod. *om.*
7) ipsius — Male.
8) Gn. Pompeium
9) cod. Ro.
10) cod. privato
11) cod. veritim
12) trecentos
13) M.
14) cod. afterriti
15) unica
16) et nifi eam (pro *quoniam etiam*) — Aliquid deest, ut *arripuisfent*, aut fimile. G. et *arripuisfent* addidit Lem. Perperam.
17) homines
18) L. *esfet.* G.
19) ei
20) *om.*
21) memoriae eius — cod. eius memoria

extructa, lectus eburneus auro stratus ac purpura ad
caput eius, trophaeum ad gloriam et vestis, in qua
erat occisus, ad commiserationem spectantium excitandam[1]; simulque inter ludos funereos ad misericordiam
occisi et invidiam occisorum Pacuvianum[2] illud[3] inter alia decantatum: Men'[4] servasse, ut essent, qui
me perderent? Laudationes in funere virorum illustrium
fieri solitae propter prolixitatem et pompam funeris,
cui dies[5]) non suffectura videbatur, praetermissae sunt,
earumque in locum senatus consultum breve per praeconem iussu consulis recitatum est, quo Caesari omnes honores divinos humanosque decreverat, et praeterea iusiurandum, quo se omnes pro salute eius obligaverant, ut evidentius non modo caedis, sed periurii
scelus esset. Pari compendio permissum est munera 36
ad funus ex more ferentibus, ut sine ordine, quo quisque vellet in itinere, suum munus in campum ipsum
Martium deferret. Inde in forum a magistratibus delatus est; dumque, ubinam cremandus esset, in quaestionem venisset aliique in curia, in qua occisus erat,
alii in cella Iovis dicerent, subito duo viri ignoti, succincti gladiis et iacula bina gestantes, ardentibus cereis[6]
igne accenso diremerunt[7] litem, secutique omnes quasi
divinitus praemonstratam viam, multi vestes, multi
arma, quibus ornati advenerant, flammis iniecere, praecipue veterani, qui sub illo victoriosissime[8] militarant,
quasi iam armis vale dicerent illo extincto, qui summum fuerat decus armorum. Matronae etiam sua in
ignem[9] et filiorum ornamenta iactabant. Luctus ingens fuit non Romanorum modo, sed externarum quoque gentium[10], maxime Iudaeorum, qui sepulcrum

1) cod. excitandandam
2) pecuniarium — cod. pacunianum — F. *Pacuvianum.* G.
3) cod. *om.*
4) Me
5) dives — F. *dies.* G.
6) cereris — cod. cireis — L. *cereis.* G.
7) cod. dirimerunt
8) cod. victiorisissime (cum puncto sub secunda *i.*)
9) cod. igne
10) exterarum gentium quoque

eius aliquot continuis noctibus pio officio frequenta-
37 runt. Peracto funere plebs Romana ad domum Bruti
et Casfii facibus armata contendit vixque inde repulfa
Hevilum [1]) Cinnam, infelicem quendam hominem, cafu
obvium errore nominis delufa difcerpsit [2]), credens ali-
um esfe, quem mordaciter per eos dies contra Caefa-
rem locutum esfe conftabat, affixumque [3]) haftae caput
velut taliter fuum ducem ulta geftavit. Sic alienae
culpae ille innocens poenas dedit. Post haec Numidici
lapidis columnam in eodem loco pofuit XX. [4]) pedum
altitudinis, infcriptione [5]) addita: Parenti patriae; ad
quam et facrificare et vovere et iurare per Caefarem
38 diutius obfervatum est. Periit anno aetatis VI. et L.
relatusque [6]) in numerum [7]) deorum non modo prin-
cipum auctoritate, fed opinione etiam populari. Nam
ludis, quos fibi [8]) Caefar Auguftus [9]), heres eius, in-
ftituit, cometa [10]) quaedam ftella VII. continuis diebus
circa XI. horam lucis apparuit, perfuafumque est cre-
dulae [11]) plebi Caefaris esfe animam in coelum admisfi;
quo [12]) profecto alii sviis, quam armis et bellis, aliisque,
quam de armato hofte, victoriis ac [13]) triumphis afcen-
ditur. Huius ftellae et Virgilius poëta meminit in bu-
colico carmine, et fimulacrum Caefaris ipsum [14]) indi-
39 cio [15]), cuius in vertice ftella est. Denique opprobrium [16])
illud, quod coniurati in extinctum meditati erant, pri-
mo quidem in tempus ac locum caedis verfum est;
nam et curiam ipsam ceu infauftum locum claudi ius-
fum est, hodieque praeclufa vixque accesfibilis est, et [17])

1) Erulum — F. *Helvium.* fic Suet. G.
2) cod. defcerpsit
3) affixitque (Lem. affixumque)
4) viginti
5) infcipcione — L. *infcriptione.* G.
6) relatus est
7) numero
8) ibi
9) Auguftus Caefar
10) crimta — Lond. et Lem. crinita
11) crudele — L. credulae. G.
12) cod. *om.*
13) atque
14) ipsum Caefaris
15) iudicio — F. *indicat.* G.
16) cod. obrobrium
17) *om.* — neque in cod. extat; fed propter *et* ante *curiam* necesfarium est.

Idus[1]) Martias parricidium nominari[2]), hoc adiecto, ne unquam die illo fenatus haberetur; deinde[3]) etiam in ipsos caedis[4]) auctores, quorum nullus triennio amplius fupervixit, nullus morte obiit naturali: damnati omnes diverfis eventibus periere, alii naufragio, bello alii; quidam[5]) fe ipso gladio, quo Caefarem vulneraverant, occiderunt; ut evidenter oftenderetur caedem illam nec deo nec hominibus placuisfe[6]).

1) Diis — F. *Idus.* G.
2) F. addendum *placuit.* G. -- Non addidit Lem.
3) Dictum — F. *Verfum.* G.
4) fedis — L. *caedis.* G.
5) quidem — L. *quidam feipsos.* G.
6) in ed. fubfcriptum est: *Explicit Liber. Deo gratias.* in codice: *Explicit ic* cum compendio fimili illi, quo noftrates ck fuum pingere folent. Nefcio, an *feliciter* voluerit librarius.